AULA HERODIS IMPIA. THEODOSII IUNIORIS PIA & CAROLI MAGNI ...

Henri : de Lamormaini, Nicolas Caussin

Digitized by Google

10
7-F
26

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
3 G
4


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Dom' Prof. Rom. S. I. Biblioth. comm.



AVLA HERODIS IMPIA. THEODOSII IVNIORIS PIA & CAROLI MAGNI CASTRA IMPIETATIS VICTRICIA

Authore

R.P. NICOLAO CAVSSINO

Soc. IESV *Sacerdote, Gallice*
conſcripta, nunc primum in
latinum [illegible] *verſa*
per

P. Henricum Lamormaini
Societatis IESV *Sacerdotem.*

Permiſſu Super. et Priuil.

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud IOANNEM KINCHIVM ſub
Monocerote veteri
ANNO M.DC.XLII.

Digitized by Google

VITTOR
BIBLIOT
R

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTIS.mo COMITI AC DOMINO,

D. IAROSLAO BORZITÆ SACRI ROMANI IMPERII COMITI DE MARTINITZ, GVBERNATORI

Domûs Smetſchnæ, Dño in Smetſchna Slana, & Planitz,

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQVE MAIESTATIS INTIMO CONSILIARIO, Cubiculario, Supremo Burggrauio, ac in Regno Boëmiæ locum tenenti primario &c.

Dño MEO COLENDISSIMO.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EM...

PRofero in lucem EXCELLENTISSIME COMES, è Gallico, Latinitate à me donatam duplicem magnorum nominum AVLAM, HERODIS ſcilicet, & THEODOSII Iunioris: primam quidem perfidiæ, & furoris Orcheſtram : alteram

§ Thea-

Digitized by Google

Theatrum FIDEI & RELIGIONIS: placuit enim Auctori ſimul impietatem cum pietate committere: vt oppoſito vitio, Virtus illuſtrior compareret. Sic periti artis pictores vmbras, & obſcuritates Tabellæ obducunt, priuſquàm ſplendidos, viuoſque colores inducant. Acceſſit præterea CONVERSIO SAXONVM per CAROLVM cognomento Magnum velut Appendicis loco, opus eiuſdem Auctoris.

Porrò ſolent ij, qui amplas & operoſas Ædes ad colophonem perduxerũt, inſignia ſymbola, & ingentia quorundam nomina frontiſpicio inſculpere: ſiue eorum honori, quibus gratificari ſtudent, ſiue operis decori, atque ornamento. Eadem me cura, hoc labore ad finem perducto, idem ſtudium inceſſerat: cùm ſubitò Tu vnus animum ita potenter occupaſti: vt facilè omnem cogitationis moleſtiam deponerem: nam etſi deterrebat magnitudo & amplitudo Dignitatis Tuæ: inuitabat tamen animi Tui demiſſio, & humanitas in Te adhuc propè puero, mihi Adoleſcenti, alijsque (cùm vnà Pragæ in Academia Patrum Societatis IESV iiſdem litteris ab eodem Magiſtro erudiremur) ſpectata. Quæ humanitas ac demiſſio animi cum Annis, vti reliquæ Virtutes, merita, ac decora, eouſque iam excreuerunt; vt propemodum ad culmen pertigerint.

tigerint. Per-honorificum autem fore huic Baſilicæ videbatur; ſi,in fronte operis Dedicationis meę, Tituli Tui legerentur: quibus per varios honorum gradus ſub quatuor Cæſaribus RVDOLPHO II. MATTHIA I. FERDINANDO II. & III. ob tua præclara merita decoratus es.

ASSESSORIS Supremorum Iudiciorum,
RECTORIS Cameræ Bohemicæ,
BVRGGRAVII CARLSTEINENSIS,
Supremi in Regno Iudicis,
Supremi Camerarij,
Supremi in Regno Præfecti,
ac tandem iam
Burggrauij totius Regni, id eſt,
proximæ dignitatis à Rege.

Neque verò hi Tituli Tui, EXCELLENTISSIME Comes vmbræ fuerunt inanes rerum: impleuiſti enim Tu ipſe inſignibus ac Heroicis factis. Non inſtitui equidem hîc agere, aut Maiorum Tuorum, aut Tibi propriarum virtutum Panegyrim; omittere tamen non poſſum, quod è re præſenti eſt, quin leuiter ſaltem perſtringam ſpectatum ab omnibus in Te odium HERODIANÆ IMPIETATIS: in Theodoſio verò olim & CAROLO MAGNO laudatæ pietatis amorem & ſtudium: nam in primis, grauiſſimâ ſeditio-

num tempeſtate coortâ, in ſumma agitatione fidei & Religionis; quos Tibi habebas ſubditos, partim vt ſtarent diligentiâ & ſingulari cura ſeruaſti, partim eos, qui iniuria temporum ceciderant, erexiſti; tum verò ampliſſimum Bohemiæ Regnum temeritate & potentia quorundam improborum vacillans, & iam propè collabeſcens ſuſtentaſti ſuppoſitis humeris; ideſt, maxima auctoritate, ſapientiſſimis conſilijs, admirabili fortitudine, atque conſtantia, etiam in præſenti fortunarum corporis, vitæque ipſius periculo. Teſtor patentem illam Tuæ gloriæ feneſtram, quâ ex Cancellaria Pragenſi à rebelli factione in præceps actus es: teſtor parietes, qui iſtud caput præclariſſimarum virtutum capax attingere reformidarunt: teſtor ſolum ingenti prodigio leuiter duntaxat tactum, quo vitæ non quidem ereptæ; ſed tamen expoſitæ argumentum extaret: denique quò plures deinceps reperirentur, qui auitæ atque Orthodoxæ Religionis hoſtibus (ſi ea tempora, quod DEVS auertat, redirent) generoſè ac fortiter ſeſe opponerent; vt Pragæ Seminarium, in quo Iuuenes præſtantes ad pietatis, eruditioniſque ſtudia formarentur in poſterum, conſilio & opere effeciſti.

Atque ex tam vberi pietatis Religioniſque fonte (vt ego quidem interpretor) profluxit

fluxit non modò Tuus ille, qui poſtea maximus exſtitit ſplendor: ſed amplitudo præterea & dignitas familiæ tanta, quantam DEI benignitate hodie in quatuor clariſſimis Filijs videmus, & paucis ante annis in quinque: quorum ſuperſtites quatuor in ampliſſimis dignitatibus conſtituti egregiam & fidelem operam nauant Cæſari & Patriæ; ſed in primis ILLVSTRISSIMVS & EXCELLENTISSIMVS Dominus COMES Georgius Adamus natu maior, qui à FERDINANDO III. ad intima adſcitus conſilia, non paucis hactenùs legationibus ſumma cum laude perfunctus eſt, resque maximas tùm Imperij, tùm Regnorum ac Prouinciarum Cæſaris, ad felices exitus perduxit, atque in hodiernum adhuc diem Regij in Boëmia Cancellarij EXCELLENTISSIMI munus obit.

Cuius laudes præclarè ſanè æmulantur reliqui tres Fratres, teritque primi veſtigia ſecundus pede ſanè preſſo Comes BERNARDVS IGNATIVS, Dominus in Hogensdorff, & Crolup. Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius, Cubicularius, Supremorum Iudiciorum in Regno Boëmiæ Aſſeſſor, etiamnum ob præclariſſimas in rebus quam arduis obitas legationes Cæſari & Patriæ clarus & charus. Sed Patri & Fratribus ſplendorem

ſua Re-

ſua Religione addit Comes Ferdinandus Leopoldus Benno Wiſſegradienſis Præpoſitus, Canonicus Pragenſis, Halberſtadienſis, Paſſauienſis, & Brixienſis, Sacræ itidem Maieſtatis Conſiliarius pietate & doctrina eximius, cuius vtriusque teſtis eſt Metropolitanæ Pragenſis Eccleſiæ concionatoria Cathedra, ex qua facundâ pietate, & piâ facundia verba publicè ad populum facit. Sua laude & Virtute Fraternarum Virtutum agmen & laudem concludit paulò poſt ampliùs pro ſuo Illuſtriſſimo genio & ingenio aucturus Comes MAXIMILIANVS VALENTINVS Dominus in Prunnersdorff, Euanovvitz & Trzemek Supremus Magni Cæſaris argentariæ ſupellectilis Præfectus, &c.

Sed nec operam ſuam deſiderari ſinunt quinque præſtantiſſimæ Filiæ Tuæ Comitiſſæ Eliſabetha Corona, Catharina Ludmilla, Lucia Ottilia, Barbara Euſebia, Vrſula Polyxena, quarum quatuor in amplificanda, propagandaque Tua, ſuaque familia, è prima regni nobilitate Proceres item quatuor ſibi in Matrimonium aſſumpſerunt; Chriſtus autem Sponſus Virginum fideliſſimus, quemadmodum è Filijs penultimum; ita ex Filiabus ſecundò prognatam Catharinam Ludmillam, ſibi deſponſauit, atque transmutato

no-

Digitized by Google

nomine in Mariæ Magdalenæ de Sancta Tereſia, in Sacrarum Virginum Carmelitanarum Diſcalceatarum numerum, ad Sancti Ioſephi Monaſterium Viennæ tranſcripſit, in quo Summa cum Sanctimonia vitam viuit religioſiſſimam. Sicque Diuina in Tuam Domum munifica liberalitas, è decem liberis, iuxta ſuum beneplacitum, duplicatas decimas ſibi vindicauit.

Quod dum perſtrictim commemoro, venit mihi in mentem Iob afflictiſſimus, glorioſiſſimusque Princeps, quem Sacræ literæ perhibent poſt fortunarum iacturam, impiorum hominum vexationes, grauiſſimos corporis, animique cruciatus, emerſiſſe in ſumma dignitatis, prolis, rerumque cæterarum felicitatem.

Verùm, ne veſtibulum plus iuſto excreſcat, moneor hic proœmium concludere: placet, ſi modò (quod pro Patronis Clientes facere ſolent) votum meum adiunxero, illud nimirum; vt, quod poſtremis Sacri Iobi hiſtoriæ verbis legitur, Tibi quoque EXCELLENTISSIME COMES obtingat aliquando; vt in Tuo ſcilicet ſepulchrali marmore inſculpi hæc verè poſſint.

Vixit poſt hæc centum quadraginta annis, & vidit filios ſuos, & Filios filiorum ſuorum vſque ad quartam generationem: & mortuus eſt ſenex, & plenus dierum.

Ad-

Digitized by Google

Addo, Virtutum, meritorum, gloriæ; &c. Ita medullitus pro Tuo, Tuorumque bono, ac totius Reipublicæ Chriſtianæ voueo adprecorque. Dabat Viennæ 28. Octobris 1643.

HENRICVS LAMORMAINI
Societatis IESV *Sacerdos,*

Tuæ EXCELLENTIÆ
Studioſiſſimus.

R.P.

Digitized by Google

R. P. NICOLAI CAVSSINI SOCIET. IESV

Aulæ Sanctæ Lib. IV.

DE IMPIETATE AVLARVM *Siue* INFELIX POLITICVS.

HVcuſque libro 1. & 2. rationes & obſtacula, quæ homines orti claris natalibus habēt ad perfectionem conſequendam; & libro 3 quæ iudicaui maximè ſalutaria, virtutum documenta (quibus ijdem dirigi, ac planè deduci ad ſapientiam cœleſtem poſsint) breuiter ac ſuccinctè attuli; poſthac autem, quãtùm tempus & commoditas permittet, iuxta animi mei decretum, in præfatione adnotatum, cogito ſcribere Sanctarum Aularum hiſtoriam. Dices: at iam tractatus iſte in magnum Volumen ſub prœlo excreuit, nec aliud videtur poſtulare, quàm vt ſignum ſibi imprimatur? Reſpondeo, illa ipſa cauſa eſt, cur velim illi ſignum illud, quod requiris, imprimere, interuẽtu duorum librorũ, graues & admirabiles hiſtorias continentium: vt eæ ſint velut teſſera præcidanea, ſeu, quod idem eſt, ſpecimen aliquod operis; quod ego meditor.

Quod elicere hoc ex opere intendo, eſt clarè ac dilucidè omnibus illud legentibus elucidare

Digitized by Google

Diui Auguſtini ſententiam, quæ ſic habet: *nihil eſt miſerabilius impiorum felicitate; contra: nihil beatius verâ & ſolidâ bonorum pietate.*

Quò autem has duas veritates, partim per exempla, partim per præcepta, in eo collocarem lumine, in quo omnes perſpicuè eas poſſent contemplari, duas delegi Aulas, magno diſcrimine inter ſe differentes. Vna eſt Herodis; altera Theodoſij Iunioris: in illa viſenda ſe exhibent infortunia, & velut monſtra quædam impietatis; in hac autem virtutum felicitas triumphat. In diuerſas equidem conſiderationis meæ oculum hiſtorias conieci, ſed nihil reperi, quod æquè ſenſibiliter ac efficaciter valeat inducere Magnos ad apprehendendum, quomodo ij, qui in Aulis, Rebuſpublic. & in ſtatibus ſolâ politiâ, & prudentiâ humanâ viuunt, accommodando & faciendo Religionem ſeruire ſuis emolumentis) decipiantur; atque vita, & mors vnius Herodis, infelicis Iudæorum Regis. Huic homini iudicium permagnum; ingenium ad ſtuporem, acutum & penetrans; animum ſublimem elatumque ſupra quàm dici poteſt, natura fuerat elargita. Is nullis alias clarus natalibus, fortunam tuam ad Regium euexit thronum: eumque perrumpens ingentem negotiorum molem, ſpinis vndique ſeptorum, admirantibus omnibus ijs, qui tunc maximè ſapere iudicabantur, ſtabiliuit. Verùm, cùm eius ædificij fundamentum fuerit impietatis axioma: oportere ſcilicet vti Religione & lege diuina ad ſtatum acquirendum, & ad o-

pes

pes augendas, duxit inquietiſsimam, omniſque generis criminibus refertiſsimam vitam, quam morte longè infeliciori, quàm quiſquã ſibi poſsit imaginari, terminauit. Quod me etiam ad hanc hiſtoriam, quã ex Ioſepho, & nõnullis aliarum hiſtoriarum exiguis fragmentis, & memorialibus accepi, ſcribendam induxit (eamq; iuxta meum ſtylum, extendens, nullo autem modo traducens) fuit, quod præter infortunatã Herodis Politiã, in eadem deſcriptã, lector, habeas innocẽtiam immeritis perſecutionibus exagitatã, in vita dominæ ac matronæ, quæ omni iure vocari poteſt ſpeculum patientiæ. Quã proinde in ſæpius dicta hiſtoria volo collocare, tãquã vnum ex maximis ſanctæ Aulæ ornamentum. Hic eſt propriè locus vbi, inter maximè pungentes ſpinas intendo pulcherrimas roſas colligere; vbi, inter crebras procellas, omnisq; generis tempeſtates non exiguas, ſerenitatẽ inducere; & fauos mellis adusq; ipſius mei leonis os inueſtigare: ſiquidem in Herodis Curiã eo me fine confero, vt ex ea caſtã & patientem Mariamnam, veram innocentiæ tabellam, indigniſsime ab eo tractatam extraham.

Mariamna Herodi Coniux imago patientiæ.

Patiẽtia pauperculæ huius Reginæ mereretur, vt calamo adamantino æternitatis tẽplo inſcriberetur, conſecraretur q;: poteſt ſiquidẽ illa oculos eorum, qui comprimis animoſi habẽtur, perſtringere; ora diſertiſsimorum quorumcũq; replere; & in ſtuporem eos omnes rapere, qui nihil, quod vulgare eſt, admirari cõſueuerunt, Deus cui velut ex abyſſo maximarum aduerſitatũ ac miſeriarum gloriam ſuorum electorum exaltare ſolenne eſt

Digitized by Google

intuens animam huius Principis primum inter fortiſsimas alias ac illuſtriſsimas locum ſibi vindicare, ei ampliſsimum certaminis campum, ad colligendas ampliſsimas ditiſsimasq; patientiæ palmas, quæ ſunt victoriæ athletarum Chriſti filii ſui, præparandum exhibendumque iudicauit. Vnde Herodem malum maritum (quippe perſecutorem barbarum) carnificem famoſum ei decreuit, decretumque dedit: Vis tamen ſemper patienti Mariamnæ, vt perſecutor, vt carnifex, acceptior gratiorque fuit, quàm vt maritus. Vt autem inuicta huius incudis fortitudo intelligatur, cognoſcendus eſt malleus, quo percutitur: &, vt ſermo de ſingulari Reginæ huius virtute rectè inſtituatur, ei ex diametro opponenda eſt Herodis malitia. Videndum inſuper neceſſariò eſt, quemadmodum perfidus iſte Rex, qui vitam, qui ſceptrum, qui diadema habebat ex domo Mariamnæ, pro compenſatione ei ſceptrum, diadema, & vitam, poſtquam eam euiſceraſſet; ſuſtulit: in oculis eius propinquos primo nefariè trucidans; deinde illam ipſam, totam, quanta erat proprio manantem cruore in rogum (in quo eius Maiores, ac fratres cremabantur) tanquam vltimam furoris ſui victimã inijcere quidem potuit, & re ipſa iniecit, ſed inuictum eius animum vincere nunquam potuit.

Quilibet de Herode loquitur vt de homine ferreo inhumano, quin & ſanguinis humani ſitientiſsimo, paucis, vt de tyranno, qui ipſam Dei miſericordiam, ſi per ipſum ſtetiſſet, occidiſſet: ſed non quilibet intelligit artificia, quibus vſus

ille

ille eſt,& ad Mariamnam Reginam in vxorem acquirendam,& ad Dauidis ſceptrum occupādum; opprimens illam immemor omnis gratitudinis, hoc autem adminiſtrans tanta cum malitia, quanta ad illud vſque tempus vix eſt audita.

Annis circiter quinquaginta ante Chriſti Natiuitatem, Regnum Iudęæ,quod ſteterat (licet admirandis motibus, & horrendis viciſsitudinibus ſæpe ſæpius fuerit concuſſum) poſt Dauidem Regem annis propemodum mille, tandem, poſtquam toties mutaſſet, totiesque poſt,& inter illas ſuas nutationes, iterum iterumque ſe erexiſſet, omnino collapſum eſt, ac duorum fratrum diſcordiâ æternùm, abſque vlla ſpe reſurgendi, eſt ſepultũ. Hyrcanus,qui erat vir bonus,ſed malus Rex, tunc regnabat: ſed, cùm boni Regis deſtitutus eſſet talentis, ei arma, ei conſilia, ei efficacia decreta,eidemque animus ad executionem faciendam, ſiquando quid decreuiſſet, deerat. Quanta eius in moribus erat innocentia, tanta & in regio munere adminiſtrando deprehendebatur ignauia. Nimia animi facilitas eum degenerare faciebat in quandam ſtupiditatem: ex qua oriebatur, vt,cùm non caperet quid eſſet, facere malum, omnis interim generis malorum ſe faceret inſtrumentum; dum plus æquo eſſet procliuis ad credendum ea, quæ ab alijs, fortè minus ſincerè, referebantur. Quare ſuam hac in parte agnoſcens infirmitatem, volens ac lubens decus Regni, æquè ac onus, in fratris ſui Ariſtobuli humeros reiecit. Huic neque ſtrenuitas, neque animus quidem deerat ad magna aggredienda,

Status Regni Iudæa ante Herodem Regem.

Hyrcanus.

ſed cùm plurima aggrederetur, paucisſima ad felicem exitum deducebat.

Antipater ambit Regnum Iudææ.

Interim Palæſtina, inter hos Regni motus, valde à vicinis, & maxime ab Antipatro, Herodis Patre, ambiebatur. Erat iſte Antipater natione Idumæus, ſed moribus prorſus Arabs, pecunioſus iuxtà ac factioſus, aſtutus, verſipellis, ac comprimis idoneum inſtrumentum, per ſua artificia, magno alicui imperio inuertendo. Et quidem iam dudum Iudææ Regnum ambitioſo aſpiciebat oculo: ſed ingentem difficultatem in executione maledicti huiuſce propoſiti præuidebat futurã, quamdiu ſumma regni poteſtas eſſet penes Ariſtobulum (qui non parum de generoſitate leonis participabat) at ſi ea illi eriperetur, & Hyrcano reſtitueretur, omnia in ſua poteſtate facile futura arbitrabatur. Vin' audire Lector, quid agat iſte Arabs? Iactat, ac ingerit paſsim in animos populorũ rebellionis ſemina contra Ariſtobulum. Eratque hæc ſumma ſermonis, dum ad defectionem eos ſolicitabat.

I. Non poſſe ſe eorum ignauiam & infidelitatem ſatis mirari, quod Hyrcanum Regem ſuum legitimum, cui natura ſceptrum in manu poſuiſſet, ſic ſiuiſſent de Regni poſſeſsione deijci, ac etiamnum deiectum priuatam vitam agere ſinerent, translato interim Regno in hominẽ ſeditioſum, ac turbulentũ, per quẽ, ſi is eo modo diu pergat imperare, breui ſint viſuri ruinã, & omnimodam deſolationem totius Palæſtinæ. II. Eos vel iam ſaltem aperire debere oculos, & videre ſe contra omnem rationem egiſſe, dùm eum Re-

gem

gem dereliquerunt, cui nihil, præter nimiam bonitatem, poſsit exprobrari; alium autem eius loco receperunt, qui, cùm per infidelitatis portam ad Regnum intrârit, tùm vniuerſæ cum patriæ detrimento, ac infortunio regnet! III. Eſto, Hyrcanus Regnum ceſſerit, ac nunc etiam cedat fratri, certè, eo in caſu, eius modeſtiam, & animi demiſsionem à Regnicolis minime eſſe tolerandam. Quin quanto indigniorem is ſe ad regnandum exiſtimat, tantò ipſum eſſe digniorẽ: Et ſanè quis non videt eſſe æquiſsimum, vt gloria quā ſuo animi arbitrio à ſe amoliri conatus, eſſet, ad tumbam vſque eundem comitetur. IV. Demus ei obijci nimiam ſuam comitatem, & morum ſuauitatem: certè eo magis cōgruet is, præ altero, illo, tum pietati, & manſuetudini Iudæorum. Agite, agitedū ſi columbæ ſtatuiſſent eligere Regem annon ea electione mutam ſtatuam accipitri prælaturas putamus?

Veterator iſte, his ſimilibuſque obiurgàtionibus, quæ ab optimo animo proficiſci videbantur, iam tunc apud multos ſibi fidem comparabat: partim apud eos, qui rebus nouis ſemper delectantur; partim etiam apud alios, qui Zelo iuſtitiæ duci videbantur: ignorantibus interim tum his, tum illis quòd ſub prætextu boni publici, ſibi, vel ſuis hæredibus Monarchiam parare nitebatur.

Illa ergo, inclinatâ iam multorum voluntate, ad defectionem ab Ariſtobulo, omnibus obſequiorū generibus, & intimæ amicitiæ teſtimonijs animū Hyrcani ſibi deuinxit. Quòd non erat difficile: ſiquidem bonus hic Princeps Hyrcanus in eorum perlubens ibat ſententiam, qui vel minima bene-

Digitized by Google

uolentiæ ſigna ſibi oſtenderent.

Artificiũ Antipatri.

En, vt vulpecula hæc, euaſit velut in Procuratorem, tutorem, quin & Dominum ac Magiſtrum ingenij flexibilis Hyrcani, quem, ſub colore fidelis amicitiæ, ita cæpit poſsidere; imò verò ita ſtatim poſſedit, vt nullius alterius ductu, & conſilio Hyrcani actiones dirigentur, quàm Antipatri. Nihiloinmus, facta mentione belli fratri Ariſtobulo inferẽdi, ad Regium thronum recuperandum, ita frigidum ad hoc aggrediendum eius deprehendebat animum, vt plurimũ ei eſſet laborandum, at vel minimã ignis ſcintillam ab eo excuteret, propter ingentem eius naturę frigiditatem. Quodam tamen die, paratus ad ſuadendũ, eum accedens, rem comprimis potenter ante oculos illi repræſentauit: I. Ceſsionem illã regni, quam cum fratre ſuo tranſegiſſet, nullo prorſus modo, ſaluo eius honore, & vitâ, poſſe conſiſtere. II. quis boni amans temperet à lacrymis, videns eum ſummo in contemptu & pene in extrema miſeria vitam traducere, dum frater luxu & delicijs vndiq; diffluit? III. nonne eſt cõfundere leges naturæ, nonnè & tyrannidi alas aduolandum parare, dicere paruos fures in ergaſtulis, in carceribus, in numellis, & cippis vinctos iure detineri, Ariſtobulum autẽ qui Regnũ rapuit, pro recompenſatione purpura circumdari, & adamantibus vndiq; fulgere? IV. Regnũ eſſe huiuſmodi induſium, quo nemo ſe exſpoliare debeat ante vitæ finẽ; logos, & otioſorum Philoſophorum diſcurſus eſſe, dicere diademata ex ſpinis eſſe contexta: quẽ enim vnquam eorũ carbunculi, & adamantes pu-

puge,

;erunt. V. Vitam, quam tunc temporis ducebat
rcanus, eſſe bonam quidem, ſed magis con-
am Religioſo ex genere Eſſæorum quàm Re-
/I. & vltimo populum ſummo teneri deſiderio
n videndi in thronũ ſuorũ Maiorũ reſtitutum.
Fortibus & aſsiduis adeo verbis tundebat au-
huius Principis, vt iam inciperet eum ad ſuum
ɔpoſitũ trahere: veruntamẽ potentes duæ ra-
nes obſtabant, quo minus trahentẽ ſequeretur
rcanus I. erat iuſiurandũ, quo ſe obſtrinxerat,
gnum fratri conſignando. II. impotentia. Ad
ramentum quod attinet ab eo, non magno ne-
tio, Antipater illum abſoluit, dicens eum cri-
:n quidem iuraſſe, ſed cui executioni mandando
lla eſſet annexa obligatio. Quoad impotentiã,
ſubuenturum ei, Arabum ſuccurſu, qui in ſua
ſent manu & poteſtate, promiſit. Et cùm in hoc
ſſu necdum pedem ſolidè fixiſſet Hyrcanus: ei
iecit non modicam diffidentiam aduerſus fra-
em; quaſi non ſatis ei eſſet Regnum eripuiſſe,
ſi etiam vitam eriperet. & hæc dicens, neſcio
uas conſpirationes contra eum ab Ariſtobulo
:xi, tanto artificio fingebat, vt ſe dedens Hyr-
inus, omnem belli, paciſque poteſtatem, abſque
llâ reſtrictione, ei contulerit. Re ſic inter illos
onclusâ, pomum diſcordiæ proijcitur; Antipater
retam Regem Arabum pro milite ſolicitat: nec
nora, aduolat ille magno cum exercitu: qui ſe ef-
undens ſuper vniuerſam Palæſtinæ faciem, nihil
non hoſtile fecit, nihil non deſolatum, tum domi,
um in agris dereliquit: ipſum autem Ariſtobu-
lum Ieroſolymis, eius Regni ciuitate capitali in-

Digitized by Google

cluſum, arctè obſedit.

Verùm, cùm exercitus Romanorum, ductore Pompeio (qui iam tunc aquilas Romanas per Syriam, & volitare & reſplendere faciebat) dùm hæc agerentur, in Palæſtinam àdueniſſet inſtar ignis omnia vorantis, coram quo, vt parui ſerpentes tuti non ſunt quo minus à maioribus deuorentur: ita nec parui Reges conſiſtere valebant, ſed vt paleæ ab igne correptæ, tẽporis momento euaneſcebant: primò autem omniũ coegit extemplò Arabem illum Regulum ſuis cum copijs ſolum patriũ repetere; deinde victor omnia impunè peruaſit; tertiò præſumpſit fere leges, dare pacem, necnon mouere bellum quibus & quando liberet. Non intermiſerunt duo illi fratres ambire & requirere gratiam Romani Ducis: quilibet ex ſua parte magno conatu, & inſtantia apud eum (quia in eo, velut in cardine, totius rei Summæ vertebatur) cauſam ſuam agebat. Ariſtobulus vt liberior, & animoſior, atq; etiam regalior, primis congreſsibus maiorem apud Pompeium experiebatur fauorem. Itaque inter reliquas regias largitiones factas huic Romano, vineam auream, opus (taceo pretium) eo artificio & elegantiâ elaboratum, vt, in numerum eorum, quæ mundus admiratur, & extollit, non immerito venire potuerit, dono dedit: quæ poſtea inter rara ornamenta, quibus Capitolium condecorabatur, fuit collocata. Ah! ecce tandem duo illi fratres ambo Reges, ad Pompeij pedes abiecti, litem, non de vno prato, non de vna quapiam vinea, ſed de nobiliſsimo Regno conteſtan-

Digitized by Google

ſtantur: nihil interim penſi habentes, quòd deponendo ſuam fortunam inter manus hominis exteri, qui, cùm alia non vtatur lege, quàm ſuæ ambitionis, ſub colore arbitrij & compromiſsi, in eam, inſtar harpyæ alicuius certò certius aduncas manus iniecturus, famem exſaturet.

Cùm Antipater animaduerteret bilancem in principio propendere ad partem Ariſtobuli, quippe à quo Romani maiora tum officia, tum auxilia, ad obtinendum id, quod animo deſignarant, profectura, bonis nixi argumentis, arbitrabantur; non intermiſit eum apud dictos Romanos infamare eius vitam moresque, quàm potuit nigerrimo carbone notando, eius fidem ijs ſuſpectam reddendo, & inſtar canis alicuius perpetuò ad obſequia Pompeij etiam maximè ſeruilia peruigil adſtando. Vnde non obſcurè videns Ariſtobulus, quod pernicioſus iſte homo, nomine & ſimplicitate fratris abutens, ſe & fratrem venderet ac proderet Romanis, decreuit ad ſui defenſionem arma (ad quæ plus animi, quàm virium, ad tanti imperij potentiæ reſiſtendum, habebat) ſumere.

At ea in expeditione ſuccumbens oneri, ſuis viribus longè maiori, capitur, cateniſque cum duobus filijs, totidemque filiabus vincitur: ac dein, ſic ferro onuſtus, Romam ducitur, vt Pompeio in triumpho ſeruiat. Eo abducto, ſtatim Hieroſolymæ fiunt Romanis tributariæ, Hyrcanus renunciatur Pontifex; Antipatro autem plena gubernandi Regnum auto-

Capitur Ariſtobulus. Hieruſalem fit tributaria.

Digitized by Google

authoritas, quam iam ſibi vſurpare cœperat, relinquitur.

Erat ſpectaculum, quod etiam illis ipſis, qui antè minus amarant Ariſtobulum, copioſas eliciebat lacrymas, dum intuerentur infortunatum ſuum Regem, oneratum catenis, eiuſque pedes conſtrictos cippis cum duobus Principibus filijs, & duabus item deplorandis filiabus: omnibus autem infelicitatis paternæ hæredibus, qui momento temporis exules fiebant patriâ: in qua tanto cum honore regnarant, vt, per tot & tam moleſta terræ, mariſq; itinera, duram quærerent ſeruitutem, & fortè etiam mortem, quæ tamen non raró votum ſolet eſſe miſerorum. Antipater inter hæc colligit palmam victoriæ adhuc recenti ſanguine aſperſam, & paruam ſuam Monarchiam velut telam aliquam, quam iam dudum ordiri cœperat, perficit. Hyrcanus autem ſimilis veteri ſepulchro, nihil, præter nudum nomen, retinet, & tamen in ſpecie omnia per illum fiunt; reuera autem prorſus nihil. Ille puta Antipater, ſuis pecunijs Romanos ſuſtentabat, ampliſsimas donationes faciebat; Legatos, quò illi videbatur, mittebat; aduenientes aliunde recipiebat; amicos, quibus inniteretur, vndique conquirebat; quorumcunque poterat voluntates & animos ſibi conciliabat; Potentes pecunia, doniſque aliis corrumpebat; eos qui illius potentiæ, & magnitudini viribus impares ſe opponebant, opprimebat. Et hæc omnia, & plura alia, ſub nomine Hyrcani pauperculi Pontificis, fiebant. Deinde cùm videret indies eum fieri debilio-

Antipater ſe ſtabilit.

liorem, & ad gubernandum ineptiorem, vt filiis ſuis iam tunc ſtatum pararet ſecurum, natu maiorem, ſcilicet Phaſelum, nomine gubernatoris præfecit ciuitati Hieroſolymitanæ; Herodi autem dedit adminiſtrationem Galilææ. Aliquantulo tempore poſt, quum hauſiſſet omnem ventum, quem ſua ei propinarat immenſa ambitio, ignarus quid vltra aggrederetur, quemue inuaderet; in quodam conuiuio poculum veneno infectum, artificio Malici, ſui hoſtis, præparatum vltimò ebibit. En curſus rerum humanarum! inſana iſta, ac pluſquam canina rabie poſſeſſa ingenia, poſt eorum omnem magnitudinem, ſplendorem, diuitiarumque iactantiam, quas nullo non laborum genere, maliſque perſæpe artibus, diu noctuque inquirunt, quid aliud ſunt, quam paruæ quædam bullæ, quæ in aqua, durante tempeſtate exurgunt, excreſcunt, & in momento crepant? *Infortunatus Politicus.*

Antipatro mortuo, duo eius filii, Phaſelus, & Herodes derelictam hæreditatem inter ſe diuidunt: eorum quilibet quod viuente Patre habuit, etiã eo mortuo, mordicùs conatur retinere; vterq; proinde gratiã & fauorẽ Hyrcani magnoperè ſibi conciliare ſtudet: vt ſub eius perſona inchoato à Patre ludo finis imponatur. Herodes quamprimùm accepit adminiſtrationem Galilææ, etiam Patre adhuc inter viuos agente, cùm ætatis ſuæ annum decimum quintum non excesſiſſet, quid aliquando futurus eſſet, quæque ſuæ indoli ineſſet peruerſitas, verſutia, calliditas, omniſque malitiæ progenies, quæ in eo & ex

eo

eo iam tunc ſe prodere, & prodire turmatim non aliter incipiebat, atque ſcintillæ è nube aliqua emicare ſolent, vt mox euadant in fulgetra, patefecit. Erat is ingenium comprimis malignum, vafrum, & ad inſaniam vſque ambitioſum: qui inſtar lupi eſurientis perpetuò cædem, & ſanguinem inhiabat: & reipſa teneros vitæ ſuæ annos, & regni ſui principia humani ſanguinis effuſione contaminarat. Eſto huius rei exemplum Ezechias, quem è medio ſuſtulit. Et is quidem, dum viueret velut pirata quiſpiam immanis habebatur: at eum occidiſſe, illi non fuit ſatis: ſiquidem quàm plurimos Iudæorum vnà cum illo, abſque vllius cauſæ, criminiſuè cognitione, trucidauit. Quod cauſſa eſſe poterat, vt plurimi innocentes cum nocentibus eadem ruina opprimerentur, ac inducerentur. Matres eorum, quos Iuuenis Herodes trucidauit, diu noctuque magna abſorptæ triſtitia, paſsis crinibus hærebant in templo, iuſtitiam inſtanter petentes ab Hyrcano, qui, licet nihil amplius eſſet, quàm Regni idolum nihilominus importunitate & lamentatione deplorandarum iſtarum fœminarum victus, & à Principibus Conſiliarijs ſui ſtatûs impulſus, decreuit, vt Herodes in iudicio compareret. Hac in actione, ſi in vlla vnquam alia, Iuuenis hic ingenij ſui audaciam, animique fiduciam demonſtrauit. Alij omnes, qui vel vt Auctores, vel vt participes commiſſorum homicidiorum erant accuſati, atra veſte amicti in celebri illo Iudæorum Concilio comparuerunt; ille autem, velut in aliquo ſympoſio, vel theatro,
multo,

multo, florentique cinctus militari præſidio, purpura criſpata, ac moſchum haud parum redolente veſtitus aſtitit: ac inſuper munitus Romanorum litteris commendatitijs, quæ non niſi armata ſonabant verba, quæque ſimpliciter & abſolutè, Iudices, abſque vlla permiſsione litis vlterius producendæ quicquid delictum eſſet, condonare, iubebant. Ille cùm decimum quintum ſolùm ageret annum, tantum Iudicibus & Aduocatis incuſsit timorem, vt ex omnibus, qui ſe accuratè præpararunt ad litigandum contra illum, vnicus tantùm ſit inuentus, qui eo coram præſente auſus fuerit loqui. Fuit autem is è Iudicibus vnus, dictus Sameas, vir bonus & integer, cæteriſque pro defenſione iuſtitiæ audacior, voce ſublata, & libertate incorrupto Iudice digna, dixit Hyrcano, qui præſens aderat: nulla me tenet admiratio, quòd Iuuenis iſte Dominus tali in ſtatu, & apparatu ad hoc veniat tribunal, quilibet enim facit quicquid poteſt, vt ſe reddat ſecurum, verùm, Sereniſsime Rex, vehementer miror, quod tu, tuique, qui tibi in hoc Concilio aſsiſtunt Conſiliarij, talem procedendi modum, formamque comparendi in iudicio illi permittatis: venit enim is non vt iudicandus, ſed quaſi omnes Iudices iugulaturus. Vultis nunc per fauorem, poſthabitis omnibus iuſtitiæ legibus, eum liberum demittere, qui adueniente tempore, vos omnes ſub forma iuſtitiæ dabit internecioni. Et quidem re ipſa ex ampliſsimo illo Senatu, ne vnus quidem euaſit, quem Herodes, poſtquam ad plenam Regni poſſeſ-

L. 25.

Digitized by Google

ſeſsionem pertigit, non occiderit, excepto vnico Samea, qui tanta libertate contra eum ſententiam tulerat. De eo enim refertur, quòd cùm, interiectis aliquot annis, quæſtio eſſet de Herode in Regem recipiendo, alijs obſtinatè ſe opponentibus, libere ſuum dederit ſuffragium Herodi. Et cùm animaduerteret id alios mirari, ne miremini (inquit ille) me approbare id, quod improbare videmini: id enim facio, me conformans Dei voluntati, qui cum iuſtâ aduerſum nos irâ ſit accenſus, vult vobis dare malum ac dyſcolum Regem: & non inueniens peiorem Herode, eum vobis dat, vt is ſit flagellum, quo veſtra caſtigetur infidelitas. Videns Hyrcanus Iudices oratione & ſententiâ Sameæ animos reſumpſiſſe, ad ſtandum pro iuſtitia magis, quàm pro miſericordia, cùm vnicè amaret Herodem, fouens ſcilicet ouum ſerpentis in ſuo ſinu, eum ſecretò monuit, vt ſe ſubtraheret iudicio. Hic ſcilicet Herodes, qui ne latum quidem vnguē declinabat ab aſtutijs Patris, ſequens accuratiſsimè eius exempla, & procedendi modos, immobiliter adhæſit Romanis, eos omni officiorum genere ſibi deuinciens, obſeruanſque eatenus ac blanditijs demulcens Hyrcanum, quatenus ei ſeruiebat ad obtinendum id, quod volebat.

Regnum Iudææ adhuc tunc non niſi à longe cū aſpiciebat. Phaſelus eius frater, vt natu maior, ita & meliorem Regni partem obtinebat. Ariſtobulus, quem ligatum catenis vidiſti nuper duci Romam, adhuc tunc duos ſuos filios habebat ſuperſtites: quorum natu maior dictus Alexander, fuit Pa-

ter

Mariamnæ, cuius patientiam ſuſcepimus de-
ibendam; alter erat Antigonus, quo cum permul-
n negotij habuit Herodes, expediuit autem is v-
ımque: nam infelix Aexander, Patris ſui Ari-
buli infortunij ſucceſſor ac hæres, cùm copias
quas (aduerſante fortunâ) contraxiſſet,
in campum eduxiſſet, in fauorem He-
dis ſtatim oppreſſus fuit à Romanis. Antigonus
tem è cuſtodia, in qua Romæ detinebatur cum
:iſtobulo Patre ſuo euadens, plurimum quidem
:eſsiuit negotij eidem Herodi, irrito tamen ad
tremum euentu. nam cùm ad Parthos Romano-
.m hoſtes pro auxilio recurriſſet, amplisſimis,
enus ſpe Regni recuperandi, pollicitationibus
ntum apud eos effecit, vt eum in thronum regi-
n reponendum ſuſciperent. Iaque tantas ac ta-
s, tum terrâ, tum mari armârunt copias, vt par-
n vi partim dolo, tum Hyrcanum, tum Phaſelū
.ptos è dignitatis loco detraxerint, Herodem
ıtem è Palæſtina in Ægyptum fugere compule-
int. Euaſit is quidem, ſed non abſque difficultate
agna, & ſupremo vitæ periculo quippe qui in-
ar chalybis firmatum animum gerens, tamen
leò territus fuit inopinis & inexſpectatis Par-
ıorum armis vt parum abfuerit, quin ſibiipſi
iolentas manus intulerit. Parro Hyrcanus nepo-
is Antigoni iuſſu, præter alias, quibus affectus
ſt, cōtumelias, auribus mutilatus ad Pontificatûs
ſſicium in perpetuum inhabilis eſt effectus. Pha-
elus autem, Herodis frater, ad inſaniam redactus,
ıb fortunæ ſuæ mutationem, voluntarie incur-
:ens in rupem, caput validè illiſum confregit.

Interea Herodes, qui ſemper Romanis, non ſecus atque hedera muris & arboribus, adhæſerat, videns rem ſuam penè in deſperationem redactã, eorundem opem ſupplex implorat: vim Antigoni, & Parthorum hoſtilia facta aduerſum ſuam ſalutem; ſeruitia item & officia Patris ſui Antipatri exhibita Romanis commemorat; &, ſuperato aduerſario, montes aureos promittit. Quid multis? opportunè, importunè eò rem deducit, vt ipſe præter, & ſupra ſpem, Rex; Antigonus autem eodem tempore, vt fugitiuus & Parthicæ genti iunctus fœdere, populi verò Romani hoſtis declararetur. Hoc vbi Herodes obtinuit à Romanis, eorundem ope, armisque adiutus, diu noctuque nullam, ſibi indulgens quietem, perſequitur Antigonum: qui poſtquam aliquanto tempore ſuis hoſtibus reſtitiſſet, homo miſerandus in eorum ſe ferrum induit: & primus Regum fuit, qui Marco Antonio mandante, ſupplicio ſua perſona indigno, & Romanis inſueto, affectus eſt, dum in ciuitate Antiochena plexus eſt capite, non alia de cauſa, quàm quòd Maiorum ſuorum hæreditatem armatus defenderit. Ab ea cauſa non multùm abludit Strabo qui tradit Marcum Antonium non alium ſciſſe modum quo Herodes Rex agnoſceretur, reciperetúrque à Iudæis non quieturis qnamdiu adhuc aliquis ſupereſſet ex ſanguine regio, qui geſtando Regni ſceptro eſſet idoneus. Adeo populus hic natiuum ſuum Regem amabat, externum oderat!

Ingreſſio Herodis ad Regnum

His ita crudeliter geſtis: Herodes magnum confecit gradum ad ſupremam fortunam, ſiquidem

m obſtacula,vt illi videbatur, omnia erāt ſub-
:a,dum nonniſi cōtra vnum decrepitum ſenem,
iellum infantem, duas fœminas ; qui ſupere-
nt ex vniuerſo ac illuſtriſsimo Aſamoneorum
nguine, pugnandum erat. Hyrcanus enim æta-
grauis inter pungentes ; & horribiles fortunæ
.ciſsitudines ; ſtatus ſui mutationes volutatus,
iam tunc captiuus detinebatur apud Parthos:
iem Rex, licet barbarus, tanta commiſeratione
:oſecutus eſt ob inſitam bonitatem ; & comita-
m dum eum, inter tot afflictiones poſitum vide-
it, vt illum Babylone in multa libertate viuere
neret. Ita pauper hic Princeps, qui totam vi-
:m abſque ambitione tranſegerat, magnâ animi
onſtantiâ, & vultûs æquabilitate ſerenitateque
:flantis fortunæ mutationem ferebat. Iudæi ve-
o qui habitabant intra regionem Regis Partho-
um, videntes eum vulneribus coopertum, muti-
itum, egenum, derelictum, & rebus omnibus, nō
olùm ad cultum, ſed etiam ad vitam ſuſtentan-
am neceſſarijs deſtitutum ; etiam, eo in ſtatu cō-
:itutum: vt Regem ſuum reuerebantur, & tantô
onore, ac veneratione proſequebantur, vt in ſua
aptiuitate Regnum alterum quodammodo in-
ieniſſe videretur. Herodes autem animaduer-
ens, quòd Hyrcanus ; ſaltem cuiuſdam vmbræ
nodo, (ſi à quopiam rebus ſuis adhuc vacillanti-
ous, necdu inſtabilitis inuaderetur) ſibi poſſet
eruire, ex inſtituto legatos cum magnis muneri-
ous ; & litteris humanitate pleniſsimis ad Regem
Parthorum expediuit. Quibus eum rogabat ; ne
naximo ſolatio, quod in hac vita habere poſſet, ſe

Google

priuatum iret. Nimirum ne Rex negaret ſibi copiam, qua liceret paria beneficia referre ijs, à quibus ſe accepiſſe libenter fatebatur. Hyrcanus inquiebat, cùm meus ſingularis fuerit benefactor & protector, imo affectu Pater; etiam Deus meis rebus aliquam pacem tribuerit, negare minimè poſſum quin accepturus ſim maximam conſolationem, ſi ſceptra, ſi maieſtatem, ſi ſplendorem, & honeſtas tum animi, tum corporis oblectationes Regum proprias & Magnatum, cum amico tam fideli, omnique amore digno poſſem communicare. Iſta Herodes, Rex autem Parthorum volens gratificari Herodi, quem videbat plurimùm fulciri Romanorum potentia, quorum vires & arma magis timebat, quàm eorundem virtutem honorabat, poteſtatem fecit Hyrcano eundi quocunque vellet. Hic quid ſibi faciendum eſſet inſcius, præcipuos nationis ſuæ Iudæos conſuluit: qui abitum illi diſſuaſerunt. Verum inductus naturæ ſuæ facilitate, & animi candore, quibus ſubnixus, ſemper porrectam conſueuerat eſcam ſumere, prætermiſſâ omni conſideratione latentis hami, credidit Aulicis, & ſimulatis verbis Herodis: & rectà Hieroſolymam perrexit: vbi nullis nõ amicitiæ & beneuolentiæ ſignis receptus eſt.

Eo pacto tota familia Regia in manibus barbari Herodis poſita è. Hyrcanus vnicam habebat filiam, nomine Alexandram, mulierem nequaquam referentem Patris naturam; nam maximè elato erat animo, & plurimus ei labor, vt in dira iſta ſeruitute, intra patientiæ & modeſtiæ terminos ſe contineret. Duarum prolium ea erat Mater:

par-

:uuli ſcilicet Ariſtobuli, & Mariamnæ, quæ
t Herodis vxor.
Mariamna pulcherrima totius mundi Princeps
ocbatur; Gellius ſiquidem, qui miſſus erat ad
'mas totius vniuerſi præſtantiſsimas perqui-
id as vt eas referret ad Marcum Antonium,
ſtquam accuratiſsimè conſideraſſet ea omnia
era, tum creata, tum facta, quæ habebantur ex-
lentiſsima, conſpectâ in Palæſtina Regione
riamnâ, aſſeuerauit, quidquid vſpiam aſpexiſ-
, comparatum cum excellenti Mariamnæ for-
vile eſſe. Mariamnæ verò pulchritudinem cæ-
tem videri. Si hic homo, qui ſolùm corticem
:erioris pulchritudinis huius Principis vide-
, tantùm eam mirabatur, quomodo non magis
ratus fuiſſet, ſi latens in animo decus, cæleſteſ-
: virtutes introſpexiſſet? Erat hæc oriunda ex
gnis illis Machabæis Ducibus Dei exercituum
mijs, in lege Dei apprimè verſata, prudens, in-
iioſa, circumſpecta, benigna, & caſta velut al-
a Suſanna: in qua tamẽ emineret modeſtia ani-
ſa, & ſimul eximiâ patientia quippe quæ in Au-
Herodis, vt *Iob in ſterquilinio* verſaretur. Nullius c.2.
quam fœminæ pulchritudinem, neque virtutẽ,
itigit ita deſtitui gratiâ & fauore mariti, atq;
iriamnæ Herodi nubentis. Veruntamen exi-
æ huic virgini ſui ſexus decori & ornamento,
æ tot illuſtriſsimos, excellentiſsimoſque Prin-
pes, ſuis tum animi, tum corporis dotibus, vt ſe
ſpicerent, deſiderarent, & ad pedes abiecti ſer-
:ent, allicere potuerat, datur Herodes in mari-
n, in quo præter pellem, & humani corporis

BLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſiguram, vix quicquam reperiebatur humani. Diſci tunc potuit ouem lupo, columbam accipitri illigatam eſſe, & corpus viuum, vti olim Mezentius Tyrannus factitabat, iunctum eſſe mortuo: cum in matrimonium talis Domina viro tam monſtroſo daretur. Verum, ille, penes quem iam ſumma regni erat poteſtas, eam vehementiſsime, partim propter excellentem formam, partim propter firmius ſtabiliendum ſuum ſtatum eam requiſiuit; conſiderans .I quod contrahendo matrimonium cum nepte tot ſuperiorum Regũ, Domus ſuæ tegeret obſcuritatem: II. quòd ea ratione plus authoritatis apud Iudæos eſſet habiturus.

Hyrcanus auus Mariamnæ, & Alexandra eiuſdem mater, videntes Herodem ad eum ſtatum res ſuas deduxiſſe, quem diu ſibi præfixerat, & ſceptrum iam manu tenere (licet iniuſtè, & tyrannicè) omnia inſuper iam metientem iuxta ſuam fortunam, non verò perſonam, duo iudicarunt; primo ex hoc matrimonio rei ſuæ præſenti aliquid commodi & emolumenti acceſſurum; deinde, ipſum Herodem per talem vxorem aliquantulum emolliendum, & emollitum, magis quàm hactenus, Regiæ Domui fauturum.

Et licet non lateret generoſam hanc Regiam Virginem, idem eſſe dari in manus Herodis; atq; proijci in fauces Leonis: tamen, ne contradiceret ijs, quibus per totam vitam conſueuerat ad nutũ obtẽperare; & ſimul legibus neceſsitatis obſecundaret, corroborans regalem animum contra omnes tempeſtates, & diras Herodis procellas, quæ iam tum imminere videbantur, ceruices iugo ſubmiſit.

ſit. Ad hunc modum illigata tenetur matrimo-
vinculis àb Herode, ab eoq; , negari non poteſt,
atur ſed vti fera à venatore tantùm ſcilicet,
antum ea eius affectionibus animi, & augmen-
fortunarum deſeruiebat. Vt autem Herodes
kus illecebris amoris coniugalis de ſua ambiti-
e & crudelitate vel hilum remitteret, ſperari
tuit, obtineri nequijt. Peruerſus enim homo
gnum, vt lupum auribus, tenebat, ſemper nu-
s, ſemper timens, etiam in ſumma rerum ſua-
m ſecuritate, nihil aliud quærebat, quàm om-
s eos tollere, quorum iam ſpolijs potiebatur.
enique etiam ſpes illa concidit poſſe ad-
rſus Reginam amore eius efferos animi motus
quando mitigari.

Herodes humiliat domum regia.

Quam parui is faceret ſuam patriam, vbi de
mmodis vel incommodis proprijs agebatur,
tefecit, quando in quæſtionem venit Pontifica-
s ſiue ſummum gentis Sacerdotium; vt nimirum
ccederetur Hyrcano, (cui, quòd mutilatus eſ-
t auribus, deformitas inducebat irregularita-
m ſtatutam à lege, & altari interdicebat.) Nam
erodes, licet quotidie in ſuo palatio videret
uenem Ariſtobulum, Alexandræ filium, fratrē
icum vxoris Mariamnæ, principem omnibus
meris abſolutum; quem omnes ad tiaram ſum-
i Sacerdotis deſtinabant, ab eo auertēs oculos,
tra Euphratem apud Babylonem quæſiuit in-
gnitum quendam Iudæum, nomine Ananelem,
em creauit Summum Sacerdotem. Ea res fuit
lula condita quam neq; Alexandra mater Ari-
obuli, neque Mariamna eiuſdem ſoror quocun-

Ariſtobulus nō admittitur ad Pontificatum.

Google

que tandem, & quantocunque ea obduceretur ſaccaro valebant deglutire, quippe quæ iam palam videbant eo facto genus ſuum & Domum manifeſtè repudiari. Nec id mirum; quis enim modus æquo animo ferendi iniuriam qua filius, qua frater, poſt tot Maiorum merita illo honore, ad quem ſanguis, natura, & totius populi Iudaici vnanimis conſenſus eum vocabant, ſpoliaretur, & homini triobulari cōferretur? Fatendum quidem eſt (ſed ſimul aliquid iuſto dolori eſt tribuendum) Alexandram tunc minus iram repreſsiſſe, & voci plus indulſiſſe, quàm temporis miſeria, & Herodis malitia paterentur. Sed Mariamna permanens in conſueta tranquillitate animi & eximiæ ſuæ mentis, ſuauitate naturali, & modeſtia ſingulari, allatis rationibus oſtendebat Regi: quod ipſe eſſet fulcimentum ſuæ domus, plurimum iam dilaceratæ & ad ruinam inclinatæ, in eumque ſtatum iam redactæ, vt minimè timendum eſſet, ne ſceptra aliquando ea cogitaret repetere: ſed hoc vnicum eius eſſe votum, vt cum in hoc vniuerſo ab authore ſuo eſſet collocatus, ex eodem poſſet cum honore decedere, neque inglorius ſepeliri. Daret proinde fratri ſuo Ariſtobulo honorem iſtum, daret Mitram, hominemque tantillum exaltaret, à quo quod aliquando timeret, nihil haberet: quandoquidem iam eius ſceptrum ſat ſuperque ſit ſtabilitum: quin imò omnia bona à fratre poſſet ſperare, cùm habeat in poteſtate eius iuuentutem, cui, velu ti molli ceræ, omnem formam poſsit inducere. Addebat creationem iſtius Principis in Pontificem,

Prudentia Mariamnæ.

, eſſe cturam, vt non minus regnum in cordi-
hominum, quàm in ipſorum prædijs eſſet ha-
urus, quando eum viderent & patris & prote-
ris partes exercere in curando nepote Hyr-
i, cuius virtutem ſemper ipſe ſuſpexiſſet &
nore dignam iudicaſſet. Aiebat etiam hono-
n, qui ſibi acceſſerat ex eius coniugio, non vi-
ri ſibi completum, quamdiu videret ſuos ab ijs
norum gradibus conſcendendis retardari &
pediri, ad quos nati eſſet, & Rex ipſe eis poſ-
conferre, abſque vllo timore diminuendæ ſuæ
ctoritatis, aut periculo ſtatûs. Dedit ea vice
erodes iuſtæ & ſuaui Mariamnes orationi lo-
m: ſiquidem poſtquã in concilio cum ſuis eam
m communicaſſet, tandem decreuit Ariſtobulo
fini ſuo dare Pontificatum: quod & fecit non
ſque ſolenni cœremonia. conuocatis enim &
ngregatis in vna aularum palatij amicis, ac de-
de accerſita Alexendrâ, omnibus præſentibus
udiosè elaboratã orationẽ pronunciauit. In qua
ipſa Alexandra non parum queſtus eſt, dicens
m habere ingenium ſeditioſum & turbulentũ,
ius vnicum eſſet ſtudium, perturbare negotia,
ſibi è manibus eripere ſceptrum, (quod cœlo
uidem applaudente, acceperit non tamen ſine
bore & ſollicitudine) & illud infanti tradere
manus, in detrimentum & præiudicium filiæ
eginæ: ſe nihilominus omnes illatas ſibi iniurias
benter obliuiſci; ſuæque naturæ, quæ non niſi
enefacere noſſet illis ipſis, qui ſibi malè vellent,
bliuiſci non poſſe. In eius rei confirmatiomem
e modo eius filio conferre Pontificatum; neque

Digitized by Google

ſe vnquam aliud habuiſſe propoſitum. Quod autem Ananeli, eo præterito, contuliſſet, id non niſi ad tempus feciſſe, dum ſcilicet tenerior adhuc Ariſtobuli ætas matureſceret.

Ambitioſa hæc mater, iuxta ſuum ſexum, imò & longè ſupra, factâ collatione Pontificatûs ab Herode Ariſtobulo filio, tantâ tamque ſenſibili exultauit lætitiâ, vt vbertim lacrymas fuderit, eodemq; temporis momento liberè faſſa eſt Herodi, ſe nihil non mouiſſe, vt tiara pontificia penes ſuam domum, id eſt, Regiam permaneret, exiſtimantem prorſus indignum eſſe, vt ea ad aliam transferretur; quòd autem ad regnum attineret, ſe nunquam illud, poſtquam ſemel à ſua domo translatum vidiſſet, prætendiſſe, & eiuſmodi cõſilia ſemper à ſuo animo & cogitationibus longè abfuiſſe, futuraque poſthac quàm remotiſsima. Et quando, vocante Deo, ſibi è mundo hoc ad alterum erit migrandum, futurum vt migret plena conſolatione, quòd filium relinquat poſt ſe ſummum Sacerdotem; & filiam Regni Iudææ florentem Reginam. Cæterùm, ſi qua in re vel verbo, vel facto exceſsiſſet, credere ſe, vel hoc ipſo quòd ſit mater filij, quem & digniſsimum amore putet, & quem proinde amet ardentiſsimè, veniam mereri. Addebat, aliquid concedendum ſocrui Regis, cui parentela & affinitas tam arcta aliquid libertatis ſolet permittere; quin & filiæ Regis, cui ſeruitus ſit inſtar ingratiſsimi abſynthij ſtomacho aſſueto melioribus deglutiendis. Verùm, quandoquidem ſecum modo Rex agat amice & humaniter, eum non habiturum poſthac ex parte

ſua

occaſionem querendi de ſua peruicaciâ. His
:is & auditis, viſum eſt dextras iungi dextris,
›acta perpetuæ amicitiæ, velut ſtylo adaman-
› firmari.

Sed eheu, mundi amicitia quàm tu ſimilis es e-
dem felicitati! Plane fallax vtraque, illa ſuper
tabilem arenam fundata, hæc inſtar nauis in
tione malefida carinis tomice putrida alliga-

Paupercula mater ex momentanea ſuæ ambi-
nis titillatione lætitiam hauriebat, & non ad-
rtebat filium ſuum non eſſe verè Summũ Pon-
icem, ſed victimam Herodianæ crudelitatis.
on ſic ſapiens Mariamna, quæ addiſcens paula-
n habere ſuſpectam omnem proſperitatem, nõ
ı cor ſuũ laxabat lætitiæ, quin memor triſtitiæ,
lud ſemper aduerſus omnia reflantis fortunæ
la amaret. Proximo, poſt collatum Ariſtobulo
ontificatum, feſto Tabernaculorum, quod erat
ercelebre apud Hebræos, reiecto ſat turpiter
nanele, (qui aliquamdiu, vti O littera inter nu-
ıeros, quas Ziffras vocant functus fuerat mune-
e Summi Pontificis) Ariſtobulus in cepit ponere
yrocinia eiuſdem muneris ab Herode collati. A-
ebat Adoleſcens hic annum ætatis decimum ſe-
ıtimum, corporis conſtabat eximijs lineamentis,
:rat procerus & erectus, vt electa quæpiam pal-
ma; pulcher vt aſtrum aliquod, & multùm ſimilis
ſorori ſuæ Reginæ.

Quando populus eum vidit ornamentis Pon-
tificalibus, quæ erant plena maieſtatis, ſuperin-
dutum ad altare procedere, tantaque cum graui-
tate & decentia obire minus Summi Pontificis,
viſus

viſus eſt ſibi videre nouum quempiam ſolem, ex nubibus prodeuntem, & ſuis velut aureis radijs venientem ad mundum illuſtrandum, qui diu dēſis tenebris fuerat coopertus. Omnes afflicti Hebræorum animi, qui vrgentibus ciuilibus bellis ſæpe ſuſpirarant, iam velut roſæ aliquæ ad gratioſum & fauoris plenum huius iuuenis Pontificis aſpectum ſe dilatare cœperunt. Innata illi in pulchro corpore gratia, velut incluſa maieſtate illius habitûs, tam vehementem emittebat fulgorem, vt omnium oculos perſtringeret. Aliqui fixi, & velut ſtatuæ quædam hærentes eum intuebantur, fuſiſque præ gaudio lacrymis palam faciebant oculos ſibi non eſſe marmoreos; alij ſubridentis ſuauiter vultus intuitu, & multâ, ſed mutâ (ſi mutum tamen fas eſt quod caret verbis) ſignificatione conteſtabantur geſtientium more latentem in animis beneuolentiam; alij reſecantes in corde præteriti doloris reliquias, ore prodebant lætitiam non valentes reticere fauſtas acclamationes, iuſtas illas quidem, & venia dignas, ſed pro temporis conditione nimis liberas. Subibant ſiquidem cum ſanguine, quem cernebant, virtutes maiorum eius Machabæorum ſcilicet, qui eos ab execranda Idololatria Antiochi liberarant; ſciebant pauperculum Hyrcanum vix aliud nunc eſſe, quàm inanem quandam ſuarum exequiarum ſuperſtitem vmbram; recenti memoria voluebant auum iuuenis huius Pontificis, magnum illum Ariſtobulum, qui peractis vinculis conſtrictus, vt quiſpiam ad triremes damnatus, nuper Romam ductus fuerat; non ignorabat quomodo

Alexander eius genitor, & Antigonus pa-
s vitâ fuiſſent ſpoliati, dum dominationi ho-
s exteri ſe oppoſuerunt. Ereptus ex innume-
aufragijs, ſolus ſupererat iuuenis iſte Prin-
, in cuius florente iuuenta ſpes totius patriæ,
oſteritatis, labentis iam Regiæ Domûs, repo-
tas habebant. Et, vt facile creditur, quod in
ribus eſt: ſibi perſuadebant futurum, vt He-
s cedens iuſtitiæ, qui primò Regnum petie-
ub nomine iunioris Ariſtobuli, illud ipſum
ſignaret. Vnde id ſperantes, lætitiæ plauſus
ori, quàm expediebat, libertate, edebant: ſed
errabant cœlo, Herodes enim cum vidiſſet
ia populi pro Ariſtobulo continùo animad- *Malitia*
tit ſe à Regulis humanæ cuiuſdam ſapientiæ *Herodis.*
exiſſe & vt aiunt, in axiomata politica ſtur-
r impegiſſe, recedendo à ſibi conſueto trami-
& modo procedendi ſemel inſtituto. quare ex
emporis momẽto in furioſam demerſus ſuſpi-
nem, Pontificem, eiuſque matrem, quin & pro-
am vxorem Mariamnen, non ſolùm eminus, ſed
maximè cominus, ita curauit obſeruari cu-
diri, vt neque intra, neque extra palatium vel
nimum quid poſſent agere, aut loqui, quin ſta-
n de eo ipſe fieret certior.

Inter hos ita ſuſcitatos ſuſpicionum motus,
udens Mariamna, nunquam non circumſpecta,
antum res & ratio permittebat, exacerbatis v-
nque animis lenimenta adhibebat: at verò ma-
Alexandra aſpectu tot exploratorum ſibi cõ-
uè aſsiſtentium inſidiantiumque grauiter ani-
vulnerata (cùm eſſet aſſueta libertati, non

cuicun-

cuicunque, ſed regiæ) decreuit extremam aleam iacere; idque vel rumpendo ſpecioſæ ſuæ ſeruitutis vincula; vel caput gladio Herodis (ſi eouſque malorũ aduerſans ſibi fortuna pertingeret) præcidendum offerendo.

Alexandra queritur apud Cleopatrã

Quid igitur egiſſe dicemus? Paucis aduertite. Cleopatra, Regina illa, quæ mundum vniuerſum ſuo impleuerat nomine, tunc regnabat in AEgypto. Hæc graui odio ferebatur in Herodem: partim propter ingenij feritatem, partim propter offenſas alias, & iniurias ſibi ab eo illatas: certò enim illa ſciebat eum de ſuis rebus cum Marco Antonio tractaſſe, eique ſuaſiſſe; vt ſe deſereret, quin & vitâ ipsâ ſpoliaret. Herodes è contraria parte Cleopatram ſuſpectam habebat timebatq; quod apud Antonium potens fœmina, Palæſtinam Herodis regnum AEgypto adijcere moliretur. Itaque cum quodam tempore Cleopatra per Iudæam iter haberet, cœpit is conſilium de ea è medio tollenda, vt Marco Antonio, vti credebat, gratificaretur & ſe metu liberaret. Verum; amici, re intellectâ, à tali eum cogitatione auerterunt: dicentes id non ſolùm nimis eſſe audax facinus, ſed eiuſmodi; quod temporis momento omnes eius fortunas poſſet euertere. Adeo familiare erat huic Tyranno OCCIDE, OCCIDE, vt nulla ſæpe ex cauſa alijs quoque fieret author, vt ſibi conſuetâ vterentur medicinâ, Excidio ſcilicet & internecione inuiſorum. Hoc de Cleopatra occidẽdâ per iter non fuit quidem euulgatum, vel ad Cleopatræ aures perlatum; ſed tamen ea abſque iſtius ſceleris ſcientia; ſufficientiſsima aliunde habe-

bebat argumenta odij aduerſus Herodẽ. Quod
m non lateret miſeram Principem Alexandrã,
illam ſcribere non dubitauit.

ALEXANDRA REGINA CLEOPATRAE SALVTEM.

)Omina, quandoquidem DEus in omni rerũ
genere te feliciſsimam eminentiſsimamque
ıniumReginarum naſci voluit, rationi eſt cõ-
ıum, vt tua Maieſtas aſylum ſit innocentibus;
altare miſeris, infelix Alexandra, cui quidem
n deeſt innocentia, ſed fauor & protectio in-
centiæ; non etiam illi deſunt miſeriæ, ſed qui
ſſubleuent, deſunt maximè. Illa igitur il-
Alexandra ſe inter Maieſtatis tuæ brachia to-
ı, quantacunque eſt, proijcit, non iam, vt ei
ſceptrum, ſed vt eius vitam, filijque, (qui om-
m, quæ DEus ei contulit depoſitum maximè
precioſum) tutari digneris. TuaMaieſtas, haud
ıiè, non ignorat, cùm alioquin fortuna me &
ım, & matrem Regis procreârit, ab Herode in
ditionem ancillarum eſſe redactam. Non ſum
ɔitioſa, nec honores nunc affecto in mea hac
ſtate, animique anguſtijs, quas mallem diſ-
ılare, quàm palàm facere: ſed quicquid in tri-
ıi quapiam ad remigandum damnatus pati po-
, hoc patior ego in regno, oppreſſaGeneri mei
lentia: qui cùm meos ſpoliaritdiademate
lum facit finem, donec etiam eoſdem ſpoliet
.: verſamur totis diebus inter improbos ex-
:atores, inter cultros, inter continuos angores
& me-

& metus mortis: quæ longè minori nos afficerêt malo, ſi ea nobis citò inferretur. Porrige igitur Magna princeps, porrige afflictis manum auxiliatricem, & concede tuo in regno angulum quem incolamus, donec excitata ſedetur tempeſtas, & aliquem ſpei radium rebus noſtris oboriri videamus. Ex hoc tibi gloria; nobis autem accepti beneficij memoria manebit ſempiterna.

Simulatque Cleopatra has recepit literas, miſsâ omni cunctatione, ſtatim reſpondit, & vnà cum filio in AEgyptum eam inuitauit, oſtendens ſe magni honoris loco habitum, quòd talis tantaque princeps in ſuis afflictionibus ad ſe, tanquam ad aſylum, confugiat. Recedendúmne ſit ab Herode, nec ne, non multum Alexandræ (id enim illi ſtatutum erat) facit negotij, ſed quomodo, & qua ratione clam poſsit haberi receſſus, atque id, plurimum parit difficultatis. Nec Io illa Inachi filia, poëtis celeberrima, plus laborauit, vt Argi oculos effugeret, quàm hæc Herodis cuſtodias. Tandem, vt mulieres ſunt acres vbi de commodis earum agitur, nulli omnino comunicato conſilio, ne filiæ quidem Mariamne, (timens ne, cùm benigniſsimam nacta eſſet indolem, ſibi ſuaderet ſuo more eſſe manendum potius intra patientiæ terminos, quàm experiunda itinera tantis periculis obnoxia) ſola, ſine conſilio aliunde petito, rem totam ſecum pro animi affectione diſceptâs & definiens, duas tumbas, malo augurio, vnam, in qua ſe collocet, alteram, in qua filius, curat præparari: credens hoc ingenioſo ſuo ſtratagemate poſſe ſe tria conſequi, videliter I. Eludere diligentiam

Molitio. Alexandræ.

gentiam

ſentiam cuſtodiarum; II. Clam omnibus vſque ad
mare tutò deferri (ibi enim erat nauis præparata
quæ eã præſtolabatur.) III quaſi intra mortis do-
minium quod vtique in tumbis potiſsimũ eſſe ſo-
let, vitã ſibi ſuoque filio conſeruare. Sed ô mali!
ſeruo vni, cui nomen AEſopus, ex ijs qui tumbas
erant laturi, viſitanti quendam Sabbionem, ami-
cum & familiarem in domo Alexandræ, verba a-
liqua, dum putat eum inchoatæ rei conſciũ eſſe,
excideruut de conſilio ſuæ heræ. Vix perfidus
iſte Sabbio rem exceperat ex famuli ore, cùm, feſ-
tinans ad Herodem, ei rem totam pandit ordine:
exiſtimans per idoneam ſe naſtum occaſionem in
gratiam cum eo redeundi: nam à longo iam tem-
pore ab illo ſuſpectus habebatur; tanquam fau-
tor factionis Alexandræ. Vbi Herodes factus eſt
certior de propoſito Alexandræ; peruigiles non
defuerunt excubiæ, & aſsiduæ cuſtodiæ: Et Infe-
lix Princeps vnà cum filio deprehenſa in tumba;
capitur, & ex eadem velut ex mortuorum ſepul-
chro, vt ad viuos reuertatur inuitatur & confu-
ſionis & indignationis plena extrahitur; cum illa
interea nihil enixius optaret, quam ſe ac filium
reuera mortuos inueniri potuiſſe: doleretq; ma-
xime Herodi comœdiam & non ſeriam tragœ-
diam exhiberi potuiſſe. Poſtquam enim adeo ar-
canum & certum conſilium fefellit, nihil iam am-
plius ſibi cum vita commercij eſſe debere credi-
dit. Nihilominus Herodes, ſiue veritus potentiã
& auctoritatem Cleopatræ, ſiue quòd Alexandræ
reuera non ignouerit facinus, ſed eius perniciem
in aliud tempus magis opportunum diſtulerit

quò maiori facilitate, & minore inuidia eam denique opprimeret, more ſuo. Itaque rem totam diſſimulauit, vt ne verbũ quidem ea de re loqueretur. Sed facile ab oculato notari poterat, quòd coaleſcentes in eo nubes ſuſpicionum grandia tonitrua fulguri permixta, & horrendas minarẽtur tempeſtates.

Miſeranda iunionis Ariſtobuli mors. Neque vero falſus augur fuit quisquis id proſpexit. nam verſipellis ille & malignus, poſt tot cædes acerbè in tumultu & terrore armorum editas, ſtatuit reliquis omnibus homicidijs adijcere magis deplorandum die quodam æſtatis calido ac ſereno, cùm apud infelicem Alexandram pranderet, quod etiam fingens ſe omnia, quæ acciderãt, profundâ & promptiſſima obliuione æternùm obliteraſſe, ludendo perpetrauit. Res hunc in modum geſta eſt: Inter prandendum ait velle ſe hodie, in gratiam iuuentutis, iuuenis perſonam agere, & inuitare Pontificem Ariſtobulum, affinem ſuum, ad ludendum palmâ pilariâ, vel certè ad ſimile aliquod honeſtum & liberale corporis exercitium. Dictum factum, paria componuntur & in partes luſuri diſtribuuntur: ludendi cõditiones præſcribuntur, partes inter ſe, dum nulla cedere cogitat alteri, ardore luſus accẽduntur. Iuueni Principi, qui ardebat ludendi deſiderio, poſt breuem luſum ſudor copioſiſſimus toto corpore, vti & compluribus è magnatibus & nobilibus, qui vnà ludebant, diffluebat: Igitur paulo poſt itur ad proximas aquas, quæ præterlabebantur deliciorum, & hori locum, ad captandum refrigerium.

Herodes,

Herodes, qui intimè tum naturam, tum morem
ſtobuli habebat perſpectum , & præuidebat
e, vt ipſe in frigidas illas aquas ſe immergeret,
uxit nequiſsimos quōſdā, & dolis ſuis inſtru-
ſsimos iuuenes, qui prætextu ludi eum ad plus
endum, quàm vellet , adigerent, cogerentq;.
nia eueniunt iuxta votum & mentem perfidi
gis. Ariſtobulus enim videns alios in aquis ſe
rigerantes , exſpoliat etiam ſe veſtibus & ijs
ium ſe inuitatus adiungit. AEſtuanti iuueni id
num ſolidum ſeſe recreandi genus videtur,
eſertim cùm omnes ei natando, ludendo, digla-
ndoque per elementum (quod quidem ſemper
iculoſum eſt iuuentuti, tunc autem Herodis
fidia maxime efferatum erat) cedebant &
udebant. Infelix victima ſaltando, corpus huc
lluc in aquis agitando, exultabat gaudio: igna-
funeſti iam iam ſibi imminentis mali; cuius ap-
mè gnari erant non colluſores , ſed crudeles
nifices; nam obſeruatâ ſibi commodâ rei iuxta
um gerendæ occaſione , in funeſto hoc luſu,
inexorabilibus aquis innocentem , ac nihil
cogitantem Pontificem deprimentes ſuffoca-
t: cùm ætatis ſuæ annū ageret decimum octa-
n; Pontificatûs autem vnum non dum expleuiſ-
ita pulcherrimus ille ſol , qui tanto cū fulgo-
& tot hominum applauſu ac ſalutatione exori-
proceſſerat ex tribulationis aquis , in veris a-
s ita occubuit , vt nunquam ex ijs valuerit re-
gere, niſi horrendæ mortis pallore perfuſus. O
s humanæ! quid dicam? An fortia ſomnia ? An
ntaſmata aere ludentia? Faces ad breue tem-

pus lucentes & horrendam daturus caliginem & fætorem? Princeps iſte omnibus numeris abſolutus, quem natura, vt credi poteſt, produxit, vt eſſet quædam menſura cogitationum, amor cordiũ, & admiratio ingeniorum; Princeps in quo vnico ſita erat gloria totius Domus Regiæ; Princeps, qui iungere debebat tiaram Pontificalem Regio diademati, & exſuſcitare omnes ſpes, propemodum deperditæ ſtirpis Aſmoneorum: Is inquam in Princeps, interueniente Herodiana proditione, aquis, ſub ſpecie luſus, ſuffocatur: & in ea quidem ætate, dignitate & morum corporiſque pulchritudine, ac innocentia, quæ etiam latrones ad commiſerationem permouere potuiſſent. Funeſtæ huius cladis nuntius vbi Hieroſolymam perlatus eſt, non minor exorta eſt turbatio & cõfuſio, quàm ſi reuocatus ab inferis Nabuchodonoſor bellicis machinis quateret muros, & effringeret portas. nec aliud, quàm lacrymas, quàm gemitus, quàm pauores, vlulatus, & plurimas mortis imagines videre & audire licebat. Dixiſſes è qualibet domo exportari primogenitũ ad ſepulturã. Sed ſupra omnes alios miſeranda mater Alexandra, immenſo ſeaſſligebat dolore: illa enim modo plorabat proſtrata ſuper corpus filij, quærens fruſtrà in eius oculis nunquã poſthac amplius aperiẽdis, & in labris mortuis reliquias vitæ; modo voluebat oculos inſtar efferatæ alicuius Bacchæ, quæ ferrũ, quæ ignem, quæ reſtem, quæ denique præcipitium quærit, vt finem vitæ adinueniat. Quid autem Mariamna, quæ, licet eſſet patientiſsima, ſumma tamen cum difficultate, incomparabilis doloris

oloris violentiæ reſiſtere poterat ? Deploranda rat vna cum fratre perempto: Amabat enim fra- rem non aliter, atque vnicam ſuiipſius imaginē, tque depoſitum proprij cordis, atque ſpem ſuæ omus per varias partes iam dilaceratæ. Et licet d mortem pene ipſa eſſet vulnerata, tamen vt ptima filia, non immemor matris, eius vulneri- ius medebatur, & apud fratris demortui corpus on aliter morabatur, quàm ſi eiuſdem corporis uiſſet vmbra. Deinde verſa ad DEum amabili orde ſic loquebatur: mi DEus, ecce in eo nunc tatu ſum, in quo nihil amplius habeo quod time- m, quàm tuam iuſtitiam, nihil quod ſperem aum tuàm miſericordiam. Ille enim, pro uo timebam, & ſperabam, quicquid in ambitu uius mundi timeri, quidquid ſperari poteſt anſiuit, mihi ereptus ſecreto diuinæ tuæ pro- identiæ conſilio, quam ſemper admirari & hu- ili voluntate venerari, ſum docta, licet omni co- itationum mole (quæ mea eſt infirmitas) eandem equeam penetrare. Quod ad me attinet, Si quam iter tot mundi amaritudines ex præſentia duo- im quæ mihi ſuſtuliſti, ſugebam dulcedinem a- quam, certe modo me vides penitus ablactatam ſe, non ſecus atque infans perempta matre ab beribus arcetur, maternis. Poſthac ergo ſtat a- mo nonniſi abſinthium deguſtare, vt ſic, renun- ans terrenis conſolationibus, addiſcā eas quæ- re, quæ propriæ ſunt tuorum filiorum. Atque to modo generoſo anima in timore & amore ei inſtructa ſugebat *mel de petra*, & *oleum* expri-

Digitized by Google

mebat *de ſaxo duriſsimo*, more piarum animarum, quæ omnia ſua ſtudia vſque ad ipſas lacrymas, efficiunt meritoria cum ex oppoſito deſtitutæ iſtis virtutibus, vti Alexandra, ſeipſas lancinant, & dolore conficiunt abſque vllo fructu, & conſolatione; excruciant abſque remedijs, quin & nonnunquam deſperant abſque vlla ſpe ad rectum mentis ſtatum redeundi.

Herodis extrema hypocriſis

Quid dicam? etiam ipſe Herodes in tam triſti dolorum concertatione & ſpectaculo ſuas ſtrenuè egit partes. Incredibili enim hypocriſi oſtendit omnia veriſsimæ triſtitiæ ac doloris ſigna externa: luſum eſt deteſtatus, fortunam accuſauit, contra cœlum queſtus eſt, quod ſibi inuidiſſet hominem, in quo cupiuiſſe ſe dicebat patefacere amorem, & venerationem, quâ ferebatur in Domum Regiam, cui magna ex parte ſuam promotionem debebat. Non ſine magnis ceremonijs iuit viſitatum Reginam, ſicut & illius matrem Alexandram, quas cùm amare flentes circa demortui corpus reperiſſet, ei quoque percalidæ obortæ ſunt lacrymæ; ſiue ea fuerint crocodili, & eas in ſua habuerit poteſtate: vt ipſa fictio aliquam veritatis ingeneraret ſpeciem; ſiue tunc verè aliquid ſenſerit doloris, conſideratus vnâ ex parte tenellum iſtum floſculum tam crudeliter mortis falce demeſſum, & ſimul tot eximia, & quaſi diuina ornamenta momento temporis oculis hominum erepta (quæ non alio fine orta videri poterant, quàm vt in ipſo naſcendi articulo interirent) cõtemplans ex altera parte afflictas illas Reginas fluctibus triſtitiæ vndique obrutas. Certè ſpectaculum

culum hoc adeò erat triſte, vt non ſolùm ex homi-
nibus, ſed etiam ex rupibus, ſi ſentirent, lacrymas
elicere potuiſſet. Ita perfidus homo ſe ipſo inui-
to aliquid humani retinebat. Neque enim dubito
quin natura tunc à barbara eius crudelitate la-
crymas illas, quas in conſpectu ſocrûs vxoris fun-
debat, violenter extorſerit. Sed ô miram fraudẽ!
dem etiam fingebat ſe doloris magnitudinem e-
umpentem conari generosè, ac viriliter com-
primere & ſuffocare ne mœſtæ matris & ſororis
riſtitiam ſuis lamentationibus augeret, ſed ne-
quire exundantem cohibere. Deinde verſus ad
Reginas, ijs dicebat non ideo ſe eas acceſſiſſe,
quòd crederet poſſe ſe ſtatim earum ſiſtere &
xſiccare lacrymas, quæ non niſi iuſtiſsimæ eſſe
oterant; cùm nec ipſe ſuis poſſet imperare; per-
iittendum proinde naturæ ſuum curſum; futurũ
t poſtea etiam tempus ſuas agat partes, & do-
ori adhibeat medicinam. Sed nec ſe vnquam paſ-
irum, vt ſibi ex animo defuncti memoria elaba-
ır: verùm quicquid vnigenitus ab amantiſsimo
atre, & potentiſsimo Rege expectare poteſt, ſe
ræſtiturum; quin & poſthac & Alexandræ ve-
um filium, & Mariamnæ germanum fratrem, &
icerum maritum futurum ſe ſanctè pollicеba-
ır, ſiquidem Deus videretur à ſe poſtulare, vt
ia aduerſus eas, ob iacturam, quam ſubierant ex
orte filij, & fratris officia duplicaret. Deus bo-
e, quantus tyrannus eſt Ambitio, quanta vulpes
t Tyrannis! Alexandra, quæ in maledicta, in cõ-
melias, ac in omne iniuriarum & opprobriorũ
enus credebatur eruptura eo quod minimè eam

Appetitus vindictæ magna eſt tyrannis.

lateret Herodem licet verbis, factis & ſignis omnia alia ipſe præ ſe ferret) eſſe auctorem necis Ariſtobuli, conſtanter nihilominus diſsimulabat & ne verbo quidem amariore oſtendebat ſe aduerſus Regem quicquam offenſionis concepiſſe: eò quod ſperaret opportuno loco & tempore ſe filij mortem poſſe vlciſci. Cum ad eum modum hæc ſcena peracta eſſet, & Herodes quod ex animo ficto poterat ſolatium prompſiſſet, deceſsit è Theatro, & ſibi de præclare acta perſona applauſit: dùm nulla ſeſe criminis ſuſpicione vrgeri ex Alexandre (quæ aliàs plus æquo in longè minoribus occaſionibus queri & lamentari conſueuerat) ſummo ſilentio collegit. Denique ad ſummum doloris lenimentum curauit defuncto, more Regio, tanta cum pompa & magnificentia fieri iuſta, vt, ſiue ordinem & multitudinem eorum qui funus comitabantur; ſiue copiam, & raritatem thymiamatum, ſuffimentorum & omnis generis aromatum, quibus demortui corpus fuit conditum, addo & ſuperba & precioſa ornamenta, quæ miro ſplendore & artificio ſepulchrum illuſtrabant, ſpectes, nihil omnino potuerit deſiderari. Simplices, quibus nihil inerat aſtutiæ, & parum prudentiæ, omnia iſta mirabantur & fieri ex vero & ſincero affectu iudicabant; at prudentiores, qui aſtuti hominis animum nôrant, lacrymas eius cenſebant ſimiles eſſe lacrymis Crocodili, (qui videns remotum à ſe hominem, lacrymatur, vicinum autem deuorat.) Quid enim ex morte Ariſtobuli Herodes triſtitiæ potuit concepiſſe, qui ei palum ex oculo detraxit, & in plena Regni Iudææ poſſeſsione collocauit? Ale-

Alexandra iungens affectionem doloris appetitui vindictæ, ſtatim atque mortuo Ariſtobulo iuſta ſunt perſoluta, non intermiſit certiorem facere Cleopatram de omni eo, quod contigerat, idque litteris ita patheticis, vt verbum quodlibet ſanguineis lacrymis perfuſum videri potuiſſet. Cleopatra quæ abundè iam aliàs erat diſpoſita, ſubitò concepit nouum ignem aduerſus Herodem, & negotium hoc non minori egit ardore, quàm ſi fuiſſet proprium: dum vniuerſam aulam concitat, dum vociferatur, dum tumultuatur, & aſsiduè aures Marci Antonij obtundit: ingerens rem indignam, & prorſus intolerandam eſſe, vt homo externus potiatur ſceptro, quod legitimo Regi violenter ereptum ſit, neceſſe fas eum viuere, qui hæredi eiuſdem ſceptri, barbarâ ac immani crudelitate vitam ſuſtulerit, Reginas omni commiſeratione dignas contra omnem rationem, & ius earum tyrannicâ ſeruitute preſſerit, atq; in præſens etiamnum premat Antonius, qui agnoſcebat Herodem ſuum eſſe, *& opus manuũ ſuarum* talibus querelis perquam inuitè animum intendebat; nihilominus, vt ſatisfaceret Cleopatræ, magno ſe obſtringens iuramento, promiſit ſe, vocato Herode, rem totam accuratè examinaturum; & ſi quidem tam feri criminis reus deprehendatur, futurum omnino aſſeruit, vt de eo huiuſmodi ſumat ſupplicium, quod alijs poſsit eſſe iuſtè agendi cauſa & exemplum. Nec mora, Herodes vetatur Laodiceam, vbi aliquamdiu Marcus Antonius erat commoraturus. Iſtic dies dicitur, quo ſe purget de illata Ariſtobulo nece. *Accuſatur Herodes.*

Digitized by Google

Hic nuntius perfidum Regem longè potentius perculit & excitauit, quam quodlibet tonitru & vno veluti ictu nihil tale cogitãtem in multas & maiores redegit anguſtias, quàm quiſquam cogitando aſſequi poſsit.

Horror Herodis.

Vna ex parte ante oculos habebat ſui criminis imaginem, & vocem effuſi ſanguinis aures ſuas continuè obtundentem; ex altera verò, totam ſuam fortunam conſiderabat dependere ex Antonio: qui tunc temporis nihil agebat, niſi ex conſilijs Cleopatræ: quam & gnauiter ſibi aduerſari, & animum ad regnum Iudææ, vt ſibi vicinum & percommodum, adjeciſſe ſat ſciebat. Verùm nihil æquè exercebat & cruciabat eius mentem, atque furioſa quædam Zelotypia. Sibi enim imaginabatur Antonium, Principem comprimis laſciuum (qui explorabat, & exploratam ambiebat omniũ Reginarum formam) prorſus inordinato affectu ferri in ſuam vxorem cuius imaginem viuis coloribus expreſſam ad eum ſciebat eſſe delatam atque vt liberius frui, ea poſſet nunc occaſionem ei ex ſuo facinore eſſe natam, proindeque timebat ne ſe victimam funeſtorum ſuorum amorum, deſtinaret, & ad aras eorundem immolaret. Idcirco omni ex parte, velut candentibrs forcipibus, diſtractus vrebatur; & quocunque ſe vertebat, ei nonniſi præcipitia, & terrores obijciebantur: iam videbatur voluntarium exilium eligere; iam mortem exilio præferre; iam aduerſus vim ſe armare velle: ſed omnibus animo agitatis, nihil ei occurrebat melius, quàm rem procraſtinare, & diuerticula, quoad fieri poterat, quærere. At Antonius,

onius,cùm ſuſcepta profectione ad inferendum
arthis bellum vrgeretur, inſtabat vehementer,
t ſe Herodes ſiſteret, Vnde facile apparebat He-
odem ſi tergiuerſaretur Antonio grauiores de
e male ſentiendi cauſas daturum. Itaque decer-
it ſibi eundum eſſe neceſſariò, quò vocabatur,
ut funditus pereundum. Accepta abeundi licen-
â à ſua ſocru Alexandra, & vxore Mariamna,
ullo tui bationis animi edito ſigno, nulla depoſi-
a querela, nulla item oſtenſa vllius offenſionis
ota, non ſecus atq; ſi inſtaret exigua aliqua pro-
ectio, quam animi cauſa ſuſciperet, pergit: prius
amen adit matrem, quam adhuc tunc habebat
uperſtitem in ſua aula, & ſororem dictam Salo-
nen. Iis maiorem in modum commendat, vt ac-
urate omnia dicta, factaque Alexandræ & Ma-
amnes obſeruent, quippe quas ſtamen ad diffi-
lem telam ſibi inſtruxiſſe exiſtimabat. Deinde
partem ducens patruum ſuum Ioſephum, ſic ei
cutus eſt: patrue mi, tu noſti negotiũ, ob quod
gor proficiſci Laodiceam, nonnihil quidem eſ-
perplexum, dum mea innocentia ab aduerſariis
tentibus impugnatur: qui magis eſſent formi-
ndi, ſi in ijs tantum ineſſet virium & efficaciæ,
antum ineſt malitiæ & voluntatis ad nocen-
um, Verùm cùm illa ijs fere deſit, & inordinati
nimi prauitas facile detegatur, ſpero me etiam
er medias & atras haſce tempeſtates ſerenita-
m reducturum, meque à te, mea integritate in-
xum breui viſum iri, cum inſigni de calumnia
iumpho niſi me hactenus comitari ſolita fortu-
a, poſt tot triumphos deſtituat. Si autem ſe-
cus,

cus, atque ſpes mihi dictat, res caderet, exitium meum in vnam meæ vxoris formam eſſet referendum: eam enim animo ſibi deſignare poſſet Antonius. Quod ſi ita eſſet illeq; ſuo genio indulgens, me mori compelleret ante tempus, tum ego te per reuerentiam, quam ſemper tibi detuli, per meam fortunam, quam venerariſ; per naturam, & ſanguinem mihi tecum communem, te inquam adiuro, ne, caſu quo intelligeres me aliter tractatum, quam & mea dignitas, & innocentia mereatur, vnquam permittas, vt mortem Herodis eiuſdem thori iniuria comitetur. Regnum ſerua tibi, & tuo poſt te ſanguini, & fac vt continuò Regina, coniunx mea, ex hoc mundo emigrando ſequatur, mihiq; ſocietur in altera vita. Fidenter dico, occide audacter, ne eâ alius poſt meum obitum fruatur. Si animæ mortuorum aliqua rerum huius vitæ tanguntur curâ, hoc maximi refrigerij loco mihi eſt futurum.

Terribilis zelotypia.

Ioſephus, audita hac inſtructione, & modo, quo ſibi eſſet in eius abſentia procedendum, non mediocriter quidem obſtupuit, ſed tamen, caſu quo rei neceſsitas modum iſtum exigeret, omnia ſe iuxta eius voluntatem adminiſtraturum recepit: cæterùm, inquiebat, tua fortuna (quæ hactenus aduerſus omnium inimicorum impetus & potens & inuincibilis extitit) in ſpem inducor omnia negotia tua proſperum exitum eſſe ſortitura. Rebus ſic conſtitutis, iter ingreditur, pergit Laodiceam, aſſumptis ſecum precioſiſsimis quibuſque è ſuis theſauris, vt ijs, quibus opus habebat ad rem iuxta votum gerendam munera

clar-

elargiretur. In his autem omnibus agendis tantum ipſe Herodes vultu oſtendebat ſecuritatis, quantum latentis in corde fouebat, anxietatis ſeu verius deſperationis. Appulſus Laodiceam, admirandas ibi contra ſe formatas reperit accuſationes; in quibus potenter arguebatur de homicidio in Ariſtobulum perpetrato. Edocebatur M. Antonius, quomodo Herodes ſceptrum Iudeæ rabioſa quadam ambitione; & ambitioſa rabie ſemper expetierit: Vnum autem Ariſtobulum ei fuiſſe velut trabem in oculo, nihilq; aliud præter illum, dum viueret, ei ſpem plenè illius potiundi præcidiſſe: conſcientia enim mille teſtium inſtar erat, illud Ariſtobuli ita proprium eſſe, vt ne ipſe quidem à Romanis ſub alio titulo petere auſus fuerit, quàm adminiſtrationis, idq; tantiſper, dum ipſe Ariſtobulus maturiorem ætatē attingeret: illam autem adminiſtrationem primo commutaſſe imperio; deinde tyrannide, remouens omnem regium ſanguinem, quantum in ſe fuit, ab omnibus dignitatibus adminiſtrandis, vt hominibus triobularibus eas conferret; huius rei teſtem extare Ananelem, cui, poſtquam eo ſpoliarat Hyrcanum, cōtulerat Pontificatum. Quòd autem poſtea mutauerit ſententiam eripiendo Ananeli, Sacerdotium & conferendo Ariſtobulo, non id fuiſſe beneuolentiæ & amoris indicium, ſed auaritiæ & timoris, ne populus, à quo opportunè importunè, ob repudium Domus Regiæ, interpellabatur, concurſu facto rebellionem, magno eius malo, excitaret. Adde quòd, quando Ariſtobulus ad Pontificatum fuit euectus, non ferens

rens ipſe Herodes applauſum populi, oſtenderit adeò ingratum id ſibi accidiſſe, vt rabiem ſuæ inuidiæ & ambitionis, ſub conſueta larua ſuæ Hypocritis continere nequiuerit. Et hunc fuiſſe cauſam quod nunquam exinde intermiſerit, tum Ariſtobulum modò ſublatum tum eius matrem Alexandram crudelem adeò in modum perſequi, vt cùm quietis locum inter viuos nō reperirēt; ſe in loculis mortuorum curârint collocari, vt in ijs mortuorum instar deferrentur ad mare mitius Herodiano ingenio, & illud ſulcando, in Aegyptum tenderent: ſed cùm in ipſis tumbis iam poſiti intentum in eos Herodis oculum latere non potuiſſent, quin deprehenderentur. ipſos quidem deprehenſos nihil mali timoris præterijſſe; ipſe verò qui deprehenderat nullam poſtmodum intermiſerat occaſionem in eos perſequendi, & penitus è medio tollendi; quòd autem iuuenis Princeps mortuus ſit in aquis, verum eſſe, & neminem negare: ſed non ſolitarium, non ſeparatum ab alijs, verū inter manus inſolentium iuuenum ex domo & ſinu ipſius Herodis, manifeſtè ſuffocatū eſſe.

Adeo perſpicua & aperta hæc eſſe, inquiebant quorum intererat, vt, licet radijs ſolaribus, ſcriberentur, clariora eſſe non poſſent: vox ſuffocati ſanguinis clamabat in cælum, nec eam, licet omnes quæreret modos, valebat Herodes comprimere: demortui Principis imago, quæ paulo ante necem, non abſque intuentium ſingularis eius pulchritudinis admiratione, in Aegyptum fuerat deportata, oſtendebatur: flebiliter perorans eius inducebatur vmbra, quæ petebat à Marco

Anto-

ɔnio, ſibi iuſtitiam adminiſtrari; ob indignam nmeritam in primo iuuentutis flore perſe- imam, quæ vnquam vlli mortalium fuit in- ſta, proditionem, illatam ſibi mortem. Nec ant orbæ (licet abſentis) matris ſuſpiria, itus & lamentationes: quando Cleopatra ni- quod ad tragœdiam hanc ad viuum repræ- andam ſpectabat, omitti ſinebat: Adeo ardens certamen vindicandi domum Regiam aduer- Herodis machinationes: Herodes autem cui uſa propria non deerat eloquentia, admiran- ultus totiusque corporis modeſtiâ & humi- e reſpondit:

xcellentiſsime Princeps, voſque cæteri Do- i, qui hoc in concilio conſidetis; Arbitror vos e quod ſceptrum Iudææ, neq; de manu Hyr- , neque Alexandræ acceperim, acceptumque mea tum Romani nominis gloria tenuerim præſentem diem, idcirco mirum videri non et ſi ſceptri mihi collati gratiam nullam eis uiſſe intelligar. neque enim mihi ipſi in men- venit omni eo tempore blandius idcirco cum ſſe agendum, aut cauendum ne qua re iuſta offenderem nedum timerem. Tu verò M. oni, Princeps Illuſtriſsime, certius idem no- i, quippe qui mihi vna cum Cæſare ex Sena- onſulto Romæ in orbis theatro & ſceptrum d, & omnem quam habeo dignitatis amplitu- em, fortunarumque proſperitatem contuliſti. igitur à te beneficium accepiſſe glorior, ad te iſsime ornatus reuoluor ductu Naturæ, quæ e hauſit, poſt vnum, munera refundit. vnde, ſi

iubes; paratus ſum hodie, imò momento quouis non ſolùm ſceptrum & poſſeſsiones vniuerſas relinquere; ſed etiam vitam pro tua gloria abjicere, quando illi conſeruandæ nunquam ſtudui, niſi ad tibi obſequendum. At vnicum hoc mihi graue eſt, quòd, cùm via ad mortem omnibus expedita pateat; Via autem bonæ famæ & æſtimationis apud homines, (quæ vita ipſa charior eſt) clauſa ſit meæ innocentiæ. Perſequuntur me binæ fœminæ, quibus quod ſe ſociam iungat Regina Cleopatra mirari ſatis non poſſum, quippe, quæ quanta eſt, tota cæleſtis eſt & diuina. Verum cum animum ſubit meum irati numinis minas eſſe æquo animo tolerandas, etiam ab eo qui non intermiſerit eius honori cultum & obſequia deferre animum facile in glorioſiſsimæ Reginæ Cleopatræ ira per moleſta compono. Ad Alexandram quod attinet, nihil miror, ſi illa cœlum & terram moueat contra me: ea enim præferoci ac ſuperba indole, & ſæuo ingenio, ſemper meam oppugnauit patientiam, aſsiduis conata modis, vijſq; omnibus meum gubernandi modum diffamare, & apud omnes in odium vocare quò coronam, quam manus tua, maioribus eius potentior, capiti meo impoſuit detractum iret. Verone igitur ſimile videri poteſt quod ego, qui beneficio Romanorum regnum pacificus poſſeſſor obtineo; qui, teſtibus etiam meis Aduerſarijs, nihil prece pretioue egi quo mihi regnum deferretur, (ita ambitionem in fræno tenui! ego inquam, tale tamque horribile attentarim crimen, cuius non ſolum patrandi ſed neque cogitandi facultas in quenquam cadere

dere poteſt, niſi in illum qui humanam penitus exuerit naturam, & illa abiecta cum Lycaone induerit belluinam? Nemo gratis ſolet eſſe nequã. Spes mercedis eſt lychnuchus facinoris. Tolle præmium, quod moliendo crimen effingitur, & crimen ſuſtuliſti. Qui igitur ex Ariſtobuli cæde nihil commodi, ſed plurimum doloris eram reporturus qui amabo circa Ariſtobuli vitam, ſiniſtri quippiam attentare volui? Ad measne res ſtabiliendas? at omnes eæ iam erant inuicta Romanorum potentia ſtabilitæ. Tua gratia Illuſtriſsime M. Antoni, & propenſus tuus in me animus plus mihi contulit, quàm vlla nequitia, & intentus quantouis ſceleri animus poſsit obeſſe. Verùm, vti dicitur, non ſolùm non promoueri perſonas è Domo Regia ad regni dignitates, ſed etiam quo minus promouerentur, obices poſui: Ecquos oro? cùm ſemper eas in ſinu meo pro viribus fouerim, & inter ſe conciliarim? cui enim obſcurum eſt in hac regione Hyrcanum, caput Familiæ Regiæ, cùm apud Parthos captiuus detineretur, me omnes animi neruos intendiſſe, auctoritatemq; meam interpoſuiſſe, vt is in libertatem aſſereretur, ad aulam reduceretur in qua etiam hodie tranquillam ac beatam vitam in ſumma viuit pace; gaudens omnibus regni prærogatiuis, abſque vlla cura & ſollicitudine rei alicuius adminiſtrandæ. Nemo non ſcit me Mariamnam eius ex filia neptem, & regni, & thalami conſortem feciſſe: ac hoc ipſo tum populorum Reginã, tum Regis ſponſam eam creaſſe; quin & Summũ Pontificatum eius fratri Ariſtobulo ſincera ac

Digitized by Google

prompta animi propenſione & voluntate, à nemine coactus, ſed liberam & abſolutam habens rerum mearum adminiſtrationem, contuliſſe. Quod autem id diſtulerim, poſito tantiſper vices gerente Ananelo Babylone euocato, ſummo conſilio feci, quod eius ætas capax amoris & caritatis meæ, munerum magnitudini nondum erat apta, nam reipſa agens annum ſolummodo ætatis ſuæ decimum octauum creatus eſt Summus Pontifex. Quæ res fuit prorſus ſingularis, & ante id tempus inuſitata, & qui vice eius admotus erat Ananelus, ita obſcurus erat, vt ſine labore, vtpote nullis conſanguinitatibus innexus, poſſet de gradu amoueri. Alexandra verò eius mater, quæ hoc in negotio mouet cœlum & terram, in mea aula omnem ſemper habuit libertatem ea agendi, quod vt ei contingeret, abrepta inordinatis animi affectionibus, nullis non quæſiuit vijs. Quid enim aliud argumentum, nuperrimum eius factũ præ ſe fert, quàm apertam ſui ipſius ruinam? dùm ſe inſtar cadaueris cuiſpiam curat claudi feretro, & exportari noctu, vt è mea aula clam ſe proripiat, & poſtquam domi meæ multis me contumelijs affecit, etiam apud exteros diffamet? ſi tanti erat iter in AEgyptum ſuſcipere, verbo id indicaſſe ſui amantiſsimo regi abunde erat, quippe cui mulierem turbulentam domi præſertim inuitam detinere operæ pretium non fuiſſet, ſed placet ei fingere periculum vitæ, cui omnia ſunt tuta, & in id inducere illos, qui eam viuere cupiunt, imo & vt viuat in omni ſecuritate efficiunt. Deprehenſo dolo, quem ingenioſe ſe procu-

diſſe exiſtimabat , ne verbum quidem aſperius illi dixi: & hoc duabus de cauſis, I. quia volui vt patientiæ meæ ſpectaculo placidè frueretur; II. quia exiſtimaui omnem ſtultitiam à propriâ conſcientia abundè puniri.

Paulò poſt quàm Alexandra ſuo illo , ſi dijs placet , ſolertiſsimo ſtratagemate deprehenſa fuit: interuenit mors iuuenis huius Principis, cuius recordatione nunquam non mihi prouocantur lacrymæ, eum enim vt intimè diligebam, ita non parum dolebam , quod eius mater ingenitæ illius indolis ſuauitatem alteraret , pluſque ab eo requireret , quàm tenerior adhuc eius ætas poſſet perferre. Mortuus eſt non apud me , non in mea, ſed in matris domo; mortuus eſt caſu, quem mortalium nemo poſſet proſpicere; mortuus eſt cum ſuis æqualibus & iucundiſsimis iuuentæ ſocijs udens in aqua, quæ eſt elementum ſine fidelitate, ne miſericordia: in quo innumeri nihil tale cogiantes, eius vndis vti ille, prò dolor obruti, perieunt; mortuus eſt inter iuuenes , non alienos ſed ilicos , quibuſcum quotidie alicuius luſûs cermine ſe obſectare conſueuerat. Suâ ſponte, neine ſuadente, aquam ingreſſus eſt; alacritas iunilis ætatis (ſublatâ omni potentiâ à luſu eum trahendi) ad præludendum tanto periculo eum duxit; & inimica fortuna opportunum ſuis luus, non Herodes, oppreſsit.

Nimium grauem mihi ſeruitutem imponit exandra ſi me Regni curis dilaniatum & pene cerptum iubet modo aut voluit olim iuuenim filij actionum, eſſe gubernatorē, & Fortunæ

vel elementorum in eum ſæuientium reddere rationem non ſecus, atque ſi eorum penes me eſſet dominium, quod ne à Dijs quidem rectè vnquam exigetur.

Hæc homo callido præditus ingenio, tanta cum gratia, rei probabilitate & vultus colore ac calore dicebat, vt omnium animos ad ſe raperet & eloquentia tanquam naue roſtrata vectus cunctis videntibus in portum ſecurus, & ſuum ipſe periculum admirans inueheretur, & extra periculum poſitus in Antonij aula omni cum libertate moraretur, expectans euictæ cauſæ Principis teſtimonium. Interim, cùm admodum eſſet ſolers & prouidus, nec non liberalis, vbi id exigebat occaſio, multâ ac precioſâ munerum largitione præcipuorum è comitatu Antonij animos lucratur, palamque facit totam Cleopatræ accuſationem non aliud eſſe, quàm muliebrem choleram malè digeſtam: quin & ipſe Antonius inculcabat Cleopatræ, minimè ſibi, ſuiſque rebus conſulere, immiſcendo ſe negotijs regnorum externorum, idque ſuo malo experturam aliquando, ſi contingat ſe citius illâ ex humanis diſcedere: Herodem proinde, cùm ſit Rex, nequaquam tractandum eſſe, vt ſubditum, ſed modis omnibus ſtudendum, vt eam habeat amicum.

Cum Herodes negotium ſuum Laodiceæ in aula Antonij ſtrenuè ageret, mater eius & ſoror Hieroſolymis importuniſsimâ, quâdam diligentiâ non intermittebant omnia dicta factaque Mariamnæ Reginæ, & eius matris Alexandræ obſeruare. Ioſephus autem eiuſdem Herodis patruus, accurati

accurati cuſtodis partes agebat: & frequenter Mariamnam viſitabat, modò ad tractandum aliquod negotium, modò ad explendos omnes officioſi aulici numeros. Interea idem hoc officij genere, incipiebat experiri fortunam nocturni papilionis dum ad aſpectum oculorum incomparabilis illius pulchritudinis: tanquam ad faces geminas impingit multumque aduerſus eam affici videbatur: & licet omnino nihil eſſet, ad quod poſſet animum intendere, tamen ei volupe erat cum tantæ dignitatis perſona poſſe conuerſari & aliqualem amicitiam contrahere. Ea Ioſephi paſsio accedens ad naturalem eius ruſtititatem, eum efficiebat ſtolidum & plus æquo loquacem. Vt de admirandam effutiuit ſtultitiam. Nam die quodã cùm de ſingulari affectu & amore, quo Herodes ferebatur in coniugem ſuam Mariamnam, ſermo incidiſſet: & Alexandra coràm præſens id modo quodam rixoſo, contemptibili ac etiam non nihil mordaci, iuxta quod illi erat in more poſitum, irrideret; Ioſephus volens conſeruare Regem, Dominum ſuum in amore & gratia Reginæ, an ſtultus fuerit, an ebrius non determino, dixit elatâ voce. Sereniſsima Regina, tua mater Alexandra dicat quicquid illi lubet, ego tibi manifeſtiſsimũ Regis mariti tui aduerſum te amoris teſtimoniũ dare poſſum: & hoc eſt, quod hinc diſcedens Laodiceam, caſu quo moreretur, mihi mandauit, vt te occiderem, quia ſcilicet in altero mundo non poſſet eſſe ſine te.

His auditis prô quanto Dominæ horrore exalluerunt. Eheu! inſanus iſte homo (intra ſe in-

quiebat Alexandra) quid faciet viuens, ſi mortuus intendit eos morti tradere, qui ſuperſunt in vita?

Interim Hieroſolymis crebri erant rumores, ſomnia eorum, qui nimis faciles ſunt ad credendum, Herodem conuictum de morte illata Ariſtobulo, occubuiſſe, Marco Antonio ſupremam in eum mortis ſententiam ferente. A quo huiuſmodi rumores promanârint, incertum eſt: poterant autem promanare, vel ab inimicis Herodis; vel ab ipſomet Herode ſecretò ſpargi, vt hominum erga ſe ſtudia & propenſiones cognoſceret. Prudens Mariamna tenuem iſtorum rumorũ auram contemnebat, nec vllam fidem ei ſe habere oſtendebat: Alexandra autem multum ſe excruciabat, & velut auis quæpiam in pertica, ſe huc & illuc motabat, ſummis precibus contendens à Ioſepho, vt ſe ambas è palatio primò educeret; deinde ad tutas ſtationes exulantium legionum Romanorum curaret perduci, ac tandem in manus tribuni dicti Iulij tradi: vt inde ad Marcum Antonium rectà pergerent. Summè enim illi erat in votis, vt princeps iſte vel ſemel filiæ ſuæ aſpectu frueretur: perſuaſiſsimum habens, quòd ſimul atque eam vidiſſet, oculorum eius fulgore perſtrictus caperetur; & in illius gratiam nihil non præſtaret in poſterum. Sed ſpes vanæ, quia prauæ, & dignæ quæ ſucceſſu carerent, nec Alexandra omnibus animi ſui agitationibus & machinationibus aliud quicquam effecit quam quod nuda & aperta fecit conſilia ſua, & indomitas quas in corde fouebat paſsiones mundo detexit.

Reditus Herodis. Herodes interea redijt victor, authenticas ſecum

n referens ſcripturas, quibus immunis ac pe-
us innocens ab eo ſcelere, de quo accuſabatur,
nſuper amicus Antonij (nihil omnino profi-
ntibus machinis Cleopatræ) pronunciabatur.
que vero mira in homine iniquo fortuna vi-
:i debet, Deus ſiquidem multiplicem iſtum ho-
:idam, ac parricidam ad vitam ſimilem Caini
ſeruabat, quam mors longè horribilior & tru-
lentior, quàm fuerit Caini, erat finitura.
Eius mater & ſoror, nempe Herodis, ſimul at-
e redijt edocuerunt illum, more ſuo, omnia
æ in eius abſentia circa Mariamnam & Alexan-
am contigerant; inprimis autem metuenda con-
ia Alexandræ, volentis ſe tradere Romanorum
tentiæ.
Salome, quæ ad rabiem vſque odio ac inuidiâ
obam Mariamnam inſectabatur, tingens linguã
am ſerpentinam in felle nigrioris maledicen-
e, de ſecretioribus colloquijs cum Ioſepho He-
dis fratre habitis, eam accuſauit. Quam ob rem
erodes, qui ſupra quàm dici poteſt erat Zeloty-
is, cogitauit eo momento illum grauiore infor-
nio mactare, & ſecreto Mariamnam, interro-
uit quo ex fonte proflueret contracta cum Io-
pho amicitia? Caſtiſſima Regina, cui nunquam
iquod impatientiæ verbum excidebat, oculis,
ltu, verbo, & totius corporis conſtitutione
deo ſe eâ calumniâ offenſam oſtendit, vt homo
lioquin perfidus, quantopere vel etiam à cogi-
tione talis criminis ea abhorreret, probè cog-
ouerit: quin & re ipſa ſummo confuſus rubore,
uòd talia ei dixerit, inconſiderate dictorum

Digitized by Google

ſupplex, ac copioſis perfuſus lacrymis veniam petierit, gratias ei agens, quod tam fidelis ſibi extiterit: infinitis inſuper proteſtationibus immortalem ſuum in eam amorem aſſerens. Bona Regina non ferens tot ac tantas hypocriſis cæremonias, ſubobſcurè illi dixit: hoc verè eſt ſuam amare vxorem, velle eam neceſſariò habere etiam in altero mundo ſociam. Herodes etſi trunca vxoris verba perceperat, continuò comprehendit quid Mariamne dicere intenderet: atque adeo efferbuit ira impatientiaque vt videretur inſanire, iā ſibi barbam, iam capillos euellens, iamque clamans quod proditus eſſet à Ioſepho: qui, niſi cum Mariamna vxore magna haberet commercia, nũquam in tantam incidiſſet ſtupiditatem, tale vt commiſſum ſibi reuelaret ſecretum. Vnde (ne ſuus reditus careret victima) eum neque viſum, neque pro ſua defenſione auditum extemplo occidi mandauit. Non multùm abfuit, quin eodem momento efferatæ ac flagitioſæ ſuæ crudelitati alteram obtulerit hoſtiam; tollendo ſcilicet è viuis ipſam quoque Mariamnam: quò debacchantes in furioſo cerebro Chymæras, compeſceret. Verùm innocentiæ eius argumenta, luce meridiana clariora i adhæc intolerabiles amoris ardores fatalē ictum continuerunt ita tamen, vt longius diſſilirent ſcintillæ irati cordis & pluuia choleræ implacabilis latius ſpargeretur. eam vero primum exonerauit in Alexandram: eam ad tempus recludens, & ſeparatim à Regina filia cuſtodiens. Omnia enim conſilia, quibus, velut agmine facto, inuadebatur, in Alexandræ officina procudi & limari ſibi certò perſuaſerat. Pau-

Paulò pòſt ipſe Herodes implicatum ſe alio *Negotium Herodi periculoſum.*
gotio, non minus periculoſo priore, deprehen
:. Marcus enim Antonius, cuius humeris hacte-
ſemper fuerat ſuſtentatus, poſt longam luctã
uerſus fortunam Cæſaris (qui deinde Augu-
is dici cæpit) in pugna Actiaca victus, cecidit
inſanam ſpem vna cum vita, lugubri admodum
taſtrophe, terminauit. Caſu hoc adeo inſperato
pra quam credi poteſt Herodes concuſſus eſt,
dens eum, cui innitebatur, corruiſſe; reſq; ſuas,
as firmiter ſe ſtabiliuiſſe exiſtimabat, vnâ nocte
e diſſipatas. Antonio quippe Orientem tenenti,
ie voluntate ac ſpe ſiue neceſſitate inhæſerat, at-
ie viris alioque bellico commeatu adiuuerat,
uerſus Cæſarem, qui iam iam ſe totius mundi
put ac Imperatorem erat conſtituturus. Vnde
m non ſolum hoſtes, verum etiam amici perdi-
ſimum (& quis quæſo aliter?) pronunciabant:
e autem qui ex tot iam euaſerat naufragijs, in
c periculo conſtitutus minime animum deſpõ-
ns ſtatuit Rhodum proficiſci, (ibi enim poſt Vi-
oriam Cæſar morabatur) nouum Dominum
nuenire, & ad eius pedes depoſito Regio orna-
ſeſe abijcere: quod & fecit, ſed antequam iter
grederetur, rem penitus barbaram ac inhuma-
m deſignauit patrauitque.

Hyrcanus verus & legitimus Rex, qui vitæ *Deploranda mors Hyrcani.*
auitate, ac morum facilitate, primò Antipatrũ
euârat; deinde Herodi vitam ſeruârat, atque in
miliæ ſuæ detrimentum & præiudicium ad
egnum extulerat, adhuc inter viuos agebat, ſed
n ſumma ſenectute: exceſſerat enim annũ octua-

Digitized by Google

geſimum. Hunc metuens Tyrannus, ne qui ſolus & vnicus vir ex ſanguine Regio reſtabat petitione populi, qui eius innocentiæ ſummè fauebat, in thronum reponeretur, videns eum pedem iam vnum habere in ſepulchro, totum celerrime ſepeliuit violenter ei eripiens animam, quam continuò ſponte redditurus erat naturæ. Creditur vnâ ac ſolâ crudelitate ſtimulatus id perpetraſſe, abſque vllo iuſtitiæ colore, quo tamen alias abominabilis Princeps, actiones ſuas tingere conſuêrat. Alij ſcribunt Hyrcano vitam hac occaſione fuiſſe decurtatam.

Ambitio Alexandræ cauſa mortis Hyrcani.

Alexandra impotens fæmina, nec, niſi cum pelle, ambitionem poſitura, videns Herodem iter ſuſcepturum, quod ab eodem nunquam arbitrabatur relectum iri, Patrem ſuum Hyrcanum conuenit, & docet aduenіſſe tempus, quo Deus velit venerabilem eius ſenectam Regia purpura refloreſcere; Tyrannum illaqueatum eſſe ijs retibus, ex quibus ſe non eſſet exſoluturus; atque ideo à Fortuna, Hyrcani fores gnauiter pulſari, vt admiſſa ei reddat diadema, debitum iure natiuitatis, & virtute maiorum. Tyrannidem homini perfido iam è capite cum Victoria Cæſaris eſſe detractam: addebat etiam rem fore perfacilem, modò vel digito velit Fortunam ſponte afferentem obſequia iuuare: Fortunæ cætera curæ fore. Ad quæ lentus & lenis ſuo more Hyrcanus reſponderit: filia, tempus venit, in quo de ſepulchro potius, quàm de regali throno debeo cogitare. Tu ſcis, quid de titulis, de thronis, de Regia Maieſtate iudicarim in ea exiſtens ætate & conditione, in

qua

a pleno iure regalibus delicijs perfrui pote-
n: ſcilicet liberè & ſpontè, nemine cogente, ea
ſerui, fratri volens ac lubens reſignaui, præfe-
ns animi quietem omnibus mundi diademati-
s. Et nunc cùm ad portum pertigerim, tu me
maris tempeſtates ac ventorum ludibria iu-
s redire? Vide quid agas. Parce, filia, parce ta-
bus verbis, & me iſthæc miſſa facere ſine: Ego
ures calamitates in Regno expertus, regni co-
tatione nauſeo plus quam æger medicamento-
ım odore. Tanta paſſo, tanta experto, tamque
tate prouecto de modico terræ in quo defodia-
ır ſpatio, denique arca cogitandum arbitror
Iæc loquere, hæc inculca ſis Alexandra.

Inſtat Alexandra: eſto, inquit, Pater, nihil am-
lius præſens vita, nihil viuentium te delectet
ortuna, tuus tibi tamen non eſt negligendus ſan-
uis; non genus & gens à Deo concredita peſſun-
anda: ſine ſuas ſaltem iuſtitia agat partes, nihil
e iubeo agere, nihil miſcere, vnum requiro vt in
itteris ad Malichum Arabiæ Præfectum breuiſ-
ime ſcribendis nolis eſſe piger: ſpero enim futu-
rum, vt is & pecuniâ, & copijs, quantum opus,
erit, abundè ſuccurrat. Tandem vt paucis omnia
dicam, Pater mi, nemo te abſoluere poteſt ab ob-
ligatione qua obſtringeris ad filiam tuam, ac
neptem tuam, Reginam è dentibus ſæuiſſimæ Ti-
gridis iſtius eruendas. Quid multis? tot rationi-
bus & tam efficacibus argumentis aures ſenis
obtudit, vt tandē manus, dederit & cum Malicho,
vt ſe cum numeroſo equitatu adueniens abducc-
ret in Arabiam tractare cæpit.

Nec

Digitized by Google

Nec mora, Litteræ conſcribuntur, & conſcriptæ committuntur cuidam Doſitheo, cognato illius Ioſephi, quem proximè Herodes curarat trucidari, vt tutò deferantur. Sed homo perfidus ac improbus, tradens ſanguinem ſuorum confœderatorum, & vniuerſam Hyrcani fortunam, quas acceperat fideliter portandas ad Malichum litteras, nequiter ad Herodem deportauit. A quo mandatum accipit, porrò eas ad Malichum deferendi, & reſponſum ad eas ſibi referendi, vt rem penitius cognoſceret, & quid eo in genere facere ſtatuerit Arabs, exploraret. Arabs acceptis literis Hyrcano omnem promittit opem & operam, inuitans hortansq; eum ſtudioſè & ardenter, vt quamprimum ſe inde proripiens, ad ſe, auidè expectatus, veniat. Herodes rę tota detecta & explorata, Hyrcanum ad ſe euocat, & an aliquas Litteras à Malicho receperit, rogat? omnino, inquit ſenex, ſed nihil continent aliud, quàm beneuolas animi ſignificationes. Vrget Herodes, an non etiam cum Litteris donum aliquod acceperit? fatetur Hyrcanus ſibi dono datos quatuor equos rhedæ ſuæ, trahendæ idoneos.

His auditis, nulla alia adhibita iudicij formula, Tyrannus venerabilem ſenem eodem momento curat perimi, intingens in ſanguine canos hominis illius, qui ei extiterat nutritius, Pater, protector, & vt verbo dicam omnium inſtar fuerat. Deinde, recluſis in forti quapiã munitione Alexandrâ, & Mariamnâ Reginâ ſub cura Ioſephi quæſtoris ſui, & Sohemi Ituræi, rectà perrexit Rhodum, relinquens curam totius Regni adminiſtrãdi fratri ſuo Pheroræ.

Hiſto-

Hiſtoria nullam facit mentionem dolorum & entationum Reginæ, & eius Matris editarū, illatam Hyrcano ab Herode mortem. Veroſi-e eſt eam diu latuiſſe, maxime detentas in adeo iâ cuſtodia vt cum nemine poſſent miſcere ſer-nes. Alexandra interim frendens cholera, ani-ægritudines multas coquebat; Mariamna au-u generoſa conſtantia animi, ſuæ captiuitatis guores expugnabat: & matris ægritudines o-nibus, quibus poterat, modis mitigare ſatage-t. Tota eius conſolatio erat de Deo, & in Deo: m quid poterat aliud dicere aut cogitare? Deus eus, inquiebat illa, omnes creaturas mihi con-mperas & miſces. Si eas aliquando amaui tene-as, ſi ex mundo dulcedinem aliquam hauſi, pro icia vna mellis, mihi refundis librā fellis. Poſt-iam cœpi geſtare diadema in meo capite, non ſi ſpinas acerbè pungentes experta ſum; quin & niuerſum Regnum durius ſenſi quauis ſeruitu-. Domine, quouſq; non videmus diem illum o-ni iucunditate plenum, qui ſemper oritur, & unquam occidit, allucere nobis qui & noſtras crymas extergat, & laqueos noſtræ captiuita-s dirumpat, ponens nos in Abrahæ ſinum, qui ſt libertas tuorum electorum?

Miſeræ Reginæ intra horridos parietes con-luſæ, nihil poterant oculis vſurpare, præter ru-es, præter vaſtas & deſertas ſolitudines, quæ ex commiſeratione earum deſideriorum videbā-ur remugire, & Echûs inſtar, ad earum lamen-tationes reſonare. Quo in ſtatu eſſet mundus, ig-norare cogebantur publico aſſuetæ Reginæ, &

quod

vel elementorum in eum ſæuientium reddere rationem non ſecus, atque ſi eorum penes me eſſet dominium, quod ne à Dijs quidem rectè vnquam exigetur.

Hæc homo callido præditus ingenio, tanta cum gratia, rei probabilitate & vultus colore ac calore dicebat, vt omnium animos ad ſe raperet & eloquentia tanquam naue roſtrata vectus cunctis videntibus in portum ſecurus, & ſuum ipſe periculum admirans inueheretur, & extra periculum poſitus in Antonij aula omni cum libertate moraretur, expectans euictæ cauſæ Principis teſtimonium. Interim, cùm admodum eſſet ſolers & prouidus, nec non liberalis, vbi id exigebat occaſio, multâ ac preciosâ munerum largitione præcipuorum è comitatu Antonij animos lucratur, palamque facit totam Cleopatræ accuſationem non aliud eſſe, quàm muliebrem choleram malè digeſtam: quin & ipſe Antonius inculcabat Cleopatræ, minimè ſibi, ſuiſque rebus conſulere, immiſcendo ſe negotijs regnorum externorum, idque ſuo malo experturam aliquando, ſi contingat ſe citius illâ ex humanis diſcedere: Herodem proinde, cùm ſit Rex, nequaquam tractandum eſſe, vt ſubditum, ſed modis omnibus ſtudendum, vt eam habeat amicum.

Cum Herodes negotium ſuum Laodiceæ in aula Antonij ſtrenuè ageret, mater eius & ſoror Hieroſolymis importuniſsimâ, quâdam diligentiâ non intermittebant omnia dicta factaque Mariamnæ Reginæ, & eius matris Alexandræ obſeruare. Ioſephus autem eiuſdem Herodis patruus, accurati

curati cuſtodis partes agebat : & frequenter
riamnam viſitabat, modò ad tractandum ali-
od negotium, modò ad explendos omnes of-
ioſi aulici numeros. Interea idem hoc officij
nere, incipiebat experiri fortunam nocturni
pilionis dum ad aſpectum oculorum incompa-
bilis illius pulchritudinis: tanquam ad faces
minas impingit multumque aduerſus eam af-
i videbatur: & licet omnino nihil eſſet, ad quod
ſſet animum intendere, tamen ei volupe erat
m tantæ dignitatis perſona poſſe conuerſari &
qualem amicitiam contrahere. Ea Ioſephi paſsio
cedens ad naturalem eius ruſtititatem, eum ef-
iebat ſtolidum & plus æquo loquacem. Vi de
lmirandam effutiuit ſtultitiam. Nam die quodã
m de ſingulari affectu & amore, quo Herodes
rebatur in coniugem ſuam Mariamnam, ſermo
cidiſſet: & Alexandra coràm præſens id modo
iodam rixoſo, contemptibili ac etiam non nihil
ordaci, iuxta quod illi erat in more poſitum, ir-
deret; Ioſephus volens conſeruare Regem, Do-
inum ſuum in amore & gratia Reginæ, an ſtul-
is fuerit, an ebrius non determino, dixit elatã
oce. Sereniſsima Regina, tua mater Alexandra
icat quicquid illi lubet, ego tibi manifeſtiſsimũ
egis mariti tui aduerſum te amoris teſtimoniũ
are poſſum: & hoc eſt, quod hinc diſcedens Lao-
iceam, caſu quo moreretur, mihi mandauit, vt te
ccideret, quia ſcilicet in altero mundo non poſ-
et eſſe ſine te.

His auditis prô quanto Dominæ horrore ex-
palluerunt. Eheu! inſanus iſte homo (intra ſe in-

quiebat Alexandra) quid faciet viuens, ſi mortuus intendit eos morti tradere, qui ſuperſunt in vita?

Interim Hieroſolymis crebri erant rumores, ſomnia eorum, qui nimis faciles ſunt ad credendum, Herodem conuictum de morte illata Ariſtobulo, occubuiſſe, Marco Antonio ſupremam in eum mortis ſententiam ferente. A quo huiuſmodi rumores promanârint, incertum eſt: poterant autem promanare, vel ab inimicis Herodis; vel ab ipſomet Herode ſecretò ſpargi, vt hominum erga ſe ſtudia & propenſiones cognoſceret. Prudens Mariamna tenuem iſtorum rumorũ auram contemnebat, nec vllam fidem ei ſe habere oſtendebat: Alexandra autem multum ſe excruciabat, & velut auis quæpiam in pertica, ſe huc & illuc motabat, ſummis precibus contendens à Ioſepho, vt ſe ambas è palatio primò educeret; deinde ad tutas ſtationes exulantium legionum Romanorum curaret perduci, ac tandem in manus tribuni dicti Iulij tradi: vt inde ad Marcum Antonium rectà pergerent. Summè enim illi erat in votis, vt princeps iſte vel ſemel filiæ ſuæ aſpectu frueretur: perſuaſiſsimum habens, quòd ſimul atque eam vidiſſet, oculorum eius fulgore perſtrictus caperetur; & in illius gratiam nihil non præſtaret in poſterum. Sed ſpes vanæ, quia prauæ, & dignæ quæ ſucceſſu carerent, nec Alexandra omnibus animi ſui agitationibus & machinationibus aliud quicquam effecit quam quod nuda & aperta fecit conſilia ſua, & indomitas quas in corde fouebat paſsiones mundo detexit.

Reditus Herodis. Herodes interea redijt victor, authenticas ſecum

cum referens ſcripturas, quibus immunis ac penitus innocens ab eo ſcelere, de quo accuſabatur, &inſuper amicus Antonij (nihil omnino proficientibus machinis Cleopatræ)pronunciabatur. Neque vero mira in homine iniquo fortuna videri debet. Deus ſiquidem multiplicem iſtum homicidam, ac parricidam ad vitam ſimilem Caini reſeruabat, quam mors longè horribilior & truculentior, quàm fuerit Caini, erat finitura.

Eius mater & ſoror, nempe Herodis, ſimul atque rediјt edocuerunt illum, more ſuo, omnia quæ in eius abſentia circa Mariamnam & Alexandram contigerant; inprimis autem metuenda conſilia Alexandræ, volentis ſe tradere Romanorum potentiæ.

Salome, quæ ad rabiem vſque odio ac inuidiâ probam Mariamnam inſectabatur, tingens linguã ſuam ſerpentinam in felle nigrioris maledicentiæ, de ſecretioribus colloquijs cum Ioſepho Herodis fratre habitis, eam accuſauit. Quam ob rem Herodes, qui ſupra quàm dici poteſt erat Zelotypus, cogitauit eo momento illum grauiore inforunio mactare, & ſecreto Mariamnam, interrogauit quo ex fonte profflueret contracta cum Ioſepho amicitia? Caſtiſſima Regina, cui nunquam liquod impatientiæ verbum excidebat, oculis, ultu, verbo, & totius corporis conſtitutione deo ſe eâ calumniâ offenſam oſtendit, vt homo lioquin perfidus, quantopere vel etiam à cogiatione talis criminis ea abhorreret, probè cognouerit: quin & re ipſa ſummo confuſus rubore, uòd talia ei dixerit, inconſiderate dictorum

Digitized by Google

ſupplex, ac copioſis perfuſus lacrymis veniam petierit, gratias ei agens, quod tam fidelis ſibi extiterit: infinitis inſuper proteſtationibus immortalem ſuum in eam amorem aſſerens. Bona Regina non ferens tot ac tantas hypocriſis cæremonias, ſubobſcurè illi dixit: hoc verè eſt ſuam amare vxorem, velle eam neceſſariò habere etiam in altero mundo ſociam. Herodes etſi trunca vxoris verba perceperat, continuò comprehendit quid Mariamne dicere intenderet: atque adeo efferbuit ira impatientiaque vt videretur inſanire, iã ſibi barbam, iam capillos euellens, iamque clamans quod proditus eſſet à Ioſepho: qui, niſi cum Mariamna vxore magna haberet commercia, nũquam in tantam incidiſſet ſtupiditatem, tale vt commiſſum ſibi reuelaret ſecretum. Vnde (ne ſuus reditus careret victima) eum neque viſum, neque pro ſua defenſione auditum extemplo occidi mandauit. Non multùm abfuit, quin eodem momento efferatæ ac flagitioſæ ſuæ crudelitati alteram obtulerit hoſtiam; tollendo ſcilicet è viuis ipſam quoque Mariamnam: quò debacchantes in furioſo cer ebro Chymæras, compeſceret. Verùm innocentiæ eius argumenta, luce meridiana clariora i adhæc intolerabiles amoris ardores fatalẽ ictum continuerunt ita tamen, vt longius diſſilirent ſcintillæ irati cordis & pluuia choleræ implacabilis latius ſpargeretur. eam vero primum exonerauit in Alexandram: eam ad tempus recludens, & ſeparatim à Regina filia cuſtodiens. Omnia enim conſilia, quibus, velut agmine facto, inuadebatur, in Alexandræ officina procudi & limari ſibi certò perſuaſerat.

Pau-

Paulò pòſt ipſe Herodes implicatum ſe alio negotio, non minus periculoſo priore, deprehendit. Marcus enim Antonius, cuius humeris hactenus ſemper fuerat ſuſtentatus, poſt longam luctā aduerſus fortunam Cæſaris (qui deinde Auguſtus dici cæpit) in pugna Actiaca victus, cecidit & inſanam ſpem vna cum vita, lugubri admodum cataſtrophe, terminauit. Caſu hoc adeo inſperato ſupra quam credi poteſt Herodes concuſſus eſt, videns eum, cui innitebatur, corruiſſe; reſq; ſuas, quas firmiter ſe ſtabiliuiſſe exiſtimabat, vnâ nocte eſſe diſſipatas. Antonio quippe Orientem tenenti, ſiue voluntate ac ſpe ſiue neceſſitate inhæſerat, atque viris alioque bellico commeatu adiuuerat, aduerſus Cæſarem, qui iam iam ſe totius mundi caput ac Imperatorem erat conſtituturus. Vnde eum non ſolum hoſtes, verum etiam amici perditiſsimum (& quis quæſo aliter?) pronunciabant: ille autem qui ex tot iam euaſerat naufragijs, in hoc periculo conſtitutus minime animum deſpōdens ſtatuit Rhodum proficiſci, (ibi enim poſt Victoriam Cæſar morabatur) nouum Dominum conuenire, & ad eius pedes depoſito Regio ornatu ſeſe abijcere: quod & fecit, ſed antequam iter ingrederetur, rem penitus barbaram ac in humanam deſignauit patrauitque.

Negotium Herodi periculoſum.

Hyrcanus verus & legitimus Rex, qui vitæ ſuauitate, ac morum facilitate, primò Antipatrū leuârat; deinde Herodi vitam ſeruârat, atque in familiæ ſuæ detrimentum & præiudicium ad regnum extulerat, adhuc inter viuos agebat, ſed in ſumma ſenectute: exceſſerat enim annū octua-

Deploranda mors Hyrcani.

Digitized by Google

geſimum. Hunc metuens Tyrannus, ne qui ſolus & vnicus vir ex ſanguine Regio reſtabat petitione populi, qui eius innocentiæ ſummè fauebat, in thronum reponeretur, videns eum pedem iam vnum habere in ſepulchro, totum celerrime ſepeliuit violenter ei eripiens animam, quam continuò ſponte redditurus erat naturæ. Creditur vnâ ac ſolâ crudelitate ſtimulatus id perpetraſſe, abſque vllo iuſtitiæ colore, quo tamen alias abominabilis Princeps, actiones ſuas tingere conſuêrat. Alij ſcribunt Hyrcano vitam hac occaſione fuiſſe decurtatam.

Ambitio Alexandræ cauſa mortis Hyrcani.

Alexandra impotens fæmina, nec, niſi cum pelle, ambitionem poſitura, videns Herodem iter ſuſcepturum, quod ab eodem nunquam arbitrabatur relectum iri, Patrem ſuum Hyrcanum conuenit, & docet adueniſſe tempus, quo Deus velit venerabilem eius ſenectam Regia purpura reflorescere; Tyrannum illaqueatum eſſe ijs retibus, ex quibus ſe non eſſet exſoluturus; atque ideo à Fortuna, Hyrcani fores gnauiter pulſari, vt admiſſa ei reddat diadema, debitum iure natiuitatis, & virtute maiorum. Tyrannidem homini perfido iam è capite cum Victoria Cæſaris eſſe detractam: addebat etiam rem fore perfacilem, modò vel digito velit Fortunam ſponte afferentem obſequia iuuare: Fortunæ cætera curæ fore. Ad quæ lentus & lenis ſuo more Hyrcanus reſponderit: filia, tempus venit, in quo de ſepulchro potius, quàm de regali throno debeo cogitare. Tu ſcis, quid de titulis, de thronis, de Regia Maieſtate iudicarim in ea exiſtens ætate & conditione, in

qua

qua pleno iure regalibus delicijs perfrui poteram: ſcilicet liberè & ſpontè, nemine cogente, ea deſerui, fratri volens ac lubens reſignaui, præferens animi quietem omnibus mundi diadematibus. Et nunc cùm ad portum pertigerim, tu me ad maris tempeſtates ac ventorum ludibria iubes redire? Vide quid agas. Parce, filia, parce talibus verbis, & me iſthæc miſſa facere ſine: Ego plures calamitates in Regno expertus, regni cogitatione nauſeo plus quam æger medicamentorum odore. Tanta paſſo, tanta experto, tamque ætate prouecto de modico terræ in quo defodiatur ſpatio, denique arca cogitandum arbitror Hæc loquere, hæc inculca ſis Alexandra.

Inſtat Alexandra: eſto, inquit, Pater, nihil amplius præſens vita, nihil viuentium te delectet fortuna, tuus tibi tamen non eſt negligendus ſanguis: non genus & gens à Deo concredita peſſundanda: ſine ſuas ſaltem iuſtitia agat partes, nihil te iubeo agere, nihil miſcere, vnum requiro vt in litteris ad Malichum Arabiæ Præfectum breuiſſime ſcribendis nolis eſſe piger: ſpero enim futurum, vt is & pecuniâ, & copijs, quantum opus, erit, abundè ſuccurrat. Tandem vt paucis omnia dicam, Pater mi, nemo te abſoluere poteſt ab obligatione qua obſtringeris ad filiam tuam, ac neptem tuam, Reginam è dentibus ſæuiſſimæ Tigridis iſtius eruendas. Quid multis? tot rationibus & tam efficacibus argumentis aures ſenis obtudit, vt tandē manus, dederit & cum Malicho, vt ſe cum numeroſo equitatu adueniens abduceret in Arabiam tractare cæpit.

Digitized by Google

Nec mora, Litteræ conſcribuntur, & conſcriptæ committuntur cuidam Doſitheo, cognato illius Ioſephi, quem proximè Herodes curarat trucidari, vt tutò deferantur. Sed homo perfidus ac improbus, tradens ſanguinem ſuorum confœderatorum, & vniuerſam Hyrcani fortunam, quas acceperat fideliter portandas ad Malichum litteras, nequiter ad Herodem deportauit. A quo mandatum accipit, porrò eas ad Malichum deferendi, & reſponſum ad eas ſibi referendi, vt rem penitius cognoſceret, & quid eo in genere facere ſtatuerit Arabs, exploraret. Arabs acceptis literis Hyrcano omnem promittit opem & operam, inuitans hortansq; eum ſtudioſè & ardenter, vt quamprimum ſe inde proripiens, ad ſe, auidè expectatus, veniat. Herodes re tota detecta & explorata, Hyrcanum ad ſe euocat, & an aliquas Litteras à Malicho receperit, rogat? omnino, inquit ſenex, ſed nihil continent aliud, quàm beneuolas animi ſignificationes. Vrget Herodes, an non etiam cum Litteris donum aliquod acceperit? fatetur Hyrcanus ſibi dono datos quatuor equos rhedæ ſuæ, trahendæ idoneos.

His auditis, nulla alia adhibita iudicij formula, Tyrannus venerabilem ſenem eodem momento curat perimi, intingens in ſanguine canos hominis illius, qui ei extiterat nutritius, Pater, protector, & vt verbo dicam omnium inſtar fuerat. Deinde, recluſis in forti quapiã munitione Alexandrâ, & Mariamnâ Reginâ ſub cura Ioſephi quæſtoris ſui, & Sohemi Ituræi, rectà perrexit Rhodum, relinquens curam totius Regni adminiſtrãdi fratri ſuo Pheroræ.

Hiſto-

I ſtoria nullam facit mentionem dolorum &
entationum Reginæ,& eius Matris editaiū,
llatam Hyrcano ab Herode mortem. Veroſi-
e eſt eam diu latuiſſe,maxime detentas in adeo
ā cuſtodia vt cum nemine poſſent miſcere ſer-
ies. Alexandra interim frendens cholera,ani-
ægritudines multas coquebat; Mariamna au-
generoſa conſtantia animi, ſuæ captiuitatis
guores expugnabat: & matris ægritudines o-
ibus,quibus poterat, modis mitigare ſatage-
. Tota eius conſolatio erat de Deo, & in Deo:
n quid poterat aliud dicere aut cogitare?Deus
is, inquiebat illa, omnes creaturas mihi con-
iperas & miſces. Si eas aliquando amaui tene-
s,ſi ex mundo dulcedinem aliquam hauſi, pro
ia vna mellis,mihi refundis librā fellis. Poſt-
im cœpi geſtare diadema in meo capite, non
ſpinas acerbè pungentes experta ſum;quin &
uerſum Regnum durius ſenſi quauis ſeruitu-
Domine,quouſq; non videmus diem illum o-
i iucunditate plenum, qui ſemper oritur, &
iquam occidit, allucere nobis qui & noſtras
rymas extergat, & laqueos noſtræ captiuita-
diſrumpat, ponens nos in Abrahæ ſinum, qui
libertas tuorum electorum?
Miſeræ Reginæ intra horridos parietes con-
iſæ,nihil poterant oculis vſurpare, præter ru-
s, præter vaſtas & deſertas ſolitudines, quæ
coium ſeratione earum deſideriorum videbā-
r remugire, & Echûs inſtar, ad earum lamen-
tiones reſonare. Quo in ſtatu eſſet mundus, ig-
orare cogebantur publico aſſuetæ Reginæ, &
quod

quod intolerabilius multò, etiam ipſiùs aulæ negotia. Ad quamlibet vero Præfecti cuſtodiæ viſitationem, credebant mortem ſibi denunciatum iri. Vigiliæ militum in principio incarcerationis ſeuerum oſtendebāt vultum, & perparcè loquebantur. Omnia horrore, pauore triſtique ſilentio plena erant. Sed cùm nullum adeò durum ſit ferrum, quod igni iniectum, non tandem molleſcat: Sohemus, iuxta datum ſibi mandatum, frequenter eas viſitans, ſenſit aliquando erumpentia ex oculis Mariamnæ iacula tam acuta, vt ei cor miſerationis gladio transfixerint, iudicanti admodum eſſe difficile, eam Reginam detinere captiuam, quæ donis ei cœlitus collatis omnium corda poſſet captiua triumphare. Idcirco Sohemus cœpit ſereniorem benigniorem que ſolito Reginæ vultum oſtendere; & viciſsim Regina Mariamna die quodam aduertens eum ex actionibus exterioribus, intus in animo eſſe bene conſtitutum, rata ſe nactam occaſionem commodam reſciendi ex eo quæ in altero mundo gererentur, omni cum fiducia eum ſic eſt allocuta.

Mariamna agit cū Sohemo.

Soheme, nunc quidem vides nos in ſtatu perquā calamitoſo, & perſonis noſtris comprimis indigno; ſed aliquando fortè aduenie t dies, in quo tēpeſtas hæc ſit tranſitura: neque enim aduerſans fortuna ſemper eaſdem fores obtundit: vti nec muſicus eādem ſemper chorda oberrat. Tu ſcis, quæ ſim ego, & quòd tu de me bene merendo, nō mereberis de perſona impotente ad remunerandą beneficia ſibi collata; multò minus ingrata vel obliuioſa. Indica vel vnico ſolum verbulo, quo

fine

ſine Herodes nos hic detineat, & quis rei totius ſtatus? quidue agatur?

His verbis, velut impetuoſiſſimis quibuſdam machinis, ſenſit Sohemus animum ſuum conquaſſari. Mirum dictu vna ex parte vindicem Herodis manum, etiam nunc recenti ſanguine Ioſephi madentem, ſibi repræſentabat; ex altera, tanta ex verbis Reginæ tangebatur miſericordia, vt, quæ in eius corde videri poterant glacie concreta, cœperint reſolui in molles lacrymas. Mariamna notans eum non nihil ſubtimeſcere ac hærere, quò minus liberè efferret, quæ in animo latebant; eum tali ſermone animoſiorem effecit, Soheme, nil formida, dic omni cum fiducia, quæ noris, quicquid enim fuerit boni maliue nuncij tibi ſane nocere poterit nihil quia profundo ſecreti velamine opertum ſepultumque tenebitur; noſtræ vero fortaſſe ſecuritati, non parum ſeruire valebit.

Sohemus credens Herodem vel non reuerſurum vnquam, vt Regem; vel, ſi reuertatur, cùm ſit ipſe ſub protectione Reginæ, futurum, vt facilè eum ſibi reconciliet, quæcunque animi latebris contegebantur, his verbis candide aperuit: Sereniſsima Regina rem inſolentem facio: pono ſecretum meum vnà cùm mea vita inter tuas manus: ſcito tamen, citius me mortem oppeziturum, (quod ſanctè tibi polliceor,) quam, vt barbarum penitus, mihi ab Herode datum (caſu quo res, quas habet cum Cæſare tractandas minus eueniant ex voto) exequar mandatum. Ecquale illud eſt, inquit Mariamna? Sereniſsima Regina,

horreo

horreo inquit Sohemus vel de illo ſolùm cogitare, huiuſmodi enim eſt, quod tuam tangit vitam. Mi amice, inquit Regina, iſte ſtylus ei eſt ordinarius; idem prorſus demandarat prima ſua profectione Ioſepho patruo ſuo: ſed nulluſne eſt modus nos hinc educendi. Reſpondit Sohemus vniuerſam Regni adminiſtrationem reſidere penes Pheroram, Regis fratrem, cui, cùm omnia ſint ſuſpecta, ad minima quæque diligentiſsimè attendit. Ergo nobis moriendum eſt, inquit afflictiſsima Princeps; quamcunque enim in partem me verto, nihil video, præter imaginem mortis, qua cum tamen cohabitare paulatim conſueſco. Sohemus iuxta ingenij ſui capacitatem eam conſolabatur. Verùm illa ex eo tempore claudens aures conſolationibus terrenis: cor ſuum patefaciebat cæleſtibus: puriorem per dies ſingulos reddens animã ſuam in aquis lacrymarum, & in ardenti fornace afflictionum.

Eheu! & ô prouidentia diuina, quam verum eſt, quod ſacra enuntiat ſcriptura: *in mari via tua, & ſemita tua in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur.* Ecquis enim deprehendit hæc veſtigia? Interim dum caſtiſsima innocentiſſimaque Regina quotidie in obſcuro carcere vitæ ſuæ partem abſumit, illam ſubmergens in flumine ſuarum lacrymarum, Herodes, qui nauem conſcenderat etiam adhuc tunc cruentatus ſanguine commiſſi recentis homicidij in perſona Hyrcani, inuênit mare tranquillum, ventos & homines paſſim vbique ſibi fauentes, quin & negotia longè meliori loco poſita, quàm vel ſperare auſus fuiſſet. Nam

Aduentus Herodis Rhodum.

Pro-

Proteus iſte Palæſtinus qui ad omnem occaſionem ſuum inflectebat ingenium, videns non poſſe ſe diſſimulare officia & obſequia, quæ præſtiterat Antonio,(ſub cuius fortunæ pedibus, quamdiu illa ſtetit inſtar herilis canis, ſemper decubuerat) ſtatuit ijs colorem aliquem inducere, & pallio virtutis ea veſtire. Sciebat Auguſtum ad omnem honeſtatem natum, Principem generoſiſſimum, & æqui amantiſſimum: qui, cùm ſemper aliàs fideles miniſtros habere ſtuderet, tum eos maximè requirebat in nouo illo negotiorum motu ac rerũ mutatione, quæ tunc inſtabat. Itaque pro innata ſibi vafritie, virtutis ſimulatione, conſtantiæ colore, & fidelitatis prætextu Cæſarẽ fefellit. Fertur autem cum in conſpectum Imperatoris, venit ad eum modum eſſe locutus.

En, Magne & Inuicte Cæſar, & mea perſona, & corona ad tuos pedes: iuſtum eſt enim, vt tuæ nagnitudini omnia referantur accepta. DEO ſiuidem decretum eſt totius vniuerſi imperium ibi concredere. Ad me quod attinet, non poſſum, iec volo negare quid fuerim; nec diſſimulare uæ debeam officia, nec quid poſt hæc intendam, e eſſe velim. Ad hoc vſque tempus Antonium itimè amaui, non eo inficias: &, ſi mihi fidem hauiſſet, vti habuit Dominæ ſuæ Cleopatræ, didiſſes vtique Inuicte Cæſar experientia, quantus go tibi hoſtis illius verò amicus fuiſſem. Veũm miſerabilis Princeps, perditè amans Cleoatram dum à me neruum belli nummos; & ab ilanimam belli conſilia mutuatur ſuam fortunam nditus euertit, tuam autem ſuper illius ruinas

erexit. Fui, fateor illi comes, vti dititur vſque ad foſſam, ſed non vltra: mea ſiquidem morte res eius nequibant ſuſtentari nedum promoueri. Is in eo nunc eſt ſtatu, in quo, proter lacrymas, nihil illi poſſum præſtare. Tibi, ô Cæſar, iam mea debentur officia, quæ tibi ex intimis animi viſceribus offero, ſi lubet ea conditione illa acceptare, vt me non cogas audire aliquas iniurias; vel ſiniſtrè loqui de veteri meo amico, & patrono cui cùm amplius nulla valeam exhibere obſequia, cum tamen poſt obitum amare debeo.

Placuit iſta libertas Auguſto, & hominem ex eo genere cenſuit eſſe ex quo optimum miniſtrorum genus videretur fabricari poſſe. Abditam autem iſtius vulpeculæ aſtutiam, quæ omnia proprijs metiebatur emolumentis, minime penetrauit. Vnde coronam ad ſuos pedes depoſitam manu accipiens, Herodis capiti repoſuit, dicens: volo vt in tuo Regno cæteriſque ditionibus, & dignitatibus perſiſtas: tu tantummodo ea mihi ſeruito fidelitate, qua M. Antonio ſeruiuiſti. Herodes poſt hunc cum Cæſare tam fauentem ac benignum congreſſum non intermiſit in intimam Auguſti gratiam ſe modis omnibus inſinuare: quærens omnem occaſionem re id præſtandi, quod verbis promiſerat: & hoc nominatim in profectione in AEgyptum: in qua & aſtitit perpetuò, & optima illi exhibuit officia.

Accuſatio & mors Mariamnæ deploranda.

Poſt hæc Mariamna, Regina omnium virtutum cultrix ſtudioſiſſima, vitæ ſuæ abſoluit curſum, vt funeſtis mariti ſui triumphis victimæ loco deſeruiret. Intueamur, amabò, quomodo fax

iſta

iſta lucidiſsima extinguatur: nullus pertimeſcendus eſt ingratus odor: fragrantia enim eius pulcherrimarum virtutum ornamēta ad mortem vſque perſeuerabunt.

Prima Herodis cura & actio, poſtquam reuerſus eſt Hieroſolymam, fuit Mariamnam coniugem ſuam, quam, ſecurus iam de Regno & vita, in libertatem educi iuſſerat, ſalutare, & fœlicem itineris ſui, ac negotiorum ſucceſſum coram pręſens denunciare. Erat is ſua iam proſperitate adeo inflatus, vt ſeipſum vi caperet; ſed & amor coniugis tam amabilis, quam oculis præſens (tot defunctus periculis) tunc cernebat, ei linguam vanam in quàm plurimas oſtentationes, & verborum ſuperfluitates ſoluerat. Arbitrabatur autem vanum pectus quod multa rerum ſuarum oſtentatione ſeſe amori & venerationi exponeret. Cum inter ea Mariamna eum audiendo præindignatione continuò tabeſceret. Et, cùm in omni vita ſua & agendi modo eſſet libera & ingenua, re ipſa oſtendebat minimè ſe delectari illius verbis & blanditijs, quæ potius Thraſonem aliquem, ſtulto amore captum, quàm Regem, decere videbantur. Ille autem in principio iudicans Mariamnæ auerſiunculam oriri ex aliquo humore melancholico, qui fumi inſtar citò euaneſceret, eam verbis & blanditijs, præter morem auide ſibi deuincire conabatur. At afflicta Princeps ad iſta amoris indicia alta trahebat ſuſpiria, reuocans in memoriam datum, ſecretum quidem, ſed expreſſum mandatum Sohemo de ſe interficiendo, ſi ipſe Herodes in aliquod vitæ diſcrimen deueniſſet.

Ergo ex vultus conſtitutione, haud difficulter animaduertit eam re aliqua eſſe offenſam. Vnde ſuſpicari cœpit Sohemum eodem linguę fluxu & volubilitate lapſum, quo Ioſephum impegiſſe conſtabat. Quam tunc vultus, totiuſque corporis conſtitutionem, habitumue aſſumeret, penitus ignorabat: ita pugnantibus inter ſe in animo cogitationibus exagitabatur amore, cholera, zelotypia, ac ſuſpicionibus continuis eum ita lacerantibus, vti Hippolytum quendam indomiti equi, vel Actæonem ſui canes dilaniarunt. Non poterat iraſci, vt volebat, nec amare, vti optabat. quid multis? homo nulla non ſuperbia inflatus, (qui coram nemine nouerat ſe humiliare, niſi ad decipiendum) omni ſe ex parte exarmatum eſſe, & in blanditijs amatorijs, ſuæ alioquin naturæ nequaquam ordinarijs in hominem ineptum ac bardũ, ſe euaſiſſe ſummè erubeſcebat. Videns deinde hac larua aſſumpta intentum ſe non obtinere, magis ſe affligebat; ita vt ex eo temporis momento cogitarit eam acinace diſperdere: ſed amor cholera fortior ictum cohibuit, & caput mouentem, & neſcio quid intra dentes muſſitantem iratorum ritu & modo quaſi malediceret amori, qui ſe nolentem, faceret miſericordem, retraxit. Sed Eheu! inuenirinè vel excogitari poteſt maius odium, quàm ſit mulierum aduerſus mulieres, quando ſemel *Zelotypia* earum occupauit cerebrum? Cypra, natione Arabs, Herodis Mater; & ſoror Salome videntes eum tantis motibus animi agitari, non ceſſabant linguæ ſuæ venti labro maiorem diſſenſionis ignem excitare, & excitatum

variarum calumniarum fomentis adaugere. Quas calumnias etſi Tyrannus ex parte credebat, à ſe tamen necdum impetrare poterat, vt vibratum ſemel & intentum acinacis ictum abſolueret in Mariamna.

Diu ſecum ipſe diſputauit, nihil tamen diſputando concluſit. At tandem nefando quodam die circa meridiem, cum ſe in intimum ſuum conclaue recepiſſet, Mariamnam ad ſe euocauit: quæ prompta, nulla interiecta mora, adfuit, ſed ius coniugale, requiſita denegauit, inque ea denegatione conſtans permanſit; dicens lege naturæ ſibi prohiberi cohabitationem viri, qui Patrem & Fratrem trucidârit. Loquebatur illa de ſuo Patre Alexandro, qui, dum ipſe Herodes Regni coronâ iniquiſſimè proſequebatur, à Romanis fuerat oppreſſus; & de fratre Ariſtobulo, eius mandato aquis ſuffocato.

Hoc Reginæ dictum Ioſephus Hiſtoricus alias Mariamnam, vt Reginam caſtiſsimam, & fidei vi-ro ſemel datæ tenaciſſimam, ſummè laudās (rem ius verbis refero) cuiuſdam dedignationis nonine ſugillat aitque eam indoli eiuſdem inſitam uiſſe eo quod mariti blanditias & amoris teſtinonia contemneret; verùm, qui accuratè perpenerit, inquit ille ipſe quomodo Herodes ſanguie proximos tractârit, eos indigniſſimè iniuſtiſmeque cōcrucidando, & quomodo tenens ſceptum familiæ Regiæ extortum vxorem Regiam ibuerit, non vt Reginam, neque vt coniugem, d vt in mementa deſtinatam ad mortem victiam aſſeruando: quodque pro libitu eam carcere

incluſerit, & in mandatis quaſi ſupremis nõ ſemel dederit vt integerrima illa roſa præcideretur quotieſcunque periculum vitæ ipſum ſubire cõtingeret: ſummè timens ne alius poſt ſuam mortem ea frueretur; is ſane deprehendet à Regina iuſtè ac rationi conſentanea Herodi reſponſa data fuiſſe. Ille nihilominus, qui talem loquendi libertatem minimè expectabat, adeò verbis illis fuit extimulatus, vt parum abfuerit quin illo ipſo momento proprij conclauis pauimentum eius ſanguine conſperſerit; ſcintillantibus oculis oſtendens ex immani ira, & voce peracerba, inque altum ſublatis manibus velle ſe vim inferre. Et cum ſimilis feræ rabie percitæ huc & illuc iactaretur, diſputans ac digladians in ſuo conclaui contra ſuam ipſius choleram, & Mariamna ibidẽ exiſtens ne verbulo quidem alio illi reſponderet, quam quod ſuperius relatum eſt, perfida Salome intelligens tunc aduenïſſe tempus, quo præmeditatum ſuum luderet luſum: ad eum miſit ſeruũ, cuius fides ab omnibus probata habebatur (eum autem iamdudum ſubornârat) qui ei calumniam non minus malitioſam, quàm ridiculam ordine referret: Mariamnam ſcilicet iamdudum decreuiſſe illi porrigere philtrum, ſeu poculum amatorium: & quidem per illum ipſum ſeruum, qui Herodi erat à cyathis; eum tamen nullis vnquam ab ea promiſſis induci potuiſſe, vt ad tam immane facinus patrandum animum adijceret. Cæterùm, ita erat inſtructus, vt caſu quo Herodes interrogaret, quale eſſet illud philtrum, & quid in ſe contineret, reſpondere deberet, (non vlterius

Calomnia malitioſa

ſe

m in rem immittendo) quod Regina ipſa in
ıbus haberet eius inuentionem , & ſolum
a ſe rogatum , vt illud ſua manu Regi porri-
t.
ialedictus hic homo nullo antecedentis iræ
ẞtu præoccupatus, ingreſſus Regis conclaue,
ò teſtimonium contra eam dixit : quo Hero-
qui iā antè totus ardebat ira, magis inflamma-
quàm vnquam alias , concluſit apud ſe non
olius mirandum, vnde motus impatientis iſtius
oris prouenirent. Quare ſtatim Eunuchorum
ginæ fideliſſimo iuſſit manus inijci, exiſtimans
il, abſque eius ſcitu actum fuiſſe. Nec mora,
turæ eum ſubijciens, crudelem in modum ex-
ciari demandat. Quo factum eſt (cùm ex vna
te is perquam imbecillo ad dolores & debili
et corpore , & tormentorum violentiam ne-
ret perferre ; & ex altera nihil haberet qui
è diceret contra optimam ſuam Dominam, in
us conuerſatione nihil vnquam, quod non ho-
ſtatem, ac virtutem redoleret, animaduerterat)
longo tempore dubius & admodùm perplexus
medijs tormentis hæreret; ſed, tandem poſt lō-
m ac acerbam torturam hoc ei excidit: nimi-
m ſat longo tempore vidiſſe ſe Sohemum miſ-
re ſermones cum Regina , quaſi quidpiam ſe-
retius referentem: nec non poſtea viſam ſibi Re-
inam præter morem turbatam ac exacerbatæ
milem: Herodes vix auribus hoc verbo excepto,
ixit: ſatis eſt, laxate tormenta. vocetur Sohemus:
, qui tunc obtentâ recens per commendationem
eginæ non infrugiferâ adminiſtratione, quietè
E 4 viue-

viuebat,& penitus ignorabat quid ageretur ,obſtupuit,cum violenter apprehenderetur,& arcanos ſermones,quos cum Mariamna, durante ſpecioſa illa incarceratione, habuiſſet, fateri cogeretur:quos cum ipſe fortiter negaret,ſubitò occiſus eſt.

Mors Sahemi. Tunc Herodes in intimum ſuum conclaue ſe recipiens,largo,longoque hauſtu fel & venenum funeſtæ ſuæ choleræ epotauit : rabiemque quam breui in publicum raro quidem, ſed peſſimo exemplo erat editurus,animo agitauit, Nam nullã; vſpiam inueniens animi quietem, priuatum ſuum conſilium cui adeſſe voluit Reginam (quæ nihil minus expectabat,quam talem ſecum procedendi modum)conuocauit. Peſſimum hoc,quod vnquam natura progenerauit monſtrum , qui ſuis actionibus minimè rationi conſentaneis iuſtitiæ colorem ſemper conabatur inducere,exorſus eſt recitare ſat longam orationem (quam per otium compoſitam)omnibus ſilentibus,& irati hominis vultum horrentibus, dum quæ inchoatæ Tragœdiæ in Mariamna futura eſſet cataſtrophe ignorarent, excepta,quæ inuincibili cõſtantia ad omnem euentum ſe præparat ſic autem ad ſuos conſiliarios perorauit. *Oratio Herodis contra uxorem.* Viri animo & conſilijs potentes,videtur DEVS per infortunia meæ Domus, res ſecundas , ſeu proſperitates mei ſtatûs velle peſſundare.Inter ventos,& irati maris tempeſtates;inter difficillima itinera , quæ terra marique ſuſcepi,inter tot ſpinoſa , ac intricata negotia, quæ feliciter ad optatum finem perduxi,ſecuritatem ſemper inueni ; ſed in vno palatio meo,

quod

quod mihi ad quietem atque animi foris feſſi re-ſocillationem ſeruire debebat, non niſi procel-las & turbines reperio. Nequaquam vos fugit, quomodo in varia diſtractam Hyrcani Domum recollegerim, & recollectam in meo ſinu fouerim: idque eo tempore, quo penitus deplorata videbatur, & in ſumma iacebat proſtrata confuſione. Pro mercede, non ſecus, atque ſi ſerpentis ora fouiſſem, ſibilos acerbos & venenum letale recepi. Norũt ſuperi, quoties diſſimularim, quoties & medicinam mihi ipſe per patientiam fecerim. Nihilominus nequeo ita ſtomacho meo callum inducere, quin ſæpius recrudeſcat, & per noua vlcera, velut vulnus antiquum exacerbetur. Ecce Regina vxor mea quæ, inhærens maternis veſtigijs, nullum facit finem, nec factura videtur, mihi obſtrependi, & quietem interturbandi: quã licet ſimul atque ex tam periculoſo, quàm ſcitis, reuerſus ſum itinere, ſalutarim, eique felicem rerum mearum exitum ordine enarrarim, illa tamen, oſtendens, neque meum ſtatum, neque meam perſonam ſe vel minimi æſtimare, tanta tunc cum indignatione, & animi euerſione excepit quæ referebam, vt, quibuſcunque amoris indicijs & blanditijs conatus ſim eius beneuolentiam mihi conciliare, nec vnicum ad animi guſtum, verbum, nec vultum amicum (tanta ei ineſt ſuperbia!) ex eius ore vel fronte elicere valuerim. Sed nec hoc deinceps deſpectu contenta, ad perquam atroces deſa ipſa eſt iniurias, quas malo tacere, & ad earũ argumenta venire, quam ijs referendis aures veſtras offendere. En, vnus fideliſſimorum meorũ

præſto eſt, qui teſtatur ſe ab ea inductũ ad porrigendum mihi philtrum, ſeu, quod illi idem eſt, venenum, quo vel mihi cerebrum peruerteret, vel prorſus vitâ priuaret: ſed non ita viſum Deo, qui mihi eam reſeruat ad recolenda, tot eximia obſequia, quæ & omnes vnà, & quilibet partitim, mihi exhibuiſtis. Vidiſtis certè quomodo lauris redimitus, honore & beneuolentiâ ſingulari illuſtriſſimorũ in hoc vniuerſo hominum affectus, & exceptus redierim: ideonè, vt fierem ludibrium malitiæ, & ſcopus perfidiæ vnius fœminæ? quam quocunque tandem exhibito amore, & beneuolentiâ non plus mihi eam deuincire, & cicurem reddere poſſum, quam ſi quæpiam eſſet leæna nunc primò è ſyluis prodiens. Quare deliberate iam vos quid de ea faciendum ſtatuatis. Ex hoc enim momento eam in veſtras trado manus, vt iuxta iuſtitiæ leges iudicium de ea feratis. Nolo enim in hoc, proprio ſtare iudicio; quia cupio, vt vniuerſa poſteritas intelligat me propria cõmoda veritati ſemper quam longiſſimè poſthabuiſſe.

Herodes inter hæc dicenda liber ab omni exorbitante animi affectu videri volens, ingenium ſuum, quod plus æquo erat varium & flexibile, miris quidem torquebat modis, ſed adeò ore ſpumabat, vt vniuerſum conſilium facile perſpiceret, eum iræ œſtro percitum inſtar energumeni laborare, & aliud illi propoſitum non eſſe, quàm Reginam ex hominum cœtu ſpecioſo iudicio exterminare. Itaque bonæ Reginæ iudicium denunciatur, illoque denuntiato, eodẽ momento, omni

aduo-

aduocato deſtituta. iubetur reſpondere. Glorioſa Amazon, abneptis Machabæorum, & eorum patientiæ hæres, cùm iuſſa ſe ſtitiſſet conſilio malignantium, viginti & octo non amplius annis ante aduentum filij DEI in mundum, fecit illa tunc id, quod hic, elapſo dicto tempore, ſuo exemplo patentiſſimè docuit. Nunquam ex illius ore excidit verbum alicuius impatientiæ; nunquam criminatoribus ſuis crimen viciſſim obiecit. Et cùm poſſet infinitas propemodum iniurias & contumelias, tum in ſe, tum in ſibi ſanguine proximos cōmiſſas, ac prolatas conſilio repræſentare; maluit omnes earum amaritudines magna animi demiſſione, & patientia pluſquam humana deuorare, quam vel minimo verbo eas inſinuare. Solùm quod ſpectabat ad punctū capitalis accuſationis, breuiter hunc in modum reſpondit.

Quantum ad poculum amatorium, quod ei obijciebatur, attineret, rem eſſe iudicio omnium eorum, qui eam ſuis ponderibus perpendere & librare voluerint, non ſolùm à perpetratione talis facinoris, ſed etiam ab ipſa cogitatione quā longiſſimè remotam: ſiquidem nunquam non magis horruerit ipſius Herodis amorem, quàm odium eiuſdem. Cæterùm ſe minimè vitam æſtimare, in qua tot afflictiones & cruciatus ſibi eſſent perferendi; multò autem minus aulam, quia nunquam in illa ſolida animi perfuſa fuerit voluptate. Et ſi quidem eſſet ſtatutum ſe falſis teſtimonijs opprimere, id eſſe factu perfacile in eo ſubiecto quod nihil omnino repugnabit; perfacilè etiam ſibi ex capite diadema; & ex humeris caput

put auferri poſſe, non æque autem fama probæ & honoratæ Principis, quam à ſuis Maioribus accepit, quamque ad vſque tumbæ cineres ſit conſeruatura.

Afflicta Princeps, velut innocens agnellus, ori vnius leonis, erat expoſita; & faucibus plurium luporum iam iam deuoranda. feruntur ſententiæ & ſeruiliter eo in iudicio omnia peraguntur. Communis erat omnium aſſeſſorum ſenſus, quòd Rex vellet eam è medio ſublatam: & hæc ratio erat ſufficiens, ad vitam ei eripiendam. Prô! ne vnus quidem ex omnibus illis conſiliarijs inuentus eſt, qui auderet veritatis patrocinium ſuſcipere, & ius ac innocentiam Reginæ palam facere; vel ſaltem quoquomodo conari Herodis iram mitigare, & emolllire. quid dicam? Omnes eorum conſcientiæ, aut magnis criminibus erant contaminatæ, aut ignaua timiditate oppreſſæ. Quo factum eſt, vt falſi iſti Iudices plus facerēt in fauorem Tyranni, quàm ab ijs exigeret. nam quæcunq; ad mortem innocenti Reginæ inferendam faciebant, collegerunt. Herodes auditis eorum ſententijs, quantumuis cædis & ſanguinis eſſet auidus, exhorruit tamen, & eam in vno palatij carcere, interpoſitâ executionis dilatione, iuſſit cuſtodiri, exiſtimans fore, vt iſta ratione ſe humiliaret, ſuæque voluntati obſequentem præberet. Verùm peruerſa ac velut rabie poſſeſſa Salome, quæ iſtam excitarat tempeſtatem, nolens telam abs ſe orſam imperfectam remanere, magna feſtinatione adiens Regem, eum edocuit nequaquā expedire huiuſmodi aues in cauea reſeruari; agi

Magna indignitas

de

de ipſius corona, & vita, omnia iam tendere ad rebellionem: &, differendo executioné, eum certò certius accelerare vniuerſi ſui ſtatus ruinam. audita hac Sirene Herodes hoc ſolùm fertur dixiſſe: Tollatur: & continuò Tribunus ad Reginam expeditur, qui ei vltimam vitæ ſuæ horam aduenisse denunciet: Is exhibita profunda, corporis reuerentia, eá ſalutans, dixit: Sereniſſima Princeps, Rex tibi per me denunciat confeſtim eſſe moriendum. Illa, abſque vlla animi turbatione, corporiſue immutatione, reſpondit: Amice mi, hoc ipſo inchoato paſſu pergere perplacet: non poteſt id eſſe tam citò ex ſententia Herodis, quin ex mei animi ſenſu ſit ſerius. Et hoc dicens greſſus accelerat, & rectà, abſq; vlla aut coloris, aut vultûs mutatione, (imò cum ea faciei ſerenitate, quæ omnibus lacrymas eliceret) pergit ad locum ſupplicij.

Ad coronandam eius patientiam, cùm eſſet in procinctu ad ictum mortis recipiendum, ecce (ô coronidem) eius Mater Alexandra, carceris ſocia, eius cogitationum conſcia, & quæ non niſi hactenus vnum cor, & vna anima cum illa fuerat, prodens ſanguinem, prodens naturam, & omnem omnino pietatem Herodianæ politiæ Spiritu correpta ne ſcilicet Herodes eam genio filiæ ſuffragari & actibus conſentire ſuſpicaretur, atrociſſimis eam injurijs onerauit: ſed & parum abfuit, quin arreptam per crines innocentiſſimam hanc Principem per terram raptarit. Illi certè ictum mortis præſtolanti, accenſa inmani cholera dicere non erubuit: quòd eſſet nequã, ſuperba, ambi-

Actus Alexandra plenè barbarus

ambitioſa, nullam ei proinde fieri iniuriam, quod morti addicatur; quippe quæ tam bonum maritum ſufferre nequiuerit. Horreſco referens. quid ni enim? An non iſthæc maxime indigne, quæ vnquam fieri tali in caſu aut excogitari potuerunt? Nec melius mel, neque peior aculeus, quàm ſit apum; ita fidenter dico non ſunt meliores amicitiæ, neque peiores iniuriæ, quàm eorum, qui nobis proximè iuncti ſunt ſanguine vel affinitate. Patientiſſima Mariamna ne ea quidem, quæ tali tempore, tali in ſtatu poſita omni iure dicere poterat, dixit, quid enim vetuiſſet ita Mariamnam loqui? Mater, ſine animam meam, quæ iam extremis hæret labris cum pace ex hoc mundo egredi, & ne, amabo, quietem meæ mortis interturbes, quid alia his ſimilia dicere prohiberet? verum generoſo ac heroico ſilentio claudens os omnibus ijs, ad quæ poterat reſpondere, & vni DEO innocentiæ ſuæ teſti cor aperiens, ea indignitate tractata collum ſcindendum porrexit carnifici, vt vltima patientiæ ſuæ teſtimonia ſuo obſignaret ſanguine.

Ioſephus non ſatis expreſſit genus mortis an vox eum iſto loco defecit? An ſuppoſuit ab omnibus intelligi eo affectam eſſe ſupplicio quo eius temporis mos ferebat eius conditionis Reos extingui capitis ſcilicet imminutione, ſeu truncatione? Sic pulcherrima Aurora, quæ in ſuis radijs etiam tunc & egregiam animis afflictorum alacritatem, & eximium corporibus refrigerium inter horribiles illas confuſiones, & tyrannicas perſecutiones adferebat, in ſuo fuit extincta ſanguine.

guine. Adhuc oculi omnium adſtantium lacrymis madentes in ſua eam conſtitutam ec ipſi contemplabantur; quando viſa eſt intrepido, & pleno Regiæ maieſtatis vultu adire inſtantem mortem, quæ etiam audaciſſimos quoſque facit contremiſcere; quando & collum eius, quouis alabaſtro candidius, obtenſum & ſub ferro ſcintillante inflexum, & iam iam à formoſiſſimo illo corpore ſeparandum comparuit, horror ſimilis febricitantium, non ſolum arctus, ſed etiam oſſa omnium ſpectantium inuaſit: nec vllus ibi tam durus repertus eſt, cui, priuſquam ſuum ſanguinem profunderet, non vbertim oborirentur lacrymæ. Caput ſeiunctum fuit à corpore, & corpus ab anima; ſed hæc nequaquam à DEO conditore ſuo: apud quem etſi ei viuere fuiſſet negatum, nihilominus admirabile cunctis populis erexit patientiæ de Politia Herodiana trophæum. Membra occupata frigore, extenſa in loco ſupplicij manſerunt; at vox innoxij ſanguinis, quæ ſtatim ſecans nubes ibat petitum à DEO vindictam, continuò fuit exaudita, vti, Lector mox intelliges. Sed ſubſiſte tantiſper, donec optimæ Reginæ effigiem & elogium conſideres quæ hic tibi inſerta voluimus.

EFFIGIES.

Mariamnè Regina, Machabæorum ſtirpe inclyta Herodis,

dis, peſſimi omnium Viri, vxor optima, forma corporis ſupra cæteras eximia, animi etiam virtutibus maior, integerrimæ pudicitiæ, & ineluctabilis patientiæ fœmina, iniquiſſimis calumnijs oppreſſa, mariti gladio Regias ceruices dedit, Anno ante Chriſti Natalem non plus vigeſimo octauo.

IN IMAGINEM MARIAMNAE.

Ergonè diuinæ cæleſtia munera formæ
Coniugis immanis, formidatiq; Tyranni
Improba ſors dederis, cæco temeranda furori
Cui tam dirus amor, quam ſceptra furentia? felle
Vixiſti, Mariamna, cadas vt victima ferro,
Quod DEVS ipſe ſuo feret olim ſanguine tingi:
Felix exitium præeuntis ad aſpera Chriſto
Fata, ſibiq; crucis ſic præripientis honores,
Quærentiq; ſibi pulchram per vulnera mortem,
Vulnera, plus laudis, quàm manatura cruoris!
Sic moriens ſacros Reginæ efflabat amores,
Illuſtremq; animam claro reddebat olympo,
Elutam lacrymis maculas, & flamine ſacro
Purgatam ſuberant ſi quæ contagia labis.
Quiſquis ſic fato conceſſerit, aurea vitæ
Stamina perpetuæ claro ſibi funere neuit.

Perfidus

Perfidus Maritus, qui Principem omni honore, & obſeruantia dignam tam barbarè tractârat ſimulatque ea ſuam animam reddidit Creatori, non ſecus atque ſi aliquo ſauciatus fuiſſet iaculo, ingenti adactus dolore exclamans, dixit, ſe facinus DEI irâ dignum perpetraſſe; deinde horribiliter vlulans, Mariamnam aſſiduè memorabat, ſuo eam nomine compellabat defunctam, cui ſuis deſiderijs quantumuis ardentibus reddere non poterat, quod carnificis gladio ei abſtulerat. Quocunque ille pergebat, à tergo ſemper imago ſui criminis eum comitabatur; ſemper nigris furijs, monſtris, & horribilibus ſpectris infeſtabatur. Experiri placuit omne conuiuiorum, tripudiorum, chorearum ac deliciarum genus, vt quoquo modo malum hoc à ſe amoliretur: ſed tantùm abfuit, vt id conſequeretur, vt in dies, in horas, imò & in momenta tanta caperet incrementa, vt omnia Regni negotia cogeretur derelinquere, quamtũuis ſemper aliàs ac ſeuerus impiger adminiſtrator eorum extiterit. Primùm factus eſt ſtolidus, pòſt hebes, tum prorſus ignorans quid ageret. Sæpe enim accumbens menſæ ſuos ſeruos, ac miniſtros alloquebatur, & Reginam, quaſi adhuc inter viuos agentem, accerſiri iubebat, illi nullo edito verbo, eum auſcultabant. Ex hoc fiebat vt tota Aula neſcio quo inſolito pauore & ſilentio conſternata penitus abſorberetur. Tandem non valens amplius ferre parietes ſui palatij, quippe qui viderentur illi ſuam crudelitatem exprobrare, ſyluas & nemora petijt, & ea, velut Satyrus quiſpiam, peruagando tam admirandã acquiſiuit

Furia Herodis poſt mortem Mariamnæ

mentis infirmitatem & tam horribilem phreneſim, vt cùm ei tollendæ Medici ignorarent quæ applicarent pharmaca, liberè dicerent eſſe pœnā cælitus immiſſam. DEVS, qui eum adhuc maioribus reſeruabat calamitatibus, necdum ei tunc vitam eripere voluit. Peſſima Mater Alexandra, quæ filiam mortis theatrum conſcendentem indigniſſimis importuniſſimiſque obiurgationibus inuaſerat, ſtatim poſt viuere deſijt, mortis quidē peracerbæ amaritudinem guſtans, ſed eius gloriam amittens. Poſt hæc ſecuta eſt dira peſtilentia quæ etſi in complures de populo homines debacchata eſt, maximè tamen in Herodis Conſiliarios. Ex quo in vulgus creditū eſt ac ſparſum eſſe hæc quoddam Dei cæleſte flagellum, immiſſum in vindictam iniquorum; qui ſemper deplorandæ, nunquam ſatis deploratæ, mortis innocenti illatæ, authores extitiſſent. Mariamna ex caſto ſuo cubili duos filios pepererat Herodi, Alexandrum ſcilicet & Ariſtobulum: qui quidem adhuc tenellæ admodum erant ætatis, quando violenter ex humanis mater ſublata eſt; ſed nati videbantur ad multa temporis decurſu patienda, tunc tamen ad ſentiendas præſentes miſerias nondum à Natura ſatis inſtructi. Herodes, vt ijs ſenſum percipiendi crudelem tragædiam eriperet, ſimulque per probam educationem ad gloriam ſui Regni inſtituerentur, tempeſtiuè eos à ſe ablegauit, mittens Romam, vt in Auguſti Cæſaris Aula, quæ tunc velut Academia Regum, & primum in mundo morum Gymnaſium habebatur.

Filij Mariamnæ Romæ educantur.

Elapſis aliquot annis Herodem inuaſit deſide-

riom

rium eundi in Italiam ad ſalutandum Cæſarem, & eodem labore ad videndos ſuos filios; quos inuê-nit optimis moribus informatos, & ita ad omnem honeſtatem inſtitutos, vt ſtatuerit bona cum Auguſti venia eos in Iudæam reducere: quod & fecit. Iuuenes hi Principes Hieroſolymam cum Herode Patre reduntes, vniuerſum populum in magnam ſui admirationem rapuerunt: erant enim excellenti ac eleganti corpore, ingenio habili ac ſolerti, armis tractandis apprimè exercitati, eloquio prompti, affabilitate nulli ſecundi: & tantò apud omnes maiori in amore, quantò eorum Patrem odio proſequebantur. Omnes eos nō aliter, atque duo aſtra, Pollucis & Caſtoris poſt elapſam tempeſtatem, contemplabantur: omnia ſui vultûs iucunditate & alacritate replebant; iamque tunc omnium animos ad ſe trahere ac rapere videbantur, ad conquirenda ſuis meritis diademata. Veruntamen ij, qui qualibus eorum Mater Mariamna iactata eſſet tragædijs, meminerant, ſibi à lacrymis non temperabant.

Eorum reditus.

Pheroras frater Herodis, & Salome eiuſdem ſoror, qui partes ſuas in inferenda morte innocenti Reginæ deſiderari nō ſiuerant, aduertentes quod Mariamnæ ſanguis, Alexander ſcilicet & Ariſtobulus aliquando ſibi dominari poſſet; in ſenſus quoſdam & apprehenſiones, quæ verbis exprimi non poſſunt, ſe immiſerunt. Nam ſtatim poſt reditum eorum Româ cœperunt, muſſitantes & quaſi aliud agentes, eos calumniari, & per homines ſibi fidos crebros ſpargere ſermones cōtra illos, qui vſque ad Herodis aures pertigerūt.

Calumnia contra filios Mariamnæ.

His

His autem ſermonibus indicabant Herodi, Principes, eius filios, ob mortem illatam Matri, auerſionem ab eo habere, nec facile futurum, vt eum vnquã ſincere, & vt filios decet, ament. Herodes, qui ardentiſſime filios amabat, eoſque videndo ſatiari non poterat, nullam fidem habuit præſenti calumniæ. Imò tantùm abfuit, vt ita rem ſe habere crederet, vt, cùm eos videret fere iam Iuuentutis annos ac limites egreſſos, omne adhibuerit ſtudium; quò ex primis ac Illuſtriſſimis mundi familijs vxores ijs conquireret. Et quidem ſtatim cum Archelao Rege Cappadociæ ſolicitè ac impigrè agi curauit, vt filiam ſuam Glaphyram in matrimonium daret Alexandro: quod & factum eſt. Ariſtobulum quod attinet ei Salomen ſuæ ſororis, eiuſdem nominis, filiam deſpondit: volens hoc modo inimicitiarũ domeſticarum rimas obturare: Ea tamen conſilia optatum finem non attigerunt. Nam vterque Princeps. Alexander & Ariſtobulus candidiſſimè & liberrimè inter ſe conuerſantes, quidquid in mentem eis veniebat de Matris morte, dicebant: In quo ſat oſtendebant, non abſque animi dolore ſe eius meminiſſe. Vnde Pheroras & Salome in abſcondito inſidias conſtruentes explorabant omnia, nec ceſſabant varia eis argumenta & occaſiones, quaſi omnia alia agentes, præbere, vt quæ animo gererent adoleſcentes loquerentur & effutirent. Quicquid autem, aut vanitate ducti, aut paruã aliquã indignatione moti, aut denique in aliqua laxiori ſuorum arcanorũ libertate dicerent, continuo ad Herodis aures deferebatur. Salome, perquam aſtutã

aſtuta fœmina, adhuc retinens imperium in filiam admodum natura ſimplicem & iam maritatã, eam velut tormentis aliquibus ſubiectã cogebat referre quicquid maritus, quicquid affinis Alexander in priuatis ſuis colloquijs dixiſſent. Illa ſic à Matre adacta, quæ boni iſti Principes, aut per ſimplicitatem, aut cordis hilaritatem & iucunditatem verba protulerant, etiam numeratò referebat: & inter alia, quod Ariſtobulus ſe iactando, dixiſſet, ad Mariamnæ filios Regnum ſpectare, vt ad progeniem & poſteritatem veræ ac germanæ Reginæ; quoad alios Herodis filios, qui paſſim hinc inde ſparſi, non exiguo numero reperiebantur (nouem enim vel decem habuerat vxores) poſſe eos conſtitui in mediocribus aliquibus ciuitatibus Actuarios, ſeu quod idem eſt, Scribas: & bene proinde ſibi conſulturos, ſi legere & ſcribere accuratè addiſcerent. Addebat Alexandrum dum ſe vellet iactitare, ſolitum dicere hominem ſe lõgè alium eſſe à ſuo Patre; ſed tamen cum illo agentem & aduertentem eum excellentiæ titulo ac nomine multum delectari; depreſſionis autem, vel minimæ, vehementer contriſtari, proinde ſeſe continere non aliter quam gladius vagina clauſus, & virtutum ſemina ſibi inſita, veluti mole quadam, oppreſſa latere, dum non audent foras erumpere: ne fortaſſis abundantiæ ſuorum talentorum ſuſpicionem Patri ingenerarent, & pro dilectione odium crearent. Et inde eſſe quod ſibi vel ad venationem eunti, vel cum Patre deambulanti ſolenne ſit, corpus ſuum complicare, & velut in nodum quempiam coarctare, ne Patre

maior appareret; & ſi arcu emittendum ſit iaculum, bardi perſonam à ſe ex inſtituto ſuſtineri, ne quid Patri pariat inuidentiæ: Atque his ſimilia multa geri à ſe, iuuenis princeps iuuenili licentia fatebatur. Quæ ſi citra ſermonem facere contentus fuiſſet, virum ſe egregia prudentia præditum exhibuiſſet, at multos ſermones miſcendo, in errores grauiſsimos incurrit non tam innoxie auditus, quàm innoxie locutus; magna vero erat ſimplicitas, quod boni iſti Principes ſua ſecreta cõcrederent fœminis, quarum cõmuniter cor tã eſt aptum ad ſecreta ſeruanda, quàm cribrum ſiue Belidum vrnæ, ad aquam continendam.

Poſtquam Pheroras & Salome diu multumque Herodis aures minutis iſtis relationibus contuderant, animaduertentes paulatim ſuſpicionem in eius animo radices iacere; eiuſque aduerſus filios amoris feruorem refrigeſcere, rati aliquando optimam nactos occaſionem, apud illum rem ſuam ſtrenuè egerunt, feriò eum monentes, vt vigili oculo filios obſeruaret, eos enim iam eò malitiæ deueniſſe, vt de ſumma rei agere, atq; Herodis iugulum ſine diſſimulatione petere videantur: dũ paſſim, apertè, omnibuſque audientibus dictitare auſint, eos, qui effuſi materni ſanguinis participes fuiſſent, non inultum ſcelus in vitam alteram perlaturos; talia enim, cùm à nonnullis vexarentur circa mortẽ defunctæ Matris, verba illis exciderant. Idcirco Herodes magis quam vnquam aliàs eorum admiratus libertatem iudicauit, adiecto aliquo ſacomate ſeu ſaburra, & libramine, plus æquo ſe extollentẽ filiorũ, libertatẽ, ne dicam audaci-

dact-

daciam, reprimendam. Sed quid Herodem ad eos humiliandos feciſſe putabimus? E filiorum ſuorũ grege vnum nomine Antipatrum, genitum ex quadam Doride parum illuſtri (& quæ poſtea turpiter ex aula eiecta eſt) ſibi delegit. Hunc in ſuprema fortunæ rota collocat, non quòd ſtatutum haberet ibi illum relinquere, ſed quod eo velut libramine ſeu ſacomate vti vellet, ad Mariamnæ filios reducendos ad iuſtam bilancem, iudicans eum rei iſti peridoneum eſſe inſtrumentum. Erat enim in eo ingenium cum inſigni vafricie & ſimulatione malignũ, & vt verbo dicam cacodæmoni non abſimile, & prorſus ex regulis paternæ aſtutiæ & improbitatis. Videns enim ſe repente tam in alto dignitatis gradu conſtitutum, decreuit ex eo non deſcendere, niſi cum morte; quin & æquè mordicus ac alij ſui fratres Regnum tenere. Et iſthæc cauſa eſt, cur Proteum egerit, in omnem ſe formam tranſmutans, quò opinionem & æſtimationem apud Herodem ſibi compararet. Nec gratis, Herodes enim ex eo tempore cœpit eius dicta factaque approbare; ille autem, vt ſe firmius ſtabiliret, non ceſſauit occultè calumniam contra Mariamnæ filios promouere. Siquidem poſt iacta diſcordiæ ac diſſenſionis ſemina, ita ſe dextrè nouerat ſubducere, nihil vt egiſſe videretur. Semper enim cum Alexandro & Ariſtobulo via obſeruantiæ cum debiti honoris delatione, tanquam cum Dominis ſuis incedere videbatur: & hoc etiam agebat, quando falſis relationibus Herodis aures onerabat, per eos homines quos ad id centuriatim colligabat, vt per

fraudulentam modeſtiam, & ſolertiam ad propoſitum ſibi finem dextrè pertingeret, dum & ſimularet ſe eorum cauſæ patrocinari, & ſemper maiorem ac maiorem contra eos ſuſpicionem Herodi ingeneraret. Qui etiam, vt maiorem illi conciliaret daretque auctoritatem, è re illius futurum exiſtimauit, ſi eum Romam, vt Legatum, mitteret: quod & fecit, florentiſſimum ei comitatum attribuens, & infinitis propè litteris commendatitijs eum muniens. Ille vero in orbis theatro exiſtens magis, quàm vnquam alias, mare cælo miſcuit: dum Patri ſcripſit, mira ſe Romæ circa ſuos fratres, Alexandrum, & Ariſtobulum detexiſſe: bene proinde eum facturum, ſi ab ijs ſibi caueat: quia totius iam populi voluntates tentarint ac explorarint. Nec aliud illis propoſitũ eſſe videatur, quã eius vitæ dies abbreuiẽt, & de Regni poſſeſſione illũ deijciant. Hoc eò maiorem veri ſpeciem habebat, quo minus exacerbati ſuo velut repudio, & immeriti Antipatri promotione, miſerãdi iſti Principes dolorem ſuum domi valebant diſſimulare. Adde quòd illi ſemper aliqua verba minus conſideratè dicta excidebant, quæ licet non eſſent malitioſa; exploratores tamen Phærora ac Salomẽ excepta ex eorum ore, innoxie excidere non ſinebant, ſed confeſtim referebant.

Herodes videns ſe foris ad votum ſua compoſuiſſe negotia; domi autem igne diſſenſionis ardere omnia, frequens ingemiſcebat, & aſſiduè ex imo corde ſuſpiria trahebat. Exinde in aliquam de filiis in cuſtodia detinendis venit cogitationẽ; verùm in eos nihil grauius ſtatuere voluit abſq;

Cæſaris

Digitized by Google

Cæſaris iuſſu; quem tam timebat adoleſcentibus Romæ habitis eſſe addictum, quam diligere volebat, dum ad eius nutum & arbitrium (quo ſua negotia ſemper magis ac magis in tuto conſtitueret) omnia quæ agebat dirigere conabatur. Poſtquam apud ſe rem magna ſollicitudine quæ ei corrodebat cor, quæque erat velut cardo, in quo ſumma eius conſiliorum voluebátur, conſultaſſet, ſtatuit eos Romam ſecum ducere, & ibi apud Cæſarem eos accuſare. Toto illo longiſſimo itinere, quod ex Palæſtina Romam cum filijs confecit, tanto propoſitum ſuum inuoluit ſilentio, vt ne vel minimum quidem ſuæ offenſionis aduerſus filios ſignum ediderit; quò eos non ſolùm à ſuſpicione, ſed etiam à tenuiſſima cogitatione liberaret. Romam vbi appulit, didicit, Cæſarem tunc Aquileiæ commorari: quò ipſe ſtatim feſtinans contendit cum Alexandro & Ariſtobulo. Qui ab Imperatore vt filij chariſſimi omni beneuolentiæ ſigno & ſignificatione excepti ſunt, Interim, dum ſic honorantur filij, miſerandus Pater explorans omnem occaſionem conueniendi Cæſarem, ad rem, quam ſummi dicebat momenti, ei detegendam, petiuit acceſſū: qui etiam ſtatim ei conceſſus eſt. Ille, ne momentum quidem temporis ſibi aſſignati præteriens, adeſt cum reis duobus filijs: qui nihil mali ſuſpicantes, aliud non quærebant, quàm ridere, quàm iocari, & tempus cum antiquis ſuis notis & familiaribus iucundè tranſigere. Vbi autem ſimul cum Patre in ampliſſima palatij aula, viris Principibus vndique refertiſſima conſtitiſſent, Herodes altè ſuſpirans, ſic coram Cæſare, contra filios perorauit. Vides,

Digitized by Google

Magne Cæſar, Regē quidē tuo fauore & gratia, ſatis fortunatū; Patrē eſſe domeſticis infortunijs comprimis infelicem. Si natura prolem mihi denegaſſet, fortuna me abſque miſerijs videret: omnia enim mea infortunia & incommoda ex liberis proueniunt. Continuum mihi eſt cordis tormentū Auguſte quod recitatione & relatione domeſticorum ſcelerum aures tuas Sacratiſſimas inquinare debeam; verum neceſſitas, quæ nullis ſubiecta eſt legibus, me cogit; & tua iuſtitia, quæ omnes in mundo hoc condit, & conditas ſtabilit leges, me ad dicendam cauſam compellit.

En duo filij mei, ſed prorſus degeneres, qui, poſtquam ad tuos pedes Cæſarea educatione honorati ſunt; & poſtquam ea à me fauoris receperunt beneficia, quæ à Rege, tuo beneficio, ſatis potente expectari poſſunt, & à Patre naturâ indulgentiſſimo ſperari, peſſundantes & gloriam educationis, quam de manu tua acceperunt obliuioni tradentes naturam quam à Deo, & ſanguinem, quem à me habent tale facinus attentârunt, quod ne nominari quidem debet. Nimirum iudicio eorum diu nimis vitam protraho, & Regno, quod tot tantiſq; acquiſiui ſudoribus, longiore, quàm vellent, perfruor tempore, Honoris equidem portam, poſt ſupremum vitæ meæ fatum, ingreſſuris ijs patefeceram, ſed per parricidij ianuam eos malle intrare ſero animaduerto, dum vitæ meæ inſidias texunt vt citius detrahant ſpolia meo ſanguine tincta, quam innoxia eadem fine ſanguine natura illis concedat. Ideo ad pedes tuos illos adduxi, nolens in proprijs meis offenſis

ius

jus aliquod, neque Regis neque Patris, retirere, præter illud, quod tua decreuerit & ordinauerit juſtitia. Te tamen, etiam atque etiam, magne Cæſar, rogatũ velim, vt meæ ſenectuti, quam tantoperè honoraſti, digneris domi quietem aliquam tribuere; & me de manibus parricidarum ereptũ ſupremo beneficio conſeruare neque permittere, vt ſol iſte & meæ calamitatis & illorum ſceleris poſſit eſſe obiurgator & teſtis.

Tanta hæc ille dicebat vehementiâ, vt omnes quotquot aderant, animis cõſternarentur: miſeri autem Iuuenes, quorum innocentia ne hilũ quidem cedebat ſimplicitati, videntes ſe tali verborum mole veluti in ſæua tempeſtate grandine obrutos, nullâ illius præuia edocti ſcientia non verborum fluxu reſponderunt, ſed oculorum riuis in largum & ſerium fletum ſolutis nõ ſine ſingultu & gemitu interpolato diſtinctis. Conabantur quidem verbis reſpondere, timentes ne ſilentium ſe criminis reos faceret: verùm quò magis ad loquendum ſe cogebant, eo crebriores & vehemẽtiores ſingultus ijs loquendi facultatem eripiebant. Auguſtus Cæſar, Princeps comprimis ſapiens, & humanus, ex eorum lacrymis, totiuſque corporis ſtatu ac conſtitutione confeſtim aduertit eos plus habere infelicitatis, quam malitiæ, Quare benignè eos intuens, his verbis eos animauit: bono animo filij mei, eſtote ſine cura, & reſumptis animis, captoque ſufficienti otio, abſq; turbatione pro vobis reſpondete. Sed & vniuerſus ſenatus magna aduerſus eos commiſeratione mouebatur; & ipſe Herodes ſignis, vultu, ſat manifeſtè

nifeſtè editis, oſtendebat ſe animo ad miſericordiam commoueri. Tam eloquentes ſunt lacrymæ ex naturæ bonitate natæ! Alexander videns ſe omnium oculis benigniſſimè aſpici, reſumpſit ſpiritus, ſindens confertam multitudinem ſuorum ſuſpiriorum cuneis (ſatis enim erat diſertus) atq; hunc in modum pro ſe & fratre Ariſtobulo reſpondit.

DOMINE, ET PATER CLEMENTISSIME.

Apologia filiorum Herodis habita coram Augusto.

HAuddubiè tua Maieſtas nos non duxit tam procul ad altaria miſericordiæ, vt nos iſtic immolet ad aras vindictæ, ſed tuomet ex facto & accuſatione ſpem capimus certiſſimæ à crimine intentato abſolutionis, ſiquidem nos, magis hominum quam noſtra culpa reos ad ipſius Clementiæ templum Auguſtum per mare, per terras duxiſti. te volente, te mandante, imò & ducente, ſalui venimus & proni accidimus aræ: Agnoſcimus tua verba, eſſe acerba; animum autem prorſus paternum ſuauiſſimumque. Si calumnia innatum tibi benignum comprimis ingenium deflectere ad perniciem potuiſſet, vt nos nullis noſtris demeritis è medio tollere ſtatuiſſes: poteras id in Paleſtina, tanquam Pater & Rex facere: in manibus enim erat tuis & nos cuſtodijs mancipare, & vitâ priuare. Verùm, quis negarit DEI nutu factum eſſe, vt ad Auguſti Cæſaris Regiam nos adduceres; apud quẽ cauſas Reges nõ pro capitis diminutione ſed coronis impetrandis dicere conſueuerunt? Res prorſus eſt noua, proindeque ſupra

pra modum admiranda, crimen omnium enormiſſimum produci contra nos tantæ dignitatis & conditionis: nec tamen dici cur , aut quo modo ſit tentatum. Ignoſce pater & Rex: In tua, Pater, aduerſum nos accuſatione nulla litterarum, nulla veneni, nulla pernicioſæ coitionis, nulla coniurationis, nulla denique ſubornatorum miniſtrorum, qui deſtinatum ſcelus exequantur , fit mentio; ſed ſolùm dicimur parricidæ, nulla eius criminis allata probatione. Si id ſatis eſt ad vitam nobis tollendam, nulla amplius in mundo reperietur innocentia, præter illam, quam calumnia dente maledico rodere dedignabitur. Noſtri inimici, qui à longo iam tempòre telam hanc exorſi ſunt, aliud quod contra nos dicerent , non habuerunt, quàm quod ſatis ætatis & animi habeamus ad id facinus patrandum , quod necdum re patratum eſſe eſt cur gaudeamus. Sed tamen patraturi dicimur in vindictam mortis Matris noſtræ Mariamnæ. Quod ad primum eorum argumentum attinet, quis non videt, quàm ſit debile, quam infirmis innitatur fundamentis? ſi præter ætatem & animum nihil requiratur ad committendum parricidium, nonnè mundus vniuerſus confeſtim replebitur ſanguine? nonne & omnes Patres aduerſus liberos vocare in diffidentiam, & viciſſim liberos in parricidij crimen & ſuſpicionem adducere licebit? Quoad ſecundum, in quo noſtra Mater defuncta tangitur: in ea nos illa moriens reliquit ætate, in qua, neque adhuc eam deplorare, neque tangi ſenſu eius miſeriæ poteramus; poſtquam autem exceſſimus ex ephebis

certe

certe Romæ melius docti noluimus in tua nos immittere conſilia, ne ſenis, patris & Regis iudicia ſcrutari & examinare, iuuenes & filij & obſequio nati velle videremur. Noſter de matris morte is ſemper fuit ſenſus: vt eius è vita exceſſus nos non efficeret audaciores ad ſuſcipiendum, & patrandum quod malum eſt, ſed potius coerceret à malo, & impelleret ad bonũ. Non ideò lacrymas ei dedimus, eius vt mortem deploraremus (eæ enim fuiſſent inutiles) ſed vt iuſto dolori indulgeremus: dum aduerteremus noſtros hoſtes pergere in affligendis eius cineribus, cuius ſanguinem fuderunt. Pater mi, ſi noſtræ lacrymæ procedentes ex iuſto & naturali doloris ſenſu, in tua aula ſupplicio ſunt dignæ, grauiſsime ad tribunal tuum iudicari debemus, ſcio autem quod apud illud met vtpote iuſtum iuſtæ lacrymæ inuenturæ ſint ſecuritatem: In nullo vnquam iſtiuſmodi doloris ſenſu accerbius nobis aliquod excidit verbum contra te, ſed aduerſum eos, qui tua abutuntur auctoritate, in ruinam & perniciem tuorum, ex quorum numero hodie nos eſſe didicimus. Securus eſto, optime pater, ſi aliunde non impetitur ſalus tua, odio tuam vitam perſequendi cauſa nobis non ſuppetit ſed è contrario, plurima argumenta eam vnicè adamandi: & hoc tantò magis, quantò nos aptiores omnibus noſtris fratribus, ad tibi in Regno ſuccedendum iudicaſti. Certè omnes animi optimi notas, omnia benigni patris indicia ad Regiam dignitatem, nobis aliquando conferendam demonſtraſti; ſed & omnia bona, quæ vel ſperare vnquam poſſemus,

ita

ita liberali manu exhibuiſti: vt ſi plura in noſtrum detrimentum peteremus, eſſet id petere libertatem nos ipſos perdendi.

Ecquam igitur obſecro cauſam habere poſſumus, vt Regnum nobis parricidij via quæramus, quod nobis tua induſtria & ſtrenuitate paratum & acquiſitum eſt? ideòne fortaſſis, vt cælum, vt terram, vt omnia maria coniurent cum Cæſare ad occludendum nobis ad illud aditum, cui clauem, intinctam & contemperatam in Patris noſtri ſanguine, attentauerimus fabricare? Verùm nunquam erimus tam fatui, neque tam impij, vt facinus perpetremus, quo nos ipſos peſſumdemus abſque vlla ſpe vnquam reſurgendi.

Mitte igitur Pater optime & depone, obſecro, ſuſpicionem, quam de nobis concepiſti, vel, ſi illā placet ſuſtentare, ſine, diſcedamus ambo ex hac vita, quam non vſque adeò tenerè amamus, vt eam, te inuito, qui illam nobis dediſti retinere velimus.

Oratio hæc, intertextæ lacrymis tanquā gemmis omnium adſtantium animos ad ſe rapuit: Et dùm ambo adhuc demiſſis in terram oculis, ſententiam Iudicis expectarent, nullus omnino fuit qui non arderet deſiderio eos videndi abſolutos à crimine falsò ijs impoſito. Ipſe Cæſar reſpiciebat Herodem, qui Herodes ex conſtitutione vultus commiſeratione ſe commotum, & pænitudinem non ſolùm ſuſceptæ ſed etiam in cogitationē admiſſæ, aliquando accuſationis ita clarè, vt ab omnibus poſſet notari oſtendebat. Atque ita Fauor præſentium & ipſe Herodis agendi modus eū

& il-

& illius nimiam credulitatem condemnabant. Quid ageret Auguſtus cum nollet eum pudore ſuffundere, dixit: filios equidem male, & imprudenter feciſſe, Patrem offendendo: verùm, quod ad prætenſum crimen attineret, illud Herodem abolere poſſe & vero eius memoriam delere debere, eo quod appareret Principes melius eſſe natos & educatos, quàm vt tali ſcelere ſuam gloriam vellent fœdare. Cæterùm, poſthac conuiuẽdum confidentius, & ſacrum naturæ nodum, qui nec à tam bono Patre, nec à filijs, qui magna ac præclara in poſterum pollicerentur, rumpi poſſet, eſſe renouandum. His ita peractis, Herodes totus quantus madens lacrymis in filiorum amplexus irruens vtrumque oſculatus eſt. Quod factum etiam ijs, quorum omnino nihil intererat, copioſas lacrymas elicuit.

Poſt ritè obita varia officiorum ac ſalutationum genera, vnà obtenta abeundi licentia, ecce repetunt Palæſtinam cum Patre, & fratre Antipatro, qui totam hanc adinuenerat, luſeratque tragœdiam. Et tamen homo malignisſimæ naturæ, ita omni officiorum ac honeſtarum voluptatum genere eos & obſeruabat, & recreabat, ac ſi intus ei cor arderet feſtiuis ſancti amoris ignibus. Ita in aulis, diuino timore deſtitutis, diſsimulatio ſtipata ſuis ſororibus agit, vſque dum Deus ei laruam detrahens quantum monſtrum ſub ea latuerit mundo oſtendat. Hieroſolymam reuerſis, annus integer non eſt elapſus, quando noua calumnia nouos laqueos horum Principũ innocentiæ tetendit. Ea autẽ huiuſmodi fuit; Pheroras

ras ſtatutum habens ſtimulo zelotypiæ Alexandrum pungere, ei ſub magno ſecreto, & vti dici ſolet, ſub roſa, retulit, Herodem eius Patrem formoſæ Glaphyræ, eius coniugi, filiæ Regis Archelai plus blandiri, quàm deceat ſocerum. Iudicabat ille id per efficax eſſe medium, tum ad rebellionem faciendam, tum ad eum velut furijs quibuſdam tunc exagitatum contra Regem incitandum: & hoc modo in extremam ruinam præcipitandũ. Verba iſta quàm in ſe pernicioſa, ita idonea ad creandũ in animo generoſi iſtius Principis incredibilem doloris ſenſum, fuerunt. Et certè ex eo tempore cæpit oculum, zelotypia plenum, in actiones Herodis conijcere. Qui Herodes, negari non poteſt, nimius erat quotidie in faciendis iuueni illi Principi (quæ mira pulchritudinis forma dotata erat) delicijs: cæterùm nihil aliud in conuerſatione illa quotidiana notabatur, quàm ſoceri blanditiæ aduerſus nurum: quæ alioquin ob excellentes ſuas virtutes & talenta, quibus erat exornata, digna erat omni amore. Nihilominus Alexander poſt admonitionem ſibi à Pherora factam, omnia in peiorem partem interpretans, mella in venenum vertens, eouſque fluctibus ſuſpicionum ſe tranſuerſum agi ſiuit, vt die quodam ingrediens Patris conclaue, multis cum ſingultibus, & lacrymis inſaniç mixtis, ei declararit, cóceptæ aduerſus eum zelotypiæ ſuſpicionem. Herodes hoc filij congreſſu haud parùm fuit turbatus, & exiſtimans id ſua perſona eſſe indignum, apud filium, falsò ſuſpicantem, multa innocentiæ ſuæ conglobaret argumenta, hoc ſolùm illi dixit

Fili quis iſtoc malum maleſano tuo inſculpſit cerebro? reſpondit filius, id ſe habere non leui famâ, neque incerto quopiam auctore, ſed ab ipſo Pherora, qui id ſibi aſſeuerauit. Eodem momento Pheroras accerſitur ad Regem, quem cùm inſtar famuli alicuius tractaret, toruè ac furioſè intuens ſic eum obiurgauit. Furcifer, quid dixiſti iuueni huic Principi? non tu ei verbum in auriculam poſuiſti, ſed gladium in manus ei contra ſuum Patrem tradidiſti. Iure enim merito non magis vellet ille ſui lecti ferre ſocium, quàm ego mei Regni conſortem. Mortalium ingratiſſime, nonne tibi tuo è corpore cor potius euellere debueras, quàm talem cogitationem contra Fratrẽ tuum admittere? iſtiuſmodi crimina nunquam Domum noſtram intrârunt, neque poſthac intrabunt, niſi tu ea in eam inferas. Faceſſe hinc, nec amplius mihi occurſare auſis. Alijs huiuſmodi criminis reos trado auleorum torturis: ſed tibi (quandoquidem adeo eximie es nequam) tuæ cõſcientiæ decerno lanienam, quoad funeſtiorem aptioremque tortorem non inuenio.

Pheroras, non multùm iſto rumore turbatus, reſpondit, non ſcire ſe aliud, quàm id, quod ſibi Salome (quæ coram præſens aderat) dixiſſet: id enim verè totum ab illa procedebat. At, mulier ſupra quàm efferri poteſt verſuta, eo temporis momento enormiter clamans, vociferans, crineſque è capite ſibi euellens dixit: Ecquis non tangatur commiſeratione, videns me ab omnibus, eò quòd vnica & ſola fratri germano ſim fidelis, talia innocenter pati! Herodes ignorans quid

agerer,

ageret, cogitaretue, alta in corde ſuo trahebat ſuſpiria, Domûs ſuæ ſciſſuras ac rupturas contemplans, nec tamen interim aduertens quòd ipſe peſſimo vitæ exemplo eſſet radix cauſa & origo omnium iſtarum perturbationum. Pheroræ aliud nihil fecit, quàm quòd ad tempus eum à ſe ablegârit. Nam etſi aduerſus eum motus fuerit indignatione, non tamen in ſeriam illam, vehemẽtem ac feralem iram contra illum efferbuit; ſed contra eos tantùm, quos arbitrabatur ſuo ſtatui ruinam moliri. Erat enim Pheroras homo plurimùm deditus libertati, & licentiæ agendi quod luberet; qui, ob friuolos amores, (qui vix hoc nomen merentur) matrimonio ancillam ſuam recuſatis Regis filiæ nuptijs ſibi iunxerat: cuius etiam ſtudia fere omnia in vnam voluptatem velut ad ſcopum collineabant, ſi apud æquum ac prudens tribunal examinare ſero libeat cauſam Pheroræ iniunctamque ab Herode pænam, ſane ratio Herodem defecit: quis enim non videt quod temporis ſucceſſu inde oriri poſſet noua maiorque inter Patrem & filios diffidentia. Nactus hanc occaſionem pernicioſus Antipater (qui adhucpergebat charus eſſe Herodi) pugnam magis furioſam, quàm vnquam ante fuerat, redintegrauit. Dum notata aliqua inter Alexandrum, & tres conclauis Herodis intimos Eunuchos, familiaritate, ſtatim retulit coniurationem Alexandri contra Patrem formatam omnibusque iam membris conſtare, atque in ea tres primarios Eunuchos ipſius habere partem: quin Eunuchi ſtatim vincti ſunt, & ſubiecti torturæ; hi, quorum corpora

dudum nimijs diffluebant delicijs, vt primùm inſuetam tormentorum vim ſenſerunt; dixere, facta infectaque & quicquid tortoribus placere poſſe videretur. At eorum confeſsione accuratè examinata, & ad limam reuocata, deprehenſum eſt, quæ Alexander dixerat, non fuiſſe alia, quàm pura puta iuuenilis alicuius Thraſonis, ſe ipſum iactantis, verba: ſcilicet, Eunuchos iſtos ſtultos eſſe, quòd tanto affectu ferrentur aduerſus vnum ſenem, qui, vt elegans Iuuenis appareret, ſuos crines depingi curaret, faciat ſanè inquiebat, quicquid velit, tamen non efficietur, vt præteriti anni ſibi redeant; neque vt mei, fratriſque Ariſtobuli præterierint: illius Regnum non poſſe eſſe diuturnum: illud porrò, eo ex humanis ſublato, non ſe, aut fratrem poſſe effugere, cùm & iuſtitia, & robur, ſimul & auctoritas pro ſe militent, totque populos, ſi neceſsitas poſtulet, manu promptos, & animo in ſe propenſos habeant, qui ſibi non ſint defuturi. Hæc ſola & his ſimilia ſubiecti torturæ conſtanter fatebantur Eunuchi; in cæteris nutabant nihil autem eorum, quæ Antipater malitioſè retulerat Herodi, dictum eſſe cõſtanter prodere voluerunt: verumtamen etiam tantilla Eunuchorum confeſsio ad turbandum hominem, qui omni ſuſpicione etiam leuiſsima mouebatur, ſatis valuit.

Triſte admodum & cauſas primas ignoranti omni commiſeratione dignum erat ſpectaculum, videre quomodo miſerabilis hæc aula erat diuerſas in partes diſcerpta: in ea ſiquidem non erant niſi calumniæ, niſi accuſationes, niſi diffidentiæ,

niſi

niſi capitales quæſtiones, & torturæ. Omnes in ea habitantes in ſe inuicem intendere cogebãtur, ita vt nullam ſibi certiorem ſupereſſe ſecuritatis viam cernerent, quam Sodalem & ſocium conſiliorum, celeritate præuertere in occidendo. Mille quotidie eæque ſtultæ, ac ſtolidæ criminationes referebantur, nullis prorſus innixæ fundamentis, vnus vel ſummùm duo ex dictis Eunuchis reperti ſunt, qui acerbioribus tormentis excarnificati, vt ſe ab ijs liberarent, dixernut Alexandrum Romæ Patrem ſuum diffamaſſe, quia dixerit magis eum fauere, ac ſtudere Parthis, quàm Romanis. Et cùm ijs augerentur tormenta in fauorem Antipatri, dixerunt quicquid ab eis petebatur: Alexandrum ſcilicet & Ariſtobulum in mortem Herodis procurandam conſpiraſſe veneno, eaque procurata conſtituiſſe Romam è veſtigio proficiſci, ad petendum Regnum, ſed accuſatio nullo argumento ſtabiliri potuit. Nam cum ex ijſdem quæreretur, vbinam eſſet illud venenum, reſpondebant eſſe in Arce Aſcalonitana, ſed qui miſsi fuerant, cum omnia ſcrutati fuiſſent, nihil veneni repererunt. Nihilominus Alexander conijcitur in cuſtodiam, in eaq; detinetur; qui cùm animo eſſet generoſo, & indigniſsimè ferret tot cædes & carnificinas ab Herode Patre ſuo patrari, elata voce ei dixit, Tyrannum ironicè pungens. Quorſum tandem tot carnificinæ & cædes? quis modus? Bene habet quandoquidẽ placet deſipere & decipi materiam ſuppeditabo. En vis ſcire quibuſcum ſocijs conſpirarim? dicam: cum Pherora fratre tuo, cum Salome ſorore tua,

Aula Cyclopis.

cum Ptolomæo, cum Sapritio, & cum tuis Con- liarijs, omnes hos occidas neceſſe eſt, vt ſolus r- gnes.

Liberatur per Archelaum.

Plus quidem dicebat, quàm ei fides haberi po- ſet, ſed tamen ita dicebat, vt nihil minus vero d- cere videretur. Interim aliquot diebus includit- in carcere, vſque ad tempus ſcilicet quo Arch- laus Rex Cappadociæ, de hoc infortunio gene- ſui certior factus, longo itinere venit ad Her- dem. Cauit is perſtudioſè, ne perturbato anim- cauſam tractaret, quippe qui peſſimus ſoleat e- ſe conſiliarius & miniſtros infenſiſsimos nanci- ci. Animi vero perturbati cum alias multas ca- ſas eſſe tum præcipuè credulitatem, & falſa- ſuſpicionem, per quæ capitis diſcrimen inducat- nouerat. & idcirco non eſſe conuenientem m- dum tractandi cum eo homine, qui vel maxim- videri volebat omnes ſuas actiones pondere ſa- ctuarij antequam eas in aſpectum produceret, e- aminaſſe; Ob hæc momenta Cappadox, ſumm- vſus prudentia, velum contraxit, oſtendens ſe a- uerſus eum magna commiſeratione moueri, quò filiorum demeritis, & iuſto minore aduerſus P- trem obſeruantia turbatum illum videre coger- tur. ſe proinde non veniſſe, vt generum ſuum e- cuſet, ſed vt filiam, ſi cui obnoxia delicto depr- hendatur, caſtiget. Herodes audiens eum in m- dum loquentem Regem, tanta perfuſus eſt co- ſolatione, vt ab vtroque oculo vbertim ei profl- xerint lacrymæ. Videns autem Archelaus, quo- rectum perſuadendi Herodi, quod volebat, tra- mitem ingreſſus eſſet, cepit illi paulatim demo-

ſtrar

ſtrare, quòd, rei veritate bene examinata, eius filij eſſent plus æquo ſuperbi ac præſumptuoſi; cæterùm ſibi videri, quod aliqui miniſtrorum eorum facilitate abutantur: & ideo putare ſe omnino è re futurum, ſi cautela aliqua huic malo adhibeatur. Quid multis? tam dextrè & prudenter egit, vt tandem tota calumnia gratis excogitata in fumum euaneſceret. Glaphyra autem Archelai filia Patris ſui cum Herode colloquio ſuperueniens, partim ſua eloquentia, partim lacrymis quicquid voluit, marito obtinuit; itaque ſtatim eductus fuit ex cuſtodia cum inſigni vtriuſque partis lætitia.

Herodes interim vt Cyclops quiſpiam viuebat in ſuo antro, inque continuis tenebris innumerabilium ſuſpicionum & diffidentiæ, ſemper ſæuũ quid verſans; ſemper paratus & expeditus ad intendendas & committendas nouas cædes. Et cùm facilis admodum eſſet ad recipiendas omnis generis non ſolùm ſuſpiciones, ſed etiam earum vmbras; nequiſsimus Antipater non intermittebat copioſam materiam ei ſubminiſtrare, ad eas fouendas & veluti plauſtris ſubuehere, vt ſic fortunæ ſuæ curſum magis promoueret ac incitaret, ac tandem fracta nimia incitatione in caput eius illideretur. Opportune illi impoſtor quidam Græcus venit, is ad Aulam Herodis admiſſu; nomine Eurycles, Principem ſe venditares, plurima offerebat Herodi dona, eius vt amicitiam ſibi conciliaret. Hic cùm infeliciſsimo Herodi irriſiſſet, ab eo in intimorum amicorum admiſſus eſt numerum. Hoſpitabatur autem apud Antipatrum, quem cùm & apud Herodem, & in

Vltimus calumniæ conatus.

negotijs adminiſtrandis primum locum habere animaduerteret, eius gratiam omnibus modis ſibi demereri conabatur. Itaque primum gratiæ inſtrumentum videns ſi familiariter conuerſando cum Alexandro, quicquid is in corde habebat, expiſcaretur. Aſſequebatur autem Græca ſua fide ac lingua multa nihil penſi habens vera ea eſſent an falſa, ſed quantocunque empta, ſine mora ad Herodem, qui iam multùm ei credebat, referebat.

Necdum tres præterierant anni, quando calumnia quicquid veneni ei adhuc reſtabat, eſt eiaculata. Duo milites ex Herodis cuſtodia propter leuem aliquam offenſiunculam erant dimiſsi, qui per imprudentiam recepti in Domo Alexandri, quos videns dictus Alexander præ ſe ferentes ſpeciem egregiorum, & idoneorum virorum ad negotia, quæ ijs committerentur, conficienda, cæpit amare. Hi accuſati quod conſpirarint, apprehenduntur, & continuò torturis ſubijciuntur. Cruciatus erui & vehementia tormentorum inflictus extorſit, vt dicerent ſe ſolicitatos ab Alexandro & Ariſtobulo, ſuſcepiſſe cogitationem de occidendo Herode, dum in venatione feras inſequeretur. Eodem tempore gubernator arcis Alexandrinæ, quæ vna è primis munitionibus Regni habebatur, accuſatus fuit, quod iunioribus his Principibus illam voluerit tradere, quod crimen tamen ille & fortiter, & conſtanter negauit: euiciſſetque forſitan niſi ipſiuſmet filius, qui propter aliquod infortunium offenſus erat Patri, dixiſſet accuſationem eſſe veram, & in eius

rei

rei teſtimonium protuliſſet falſas literas, quæ & dicebantur eſſe Alexandri, & videbantur id ipſum continere, quod accuſatores, eum deferendo, affirmarant. At quanquam hæc adeo vero ſimiliter erant conficta, tamen prudentioribus viſum fuit fabricatas eſſe in officina ſecretarij Diophantis, qui tales merces paſsim venum exponere, & ſupponere credebatur.

Herodes tamen his contentus, nullas alias requirens probationes, curat duos filios ſuos comprehendendi, & eodem momento ſtatuit vita eoſdem multare. quo comperto omnes eos iam non in viuorum ſed mortuorum numero habebant.

Dum hæc aguntur, Melas vnus ex Conſiliariis Regis Cappadociæ, venit in Iudæam, vt in quo totius rei cardo verteretur cognoſceret. Rem is vſque adeò exulceratam, & veneno linguarum maledicentium infectam deprehendit, vt nulla ſanari poſſet medicina. Malus Pater educi curat filium ex carcere, vt coram Mela eum interroget, & accuſationes, reo præſente, audire & inter ſe conferre poſsit. Rogat Alexander (vbi ſui ſint accuſatores. Reſpondetur iam eſſe mortuos. arguit ille, (iniuſtè & contra iuris formam, ijs ereptam vitam, ob falſum teſtimonium vi & acerbitate tormentorum ore extortum, ne, ſi diutius vita ijs eſſet relicta, poſſent eloqui veritatē. Quod autem ſe & fratrem Ariſtobulum attineret, nihil aliud animo ſe deſignaſſe, quam fugere in Cappadociam, indeque Romam proficiſci, vt Patris ſui importuno imperio ſe liberarent. Vbi

Alexander & Ariſtobulus captiuantur.

Herodes audiuit fieri mentionem itineris in Cappadociam ſuſcipiendi, petijt à Mela, vt magis ſpeciatim quæreret ex Glaphyra, an non illa clarius aliquid patefaceret circa hoc animi propoſitum. Ea vocata, continuò adfuit: & cùm maritum ibi vinculis ferreis ligatum conſpexiſſet, ad omnium ſtuporē afflicta, paucula hæc extulit verba: eheu! dilecte mi marite, iſtæne catenæ ſunt Patris tui fauores? eſtne hoc diadema, quod tibi promiſit? His dictis cor illi ita dolore compreſſum fuit, vt cætera, quæ efferre volebat, verba ſuffocarit. Quo facto, copioſæ lacrymæ miſerando Alexandro ſubortæ ſunt. Reliqui autem, qui abſtabant iudicio, adeò hoc pietatis ſpectaculo turbati fuerunt, vt dum ſe inuicem aſpiciunt formulæ iuſtitiæ penitus illis exciderint. Tunc petijt Herodes ab Alexandro, an non eius coniunx eſſet conſcia & particeps illius omnium ſecretorum? reſpondit hic, conſideratis eximijs eius meritis, & ſingulari prudentiâ, nihil vnquā ei celaſſe. Bona Princeps hoc verbo non nihil perculſa fuit; tamen magna cum ſimplicitate dixit, ſe eorum, quæ agebantur, tam eſſe ignaram, atque eſt infans, necdū natus. Cæterùm, paratam ſe mentiri ad vitam marito retinendam; neque vnquam futurum, vt ei contradicat, eſto criminis alicuius ab eo accuſaretur. Alexander tanto amore & pietate ad viuum tactus, dixit: Domina & coniunx chariſsima, nolim te vel in minimo turbari: tu probè noſti me in animo nihil aliud deſignatum aut decretum habuiſſe, quam te in Cappadociam ducere, vt Patris præſentiâ ibi fruerère. Atque tota noſtra

iſthæc

iſthæc eſt tranſgreſsio & reatus.

Sed hoc dictum non ſanauit Herodem: ſed eius auxit ſuſpicionem, qui eam etiam ad Archelaum Regem deflexit, dans ei vitio, quod ſe inſcio, voluiſſet filium à ſe abſtrahere. Interim curat ſuos captiuos, Alexandrum ſcilicet & Ariſtobulum in carcere detineri, dum nouos Legatos mittit Romam, qui & ſe purgent à quibuſdam calumnijs, quæ illi imponebantur; & ab Auguſto ſibi libertatem obtineant iuxta Iuris placita & formulas diſponendi de ſuis filijs; quod illi conceſſum eſt. Hi Iuuenes Principes, cùm Romæ diffamati, & nigro carbone, per nonnullorum prauas relationes, notati eſſent, nemo inuentus eſt, qui eorum cauſam defendendam ſuſciperet. Herodes autem quod tale, quale volebat reſponſum Roma haberet, omnibus inceſsit lætitijs. Et cùm ſemper, vel ſaltem ad ſpeciem, conaretur in cauſis habere iudiciorum formulas, quibus ſuos affectus colore iuſtitiæ obumbraret, Concilium è veſtigiò conuocauit, vt contra ſuos filios proceſſum formaret. Ad hoc vero omnes eos, quos putauit minus affectos erga filios, ſibi autem comprimis beneuolos delegit; alios autem, qui ſibi prudentia & conſtantia poterant obſtaculum ponere, penitus excluſit. Inter excluſos fuit Archelaus Rex Cappadociæ, qui expreſſe nominatus erat à Cæſare ad negotium hoc examinandum & cognoſcendũ. Sed non his contentus Herodes, pluribus fraudibus eſt vſus, dum filios ſuos (prô iniuſtitia) nunquam voluit venire in conſpectum Iudicum, vt audirentur in propria cauſa: ſed ille ſolus, plenus fel-

Proceſſus & mors innocentũm.

fellis & venenis Concilium intrauit. Nunquam viſus fuit tam turbato vultu, atque tunc; adeo vehemens & ſiniſter animi affectus eum omni humanitate exuerat, vt quædam efferret verba, faceretque planè indecora perſonæ, quam gerebat. Eius amici non ſatis eum cognoſcebant; magis enim referebat hominem aliquem ſylueſtrem, quàm Iudææ Regem. Nunc accuſabat, & lamentabatur; nunc hæſitabat, & ſibi ipſi contradicebat; nunc producebat filiorum ſuorum litteras, quæ parum, aut nihil momenti ad cauſam euincendam illi adferebant: tales erant illæ, quæ ſcriptæ erant de profectione in Cappadociam. Et tamen non ſecus, atque ſi magnæ materiam victoriæ teneret, eas & oſtentabat, & clamabat dicens ad ſuos Conſiliarios & Iudices: Domini, quid videtur? quid dicitis? nonnè magna iſta eſt nequitia? ô ſi mortuus fuiſſem antequam cogerer hiſce me rebus intricare! tum quaſi attonito ſimilis ſubticere mox iterum iterumque loqui dicens: ſe rem totam committere Iuſtitiæ; ſe, dominante paſſione, nolle quicquam ſtatuere, ſed mox elata voce clamabat, ſe eos non vocaſſe, vt iudicent, ſed vt eius ſequantur ſententiam, quò poſteritas magis horreat & abominetur parricidium. Sed & citabat improbus librum Deuteronomij, qui permittit, vt pater filios rebelles tradat lapidandos; atque ita pro Rege Scribam atque Doctorem Legis, nec non Theologum agere nihil verebatur. paulo poſt oſtentabat litteras Cæſaris, quas exoſculans longe pluris faciebat, quàm totum Deuteronomium. Atque ita rem per dictas premebat

litte-

litteras, ac ſi iam ipſi Rei ſententia Auguſti condemnati fuiſſent. Vbi ventum eſt ad colligendas ſententias Aſſeſſorum, Saturninus Romanus, vir Conſularis, & magnæ apud omnes auctoritatis, Syriæ circa ea tempora præſes, planiſsimis apertiſsimisque verbis diſſuaſit crudelitatem: dicens inter cætera, quòd eſſet Pater, ac proinde probè ſe ſcire æſtimare quanti id eſſet momenti. Quare ſi filios perimat, dubio procul, futurum, vt aliquando iſtius præcipitationis eum pæniteat, ſed ſine fructu niſi modo futuro tempori conſulat. Illuſtri iſti Viro Saturnino tres erant filij, quos ſecum habebat, per omnia egregij: quippe qui omnes tres iam tum perquam honoratis fungebantur officijs. Hi, vt ſuum erga afflictos Principes teſtarentur affectum, in eorum gratiam egregiè perorarunt, ſed ſine vllo effectu. Poſt hos ſurrexit Volumnius, homo durus & ſeuerus, qui ſentiebat cum illis, qui Herodis cupiditati ſeruiebant: hi omnes vnanimi conſenſu eos mortis eſſe reos iniquiſsimè iudicarunt. Cùm decretum hoc eſſet diuulgatum, ſenex quidam ex Herodis militibus, dictus Tiron, ſtudioſiſsimus horum innocentũm Principum, rectà perrexit ad palatiũ, poſtulans, vt ſoli cum ſolo Rege liceret loqui, quod illi indultum eſt. Hic bonus ſenex; cùm ſolus illius adeſſet, eum monendo vſque eo progreſſus eſt, vt etiam illi exprobraret, quod vix ſibi mente conſtaret, quippe qui legitimos hæredes ſanguinis & regni ſui morti traderet, vt viperam vnam promoueret, à qua aliquando inſigniter eſſe mordendus. Herodes in principio eum

audiebat patienter, ſed cùm, eius judicio, nimis multa illi diceret, interrogauit qui eſſent illi, qui ſuo iudicio ſe opponere auderent? ego, inquit probus ille ſenex, omnium ſum primus; deinde tales & tales Illuſtres perſonæ, quas illi nominabat. Hoc audito Herodes iuſsit eum detineri captiuum; & ne nominati ſibi euadant, cum omni ſtudio cauiſſet, eos omnes deinde morti addixit. Porro filios deduci Sebaſten imperauit, commiſitque crudeliſsimis quibuſq; ſatellitibus, qui eos poſtea in carcere ſtrangularent.

Infelices Principes, qui nihil minus expectabant, quàm talem ſententiam: videntes efferatos carnificum vultus, & horribilem mortis imaginẽ ante oculos obuerſantem, mirum dictu eſt, quanto horrore expalluerint, interrogantes, quos coram præſentes videbant carnifices, quis vos ducit? qui ad eos intrantes, in carceris partem, vt victimas aliquas, eos traxerunt; & deinde diſcoperientes ſuæ crudelitatis inſtrumẽta, ſat ſuperque oſtenderunt, quare venerint; nam nullo dato reſponſo, colla ijs obſtringentes, iniecta ijs funeſta recti, violentiſsimè crudeliſsimeque omni excluſa miſericordia, eos ſtrangularunt.

Afflicta Glaphyra, quæ necdum omnino de liberatione ſui mariti deſperarat, cùm prępararet non ſæui Martis tormenta, ſed pietatis ac miſericordiæ argumenta conquireret, ad flectendum Herodem ad clementiam, mortem Alexandri, & ſimul ſuam viduitatem intellexit: & hoc non ſine grauiſsimo animi deliquio, in quo, inſtar alicuius ſtatuæ, muta diutiſsimè permanſit. Vbi autem

pau-

paululum cœpit recolligere ſpiritus, & ad ſe redire, edens ex alto pectore crebra ſuſpiria, ſic locuta eſt: eheu! non ego putabam futurum, vt Herodes eouſque inhumanitatis & impietatis deueniret: dicite illi licet, dicite ſacrificiũ crudelitatis eius nondum eſſe conſummatum, quam diuina adhuc victimæ pars viua inter viuos agere perſiſtet. Alexãnder, Alexander, ô chare votorum meorum; non rapuit te mors viuis adhuc in corde meo æternumque viues, tuamnè oportuit innocentem vitam tam indigno ſupplicio terminari? vt eum haberes carnificem, quem tibi natura dederat Patrem! Ah, nonne debui vocari? nonne vltima animæ eius excipere ſuſpiria? nonne nouiſsima verba, velut adamante, meo cordi inſculpere? Deinde vertens ſe ad paruulos ſuos filios in eiſque patrem agnoſcens veſte matrem tenentes, & latera eius cingentes, ceu præſidio futuros, ſic eos allocuta eſt: ô miſelli orphani, qualis Pater, eheu! qualis Pater vobis ereptus eſt! maturè ſane ſed nimis diſcitis miſerias, quã vos vitam miſeri ducetis? Miſeranda Heroina diu, noctuque lacrymans, nulla ab vllo mortaliũ admiſſa conſolatione, ſe vltra quàm dici poteſt affligebat, & cùm æquè graue illi eſſe commorari in Aula Iudeæ, atque in antro Leonis, remiſſa fuit ad Patrem in Cappadociam. Herodes duos eius filios, ſub prætextu & colore eos educandi, retinuit; re autem ipſa, vt metu ſe liberaret: timebat enim, ne ſi eos à ſe dimitteret, eorum nomen aliquando exiſteret occaſio alicuius rebellionis.

O di-

O diuina prouidentia, videris mihi (ſit verbo venia) longas moras nectere, antequam vltura tuorum iniurias, in noxia irruas capita. Iuuenes iſti Principes tam bonæ Matris filij, tam bene & liberaliter educati, tam eximijs tum naturæ talentis, tum ſtudijs probæ inſtitutionis exculti & exornati & ſacro ex parte Aſamoneorum ſanguine procreati Regni ſucceſſores legitimè declarati; Principes, quos vniuerſa Iudæa ante quinquennium cum triumpho Româ Hieroſolymam viderat redeuntes, vt aſtra gemina, quæ aureis ſuis radijs totam illuſtrabant Palæſtinam; Principes, qui tot tantòſque triumphos promittebant, & admiranda geſturi credebantur: en in optima ætate, in flore iuuentutis, in ſpe maximarum rerum gerendarum pro DEO, pro Republica; Principes inquam qui tenebant portam templi Honoris, quibus cùm nihil reſtabat, niſi vt illud ingrederentur, propter aliqua verba liberius dicta, indigniſsimè, violentiſsimequè cœtu viuorum tolluntur, vitâ exuuntur, & loco diadematis, Regij capitis ornamenti, ac inſignis, eorum collo reſtis inſeritur, & duobus ſatellitibus ſtrãgulandi committuntur. En egregium Tyrocinium, quod poſuit Herodes tribus annis ante aduentum Saluatoris in mundum, vt eo veniente, ad Dauid patris ſui regnum obtinendum, Tyrannus ſcelerum non eſſet ignarus, fieretque de illo verum vel maxime, quod olim de Sylla dicebatur: futurum fuiſſe, vt ipſam miſericordiam, ſic in terram humano corpore induta deſcendiſſet, occideret; at multò peiora Herodes patrauit: nam

poſt

poſt innumeras aliorum hominum commiſſas cædes, timens ne Regno pelleretur; in quatuordecim millium innoxiorum infantum ſanguine ſuas lauit manus; quin & idem ius in ipſum DEI filium aſſumere attentauit: paulò pòſt hanc lanienam, quod nemo referente ſacrâ ſcripturâ, poteſt ignorare.

Antipater in ſummâ fortunâ rotâ.

Sed inſtat iã tempus videndi & iudicandi mercedem, quam homines peruerſi, & pernicioſarum rerum auctores acceperunt, vt in ijs notemus ductus penicilii diuinæ prouidentiæ, quæ non intermittit ijs (quos reſeruat æternis inferni pœnis) in hoc mundo immittere aliqua animaduerſionũ genera, quæ ſint velut prælůdia & præambula eorum ſuppliciorum, quæ ſine fine in altero ſunt perpeſſuri. Deteſtabilis Antipater, qui fuerat auctor & director machinationum totius nequitiæ, videns ſuis artificijs è medio ſublatos duos Regni hæredes, putabat iam ſe digito cælum tangere, & vnum pedem in throno Regni iam habere, malitiam ac perfidiam, adeo opportunas ad Regnum occupandum miniſtras ſuas mirum in modum fouere pergebat velans ſe continuè larua pietatis, tanquam is, qui ſummam curam & ſolicitudinem gereret de ſtatus & vitæ Paternæ incolumitate, cum interim in alium non collimcaret ſcopum, quàm vt ſummâ rerum ipſe potiretur: timens ne Herodes; qui mutationi ſatis erat obnoxius, ſuam aduerſum ſe mutaret voluntatẽ, quippe qui plures filios regno aptos Herodem, Philippum & Archelaum habere ſciretur, & in hunc finem in dies noua & noua cum ijs, quos ſibi pu-

tabat prodeſſe poſſe, inibat commercia : verum omnes eum, vt efferatam aliquam Tigridem odio proſequebantur, peculiariter autem milites; qui cùm ſcirent eum eſſe auctorem fuſi ſuorum fratrum ſanguinis (qui à tota nobilitate vnicè diligebantur) ne videre quidem eum poterant ſine ſtomacho: præſertim eo tempore quo populus, renouato aduerſus Antipatrum veteri odio, commouebatur, quando incredibili ſuo cum dolore paruulos Alexandri, & Ariſtobuli filios, qui in Herodis aula enutriebantur per plateas duci videbat. Nemo non lacrymante oculo hos orphanos memor eorum Patrum infortunij intuebatur. Vnde perbellè animaduertens dictus ſæpe verſipellis Antipater, ſibi comprimis expedire, vt Hieroſolyma ad tempus ſecederet, tum ad euitandam hominum inuidiam, tum ad cauendum, ne minus cautè agendo cum Patre in aliquod infortunium incideret. Quod autem ad receſſum iſtum faciendum, eum maximè vrgebat, erat timor, ne Pater, qui in huiuſmodi materijs erat non minus verſatus, quàm verſutus, ſuas aduerſus illum etiam machinationes & molimina armaret. At cùm diſſimulandi artem eximiè calleret, diligentiſsimè cauit ne vel verbulo quidem apud eum ſeceſsûs mentionem faceret, multò autem minus ab eo licentiam quòpiam ſecedendi peteret: timens ne ei aliquam ſuſpicionis vmbram ingeneraret; ſed, vt per amicos, quos Romæ ſolitis ſibi artibus comparárat, quaſi totius rei inſcius, tales Patri litteræ ſcriberentur, quales ille volebat: quæ ſcilicet ſignificarent omnino videri neceſſarium,

vt

vt ille Romam mitteretur, ad retexendam telam, quam contra Iudææ ſtatum exorſi fuerant Arabes.

Receptis iſtius argumenti litteris, continuò Herodes filium ſuum Antipatrum regio cum comitatu, cumque eximijs donis, ac in primis cum teſtamento, quo Rex poſt Patris obitum declarabatur, Romam expediuit. En hominem votorum ſuorum & omnium quæ in hoc mundo poterat deſiderare compotem; ſed cum prouidentia diuina nunquam dormiat, vigilet autem ſemper ad bonos & ſimplices corde promouendos, ad malos autem & aſtutos in aſtutia ſua capiendos contigit, vt improbiſsimus mortalium Pheroras, qui, vt vidimus, perſonam ſuam in miſeranda hac tragœdia eximie egerat, ſubitò deſineret viuere, cui, vt creditum eſt, ab Ancilla, quam matrimonio ſibi iunxerat, venenum fuerat propinatum.

Conſpiratio Antipatri detecta.

Herodes rogatus, vt totius rei examinandæ gratia ad defuncti fratris Domum ſe conferret, Ibi cùm eſſet, nihil tale cogitans, didicit quomodo Antipater filius eo tempore, quo eius gratia exciderat defunctus iam Pheroras, ei dederit præparandum venenum ad ſe Regem & Patrem eius intoxicandum quod venenum porrigendum erat eo tempore, quo ipſe Antipater Romæ moraretur: vt eò è medio ſublato, inde ſtatim regio diademate redimitus in Palæſtinã reuerteretur. Teſtimonium de veneno per filium Præfecti Domûs Antipatri dictum eſt. Et certè circumſtantiæ tam firmis & euidentibus conſtabant argumentis, vt de fide nullo penitus modo poſſet dubitari. Rogat

Digitized by Google

Herodes vbinam illud eſſet venenum? reſpondit autem filius Præfecti ! eſſe in manibus derelictæ Pheroræ defuncti viduæ. Illa de hoc interrogata, mox ad altiori loco ſitum conclaue aſcendit, fingens ſe actutum id allaturam : & cùm ad tectum vſque aſcendiſſet, continuò, ex deſperatione ſe deorſum, vt occideret, præcipitem dedit. Verum noluit DEVS hunc caſum illi eſſe mortiferum ac fatalem. Quare ſtatim cùm à circumſtātibus animata & refocillata fuiſſet, ei promiſſa eſt omnis impunitas, ſi liberè & ſincerè veritatem enunciet. Illa fatetur maritum quidem ab Antipatro venenum illud accepiſſe, & ſimul aliquam voluntatem porrigendi habuiſſe; verùm paulò ante mortem malæ iſtius voluntatis valdè eum pœnituiſſe, & proinde facinus hoc ſummè deteſtatū fuiſſe, atque his dictis venenum extraxit. Quod an letale eſſet probatum eſt, continuo reorum, ſeu ad mortem condemnatorum periculo, quibus vt bibendum porrectum eſt, apparuit fuiſſe mortiferum.

Eodem tempore Bathyllus immunitate ab Antipatro donatus, Romà rediens in Iudæam, vt moneret Pheroram, rem vt deſignatam accelleraret, captus eſt. qui & ipſe venenis armatus adueniebat, vt ſi quo caſu prius illud inefficax fuiſſet, illud nouum ſufficeretur. Quid interim Antipater? Mirare tellus: improbus iſte ſcribebat Regi ſe impensè Romæ laborare, vt motas & exortas calumnias eluderet, penituſque reprimeret : bonoque loco negotia (quæ ſperaret optimum exitum habitura) reponeret, ac deinde ſtatim in Iu-
dæam

dæam rediret. Herodes, qui nihil magis in votis habebat quam vt hunc re & nomine Antipatrum manu tenere daretur, vulpina pelle aſſumptâ cum vulpe agere inſtituit, ſcribens ei & ſerio hortans vt omnino reditum maturaret. Literæ autem tales fuerunt.

Fili mi, declinans ad occaſum mea ætas, & debilitas corporis me docent quotidie eſſe mortalem.

Vna res me conſolatur, ſcilicet quòd, cùm te Regni ſucceſſorem elegerim, viſurus ſim meam ſenectutem in tua iuuentute reflorere, & quaſi ipſam mortem in vita ſuffocari: ſiquidem in te, vna mei ipſius parte, quæ mihi chariſsima eſt, ſim victurus.

Vellem iam te adeſſe, non tam quòd fidelia à tua pietate expectem auxilia; quàm quòd timeam, ne longior mora tuæ fortunæ ſit futura detrimēto. Vide proinde, vt bona cum Cæſaris venia, quāprimum te huc ad nos referas. Dilatio enim, & procraſtinatio reditûs, tua etſi mea negotia promouet, tua certe minime. Vale Deſiderium meum.

Eſca iſta magis erat delicata, quàm vt Antipater hamum eâ occultari ſuſpicaretur. Acceptis preinde iſtis à Patre nouis, optabat ſibi Dædali alas vt volatu ſe ſtatim poſſet Hieroſolymis ſiſtere Itaque protinus expedit negotia, & poteſtatem diſcedendi accipit à Cæſare, feſtinans diſcedit, vt Patris adimpleat imperium. Mira res toto itinere, nihil illum intellexiſſe de eo, quod Hieroſolymis tranſactum erat, quod in aliā vix poteſt re-

Digitized by Google

ferri cauſam, quam quòd DEO hominibuſque eſſet perquam exoſus. Tamen cùm eſſet in Cilicia didicit Matrem ſuam non amplius eſſe in gratia apud patrem ſuum Herodem. Quod eum ita terruit, vt cœperit dubitare, an non deberet iter Romam relegere: ſed ex eius Conſiliarijs, vnusquidam, fortè ſubornatus ab Herode ei dixit, quòd ſi nihil contra ipſum agatur, nihil etiam eſſe quod timeat; ſi autem aliqua contra eum calumnia eſſet exorta, eo ipſo eum properare debere, vt in ſuis eam ſuffocet principijs. Nam ſi aliter fecerit, quis dubitat quin in eius abſentia ſuſpicio acceptura ſit incrementa. Credidit huic Conſiliario, & quamuis repugnaret conſcientia, rectà tamen perrexit in Iudæam.

Funeſtus exitus Antipatri.

Cum appulſus eſſet ad portas Sebaſtes, ciuitatis Samariæ, cœpit magis ac magis ſibi imminens infortunium apprehendere. Nam in illa ipſa porta, vbi in ſuo Romam diſceſſu magnis acclamationibus ingens hominum multitudo cum proſecuta fuerat, (non quidem ex amore, quo eum dignũ cenſeret, ſed vt Herodi obtemperaret, qui ſic fieri volebat) aduertit, quòd mutatâ cantilenâ, admodũ frigidè exciperetur. Adde, quòd nonnulli ſe obliquè aſpicientes, neſcio quid intra dentes muſsitabant, quaſi ei malè imprecantes, quòd innocentem fratrum ſuorum ſanguinem, perfidè cum ijs agendo, fudiſſet. quid ageret? Longius iam progreſſus erat, quàm vt retrocedere valeret; Addo, quòd iuſta DEI vindicta iam ei ſuum deſignârat hoſpitium. Quare Sebaſte rectà pergit Hieroſolymam, ac primò ad palatium, pretioſis in-

Digitized by Google

indutus veſtibus, inſignique ſtipatus comitatu. Regis cuſtodiæ eum intromiſerunt, cæteris, ex Regis mandato, eius comitibus excluſis. Obſtupuit ſe, inſtar auiculæ retibus irretitæ, captum eſſe: nihilominus pergit & aulam, in qua Pater eum expectabat comitatus ſolummodò Quintilio Varo Româ recenter miſſo ad Syriam gubernandam, ingreditur. Exhibitâ reuerenter ſalutatione, acceſsit, vt, iuxta morem illius temporis Patrem oſcularetur, ſed eo momento cognouit rugitum Leonis, nam retrahens ſe Herodes, illi dixit: apage, fratricida & parricida, non amplius tibi patet acceſſus ad Patris oſcula. En Quintilius Varus tuus Iudex: cogita, quid cras reſpondeas ad ea crimina, de quibus accuſaris.

Ille ad verbum hoc, tanquam ad fulmen aliquod attonitus, ſe retraxit: ferens fronte pallorem, & mente criminis ſui imaginem. Inde recedens, in proximo conclaui matrem & ſororem inuenit, totas quantas lacrymis perfuſas: quæ multo cum clamore & eiulatu ea præparabant, quibus occiſo parentarent. Ibi eum timor ita occupabat, vt neque linguam mouere ad eas conſolandas, neque lacrymas fundere ad ſuum infortunium deplorandum, poſſet. Maiore quàm dici poteſt, tum inquietudine, tum ſolicitudine noctē illam tranſegit, diſcens proprio experimento facilius eſſe crimen committere, quàm commiſſum excuſare & abolere. Die inſequenti vocatur ad Conſilium, vbi Rex, eius Pater, Quintilius Varus, & magno numero Conſiliarij ſtatûs regij præſentes aderant. Adde, quod eo pene temporis

Digitized by Google

momento matris ad eum conſcriptæ litteræ, erãt interceptæ, quibus ſignificabat omnia eſſe detecta; caueret proinde ne rediret, neque in Patris manus ſe daret; niſi ſubitò velit deuorari ab irato Leone. Atque hoc in ipſo Concilij introitu ei obiectum eſt veluti caput defectionis, quo conſternatus nihil aliud expectabat, quàm vt, reſti collo inſerta, eodem momento ſuffocaretur. Ita eum conſcientia torquebat! Quare ſe in genua proſternens, ſupplex ſit Patri, nè inauditus condemnetur.

Antipater accuſatus coram Patre.

Cui Herodes reſpondens dixit; mortalium ſceleſtiſsime, quid habes? tenè DEVS vltimum meæ ſenectutis reſeruauit flagellum? tu ſcis quomodo ego te, tanquam fœcem aliquam extraxerim, vt te ſupra, & contra omnem ſpem, fratrum tuorum Dominum conſtituerem. Tibi theſauros meos, reditus, auctoritatem, beneuolentiam, ſecreta, quin & cor, & coronam meam in tuas manus dederam, tradideramque in Teſtamento mea manu conſignato; & tu hominum omnium, qui ſunt, fuerunt, & adhuc futuri ſunt, ingratiſsime, non potuiſti expectare quouſque mors naturalis oculos mihi clauderet, ſed, vt ijs ante tempus fruereris, vitam tollere voluiſti Teſtatori, patri, & Regi? Iam ſerò video, quò tua tetenderint cõſilia, & cogitationes, quando callidè iuxta, atque calidè vrgebas mortem tuorum fratrum. In proceſſu contra eos facto, nihil incœpi, nihil egi, nihil ſtatui, niſi ex tua delatione, ſuggeſtione ac ſententia. Scelerate, imo ſcelus ipſum timeo, ne tu me eorum ſanguine commaculaueris, dum tuo

cri-

crimine eorum innocentiam ſero video decla-
rari.

Ad hæc verba, feruentes comprimis Herodes fudit lacrymas; & memoria Mariamnæ, filiorumque infortunatorum eius mentem ſubeunte, ita ei cor motum compreſſumque fuit, vt Nicolaum Damaſcenum, qui illi velut Cancellarius aſsiſtebat, rogare fuerit coactus, vt cætera proſequeretur. At Antipater eum præueniens, quæ ſibi, pro ſua defenſione occurrebant, eo, quo ſequitur, modo edixit, magnam ſcilicet ſibi fieri iniuriam, quòd, magno ſuo damno & incommodo, mancipijs & fœminis fides habeatur; Cæſaris litteris (cui æquè difficulter imponitur, atque ipſi DEO) quas ſecum habebat, ſufficiens ſibi teſtimonium perhiberi, vt ipſe ſe geſſerit, & quàm abundè omnibus Romæ ſatisfecerit; nunquam ſe non debita pietate Patrem coluiſſe, & honore obſeruaſſe; quod ad ambitum regni attinet eum plane ex animi arbitrio de ſe confictum eſſe, cum nemo ſit qui non videat ſummam eſſe ſtultitiam, ſe incerto periculo exponere, ad coronam illam conſequendam, quam iam manibus teneret, abſque vllius periculi metu. Seſe, omiſſo longiore verborum circuitu, paratum promptumque eſſe & vero expetere, vt inſtar vilisſimi cuiuſque mancipij tractetur: imò & torturis ſubijciatur ad probandam ſuam innocentiam. Et hæc dicens ita ſe afflictabat, ita omnem in partem vertebat, torquebatque, cælum terramque ſuæ innocentiæ teſtes inuocans, vt vniuerſum Conſilium iam inciperet ad miſericordiam commouere. At

Nicolaus Damaſcenus lingua promptus, & fortis aduerſarius, occipiens loqui, primò omnium opponens ei validos teſtes, interrogabat, eum premebat, implicabat, inuoluebatque & verò etiam confundebat: deinde multis in eum verbis, & grauibus ſententijs inuectus eſt: quæ ſi cuius ſit integrè cognoſcere, is ea omnia pertexta copioſo dicendi genere inueniet apud Ioſephum, nos ad finem infelicis ſuo conſilio aulæ feſtinamus, pauca tamen iſta ne libenter non abſtinemus.

Nonne iſta eſt (dicebat ille) bruta ſtupiditas, contra Patrem tuum coniurare, dum adhuc fratrum tuorum fuſum ſanguinem ebullire conſpicis, te autem de ſceptro & ſucceſsione certum ac ſecurum? opuſne erat parricidio, vt poſſeſſor efficereris illius Regni, quod tibi tam ſolenniter condito teſtamento partum & ſtabilitum erat? nihilne ampliùs quàm Patris ſanguinem præſtolabare, vt dicto teſtamento ſigillum imprimeres? & quidem eius Patris, cuius vita omnibus bonis tā eſt chara, & ingenium tam indulgens & benignum aduerſus filios, qui etiam vel paululùm tātummodò erga ipſum grati exiſtunt. O ingratitudo ſufficiens ad cælum vniuerſum rubore ſuffundendum, & ad terrarum orbē, quantus is eſt ſub noſtris plantis commouendum! ô ingratitudo digna ad quam puniendam omnia coniurent elementa!

Hic homo continuè in eum ignita vibrans verborum tela, vtens maſculâ prorſus eloquentia, eiaculabatur; at miſerabilis Antipater terram, intentis oculis intuebatur, DEVMQVE vt in ſui gra-

gratiam, ſiquidem hominum malitia opprimeretur, ad ſuam innocentiam declarandam miraculum faceret, ſupplex precabatur.

Mirum eſt, inquit Hiſtoricus, eos, qui vita durante DEVM non habuerunt, velle in morte numen ſibi ſuiſque figmentis aſsiſtere. Vixerat autem Antipater non aliter, atque ſi neque DEVS, vllus eſſet vindex malorum, neque vllæ adminiſtræ eius plagæ eſſent in rerum natura relictæ, at videns ſe in veſtibulo & faucibus mortis conſtitutum. Numen diuinum agnouit, & ſuppliciter inuocabat ſceleſtus eum à quo non erat audiendus, quippe qui ſuæ innocentiæ quæ nulla erat teſtimonium mendax à Deo poſtularet; ſuum vt crimen excuſaret, ſeque culpa eximeret. Sub hæc Varus illi dixit: Amice, ecquid, amabò, vt extraordinaria de cælo in tui gratiam veniant ſigna, præſtolaris? ſi quam alicuius momenti & efficaciæ rationem habes, eam liberè & poſito omni metu, in medium proferto: Rex Pater tuus, nil magis habet in votis, quàm, vt te videat omni culpa & crimine vacare. His auditis Antipater ſtabat attonitus & confuſus, non ſecus atque quiſpiam homo perditus. Varus accipiens venenum paratum, quod in iudicio fuerat repræſentatum, reo cuidam iam ad mortem damnato, epotandum dari curauit; quo epoto in momento in terram corruit mortuus. Et tunc Conſiliarij, & Iudices ſtatim ſurrexerunt, lata & pronunciata, vt creditur, apertè Antipatri condemnationis ſententia. Pater eius habens illum iam pro conuicto, petijt ab eo qui eſſent ſocij criminis? ille ſolummodò

Anti-

Antiphilum, qui venenum attulerat, nominauit: addens hominem illum mortalium omnium nequiſsimum, eſſe cauſam ſui infortunij.

Parum abfuit, quin tunc Herodes mortis ſententiam curarit mandari executioni: verùm iuxta ſuum ſolenne, ſtatuit prius certiorem facere Cæſarem de tranſactione totius rei; & ſimul mittere proceſſum bono ordine digeſtum, vt ipſe Cæſar iuxta ſuum beneplacitum de re tota decerneret. Interim Antipater arctè in exiguo carcere recluſus, quotidie, velut infelix quædam victima, mortis victum præſtolabatur.

Horribilis ſtatus Herodis ſub vitæ finem

Cum hæc agerentur Herodes ætatis ſuæ annos circiter ſeptuaginta numerabat, &, creſcente in dies debilitate naturæ, ſentiebat ad futurum breui vltimæ aduenientis horæ terminum. Eius memoria, ſenſus ſeu præſentia adeo eum perculit vt arbitrer nullum ei in vita condimentum aſperius oblatum fuiſſe: nemo ſiquidem vnquam illo magis amauit vitam præſentem: qui paratus erat alacri animo libere & cum gaudio ſuam, alterius mundi partem cedere, vt hac vita perpetuò frueretur: eſto in eo infelicisſimam duxerit, & tunc etiam duceret, vitam. Qua iam ad occaſum declinante, in habitum, ac mores adeo graues, difficiles & truculentos euaſit, vt eius domeſtici non ſatis ſcirent modum eum accedendi, ſed & morborum alius alio grauior eum premebat, & vltrice manu tentabat. ille vero tractabatur in ſuo palatio velut annoſus quiſpiam Leo, alligatus catenis morbi incurabilis, & qui ſe omnibus exoſum eſſe ſibi perſuadebat. & tamen odium ſui æger-

ægerrime tolerabat: neque certe in hac ſua falle-
batur opinione: odij enim cauſas innumeras dede-
rat & Populus iam præ impatientia iugum pro-
pemodum excutiebat, quod nec ipſum nec im-
perij ipſius modum vltrà tolerare poſſe videre-
tur.

Quamprimum de eius infirmitate diuulgatus
eſt rumor, Iudas & Matthias celeberrimi legis
Iudaicæ Doctores; ſub quorũ ferula erat juuentus
Iudæorum, animoſiſsimis quibuſque eorum &
Zeloſiſsimis ſuæ ſectæ, tale facinus comprimis
audax perſuaſerunt: Herodes, qui templum Hie-
roſolymitanum reædificarat, & varijs ornamen-
tis condecorarat, cùm ſemper fortunæ Cæſaris,
ad res ſui ſtatûs augendas, ſtudioſiſsimum exa-
ctiſsimũque Idololatram ſe demonſtraſſet Aqui-
lam Romanam ex auro puriſsimo, quæ mire ſplẽ-
debat, confici, & confectam, ſuper principem
dicti templi portam, collocari curarat. Hoc mi-
rum in modum perſtringebat & offendebat ocu-
los Iudæorum, qui ferre non poterant, vt, vel ho-
minum, vel animalium effigies, aut figuræ aliæ in
ſuo templo ſtatuerentur, præter eas quas Deus
ipſe per Moyſen ac Salomonem ſtatui iuſsiſſet.
Proinde ſupra dicti Iudas & Matthias, qui erant
facinoris principes & anteſignani, credentes ſibi
fauere morbum Herodis, fortiſsimos quoſque
eorum qui ſuas domos frequentabant, ſeriò hor-
tati ſunt, vt DEI cauſam iuxta ſuorum maiorum
zelum ſuſciperent, & abominationem, quæ ſuper
eorum templum poſita erat, deiicerent; aſſerentes
tunc non poſſe magnum aliquod malum immi-
ne-

nere, cùm Herodi ſua infirmitas ſat negotij faceſceret. Et, eſto, inquiebant, ponenda eſſet vita, certè in tali tamque glorioſo facinore emori, aliud non eſt, quàm ſe morientem in palmis & triũphis nunquam moriturís ſepelire.

Non erat opus acriori ſtimulo animos zelotarum Iuuenum, vt rem gnauiter aggrederentur, incitare; his enim auditis, agmine facto animoſiſſimi audaciſsimique ex ijs, pleno die prodeunt armati ſecuribus & aſcijs, & veluti momento tẽpli faſtigium conſcendunt, Aquilamque in partes confractam, præſentibus Iuda & Matthia, qui ea in pugna tubarum inſtar eos animabant, demoliuntur.

Fama continuò volat ad palatium: ea excitus dux cuſtodiarum Herodis, ſtipatus promptiſſimis fortiſsimiſque militibus accurrit. Timebat is nec parum nec ſine cauſa ne aliquid animo deſignaſſent maius, cuius demolitio & confractio Aquilæ eſſet ſignum & præambulum, videlicet publicam rebellionem hac veluti teſſera & ſacramento inchoandam. Verùm ſtatim primo ſuo aduentu, cùm cœpiſſet facere impreſsionem in auctores illius motûs populus eueſtigiò ad ſua ſe recepit. Quo factum eſt, vt magis animatus cœptum proſequeretur. Vnde lectiſsimos fortiſsimoſque iuuenes quadraginta, qui rem patrarant, ſtatim cepit, & abduxit. Eos Iudas & Matthias comitati ſunt iudicantes indignum recedere, iuſtiſſimum autem eſſe eos comitari ad periculum, quos in periculum induxiſſent. Adducti in Herodis conſpectum, interrogati ſunt, vnde tanta ijs auda-

Digitized by Google

audacia? qui liberè reſponderunt, rem ita accuratè inter ſe fuiſſe conſideratam & tractatam, vt ſi id nondum patratum eſſet egregium factum, animus eſſet vt, contempta morte etiamnum aggrederentur. ſiquidem magis agnoſcerent ſe obligatos eſſe ad parendum legi Moyſis, quàm Herodis errori. Obſtupeſcens Herodes, eorum animi decretum, & timens ne maiores motus orirentur eos in Iericho duci ſecretò curauit: quò & ipſe, poſthabita ratione valetudinis, deferri voluit. Ibi cùm eſſet, eorum primarijs ad ſe euocatis, ex ſua lectica locutus eſt, contexens prolixum catalogũ beneficiorum, quæ toti nationi præſtitiſſet; ac inprimis quòd templum toto orbe viſendum exædificaſſet, illudque non vulgaribus ornamentis locupletarit: addebat deinde ſe intra paucos regni ſui annos, templum extruendo effeciſſe quod Aſmonæi, eorum Reges intra centum & viginti annos efficere nequiuiſſent; in compenſationem autem ſuæ pietatis, pleno die, inſigni audacia ſacrum illud anathêma, quo templum honeſtârat, violari, grauiſsimè expoſtulauit. Et quia aiebat, pluris diuini honoris, quam mea, intereſt, non poſſum, nec verò etiam debeo, illud non iuſtis pœnis vindicare.

Hi, quos conuocarat Herodes, & dicto tenore allocutus fuerat, timentes eum magis irritare, ictum irati Principis à ſe auertentes, in ſuorum ſociorum capita illum direxerunt: dum ſapienti, vt aiebant, eius iudicio & diſcretioni rem totam commiſerunt.

Matthias eodẽ momento Sacerdotio ſpoliatur; & ali-

ſerri cauſam, quam quòd DEO hominibuſque eſſet perquam exoſus. Tamen cùm eſſet in Cilicia didicit Matrem ſuam non amplius eſſe in gratia apud patrem ſuum Herodem. Quod eum ita terruit, vt cœperit dubitare, an non deberet iter Romam relegere: ſed ex eius Conſiliarijs, vnusquidam, fortè ſubornatus ab Herode ei dixit, quòd ſi nihil contra ipſum agatur, nihil etiam eſſe quod timeat; ſi autem aliqua contra eum calumnia eſſet exorta, eo ipſo eum properare debere, vt in ſuis eam ſuffocet principijs. Nam ſi aliter fecerit, quis dubitat quin in eius abſentia ſuſpicio acceptura ſit incrementa. Credidit huic Conſiliario, & quamuis repugnaret conſcientia, rectà tamen perrexit in Iudæam.

Funeſtus exitus Antipatri.

Cum appulſus eſſet ad portas Sebaſtes, ciuitatis Samariæ, cœpit magis ac magis ſibi imminens infortunium apprehendere. Nam in illa ipſa porta, vbi in ſuo Romam diſceſſu magnis acclamationibus ingens hominum multitudo cum proſecuta fuerat, (non quidem ex amore, quo eum dignũ cenſeret, ſed vt Herodi obtemperaret, qui ſic fieri volebat) aduertit, quòd mutatâ cantilenâ, admodũ frigidè exciperetur. Adde, quòd nonnulli ſe obliquè aſpicientes, neſcio quid intra dentes muſsitabant, quaſi ei malè imprecantes, quòd innocentem fratrum ſuorum ſanguinem, perfidè cum ijs agendo, fudiſſet. quid ageret? Longius iam progreſſus erat, quàm vt retrocedere valeret; Addo, quòd iuſta DEI vindicta iam ei ſuum deſignârat hoſpitium. Quare Sebaſte rectà pergit Hieroſolymam, ac primò ad palatium, pretioſis in-

indutus veſtibus, inſignique ſtipatus comitatu. Regis cuſtodiæ eum intromiſerunt, cæteris, ex Regis mandato, eius comitibus excluſis. Obſtupuit ſe, inſtar auiculæ retibus irretitæ, captum eſſe: nihilominus pergit & aulam, in qua Pater eum expectabat comitatus ſolummodò Quintilio Varo Româ recenter miſſo ad Syriam gubernandam, ingreditur. Exhibitâ reuerenter ſalutatione, acceſſit, vt, iuxta morem illius temporis Patrem oſcularetur, ſed eo momento cognouit rugitum Leonis, nam retrahens ſe Herodes, illi dixit: apage, fratricida & parricida, non amplius tibi patet acceſſus ad Patris oſcula. En Quintilius Varus tuus Iudex: cogita, quid cras reſpondeas ad ea crimina, de quibus accuſaris.

Ille ad verbum hoc, tanquam ad fulmen aliquod attonitus, ſe retraxit: ferens fronte pallorem, & mente criminis ſui imaginem. Inde recedens, in proximo conclaui matrem & ſororem inuenit, totas quantas lacrymis perfuſas: quæ multo cum clamore & eiulatu ea præparabant, quibus occiſo parentarent. Ibi eum timor ita occupabat, vt neque linguam mouere ad eas conſolandas, neque lacrymas fundere ad ſuum infortunium deplorandum, poſſet. Maiore quàm dici poteſt, tum inquietudine, tum ſolicitudine noctē illam tranſegit, diſcens proprio experimento facilius eſſe crimen committere, quàm commiſſum excuſare & abolere. Die inſequenti vocatur ad Conſilium, vbi Rex, eius Pater, Quintilius Varus, & magno numero Conſiliarij ſtatûs regij præſentes aderant. Adde, quod eo pene temporis

momento matris ad eum conſcriptæ litteræ, erāt interceptæ, quibus ſignificabat omnia eſſe detecta; caueret proinde ne rediret, neque in Patris manus ſe daret; niſi ſubitò velit deuorari ab irato Leone. Atque hoc in ipſo Concilij introitu ei obiectum eſt veluti caput defectionis, quo conſternatus nihil aliud expectabat, quàm vt, reſti collo inſerta, eodem momento ſuffocaretur. Ita eum conſcientia torquebat! Quare ſe in genua proſternens, ſupplex fit Patri, nè inauditus condemnetur.

Antipater accuſatus coram Patre.

Cui Herodes reſpondens dixit; mortalium ſceleſtiſsime, quid habes? tenè DEVS vltimum meæ ſenectutis reſeruauit flagellum? tu ſcis quomodo ego te, tanquam fœcem aliquam extraxerim, vt te ſupra, & contra omnem ſpem, fratrum tuorum Dominum conſtituerem. Tibi theſauros meos, reditus, auctoritatem, beneuolentiam, ſecreta, quin & cor, & coronam meam in tuas manus dederam, tradideramque in Teſtamento mea manu conſignato; & tu hominum omnium, qui ſunt, fuerunt, & adhuc futuri ſunt, ingratiſsime, non potuiſti expectare quouſque mors naturalis oculos mihi clauderet, ſed, vt ijs ante tempus fruereris, vitam tollere voluiſti Teſtatori, patri, & Regi? Iam ſerò video, quò tua tetenderint cōſilia, & cogitationes, quando callidè iuxta, atque calidè vrgebas mortem tuorum fratrum. In proceſſu contra eos facto, nihil incœpi, nihil egi, nihil ſtatui, niſi ex tua delatione, ſuggeſtione ac ſententia. Scelerate, imo ſcelus ipſum timeo, ne tu me eorum ſanguine commaculaueris, dum tuo cri-

Digitized by Google

crimine eorum innocentiam ſero video decla-rari.

Ad hæc verba, feruentes comprimis Herodes fudit lacrymas; & memoria Mariamnæ, filiorumque infortunatorum eius mentem ſubeunte, ita ei cor motum compreſſumque fuit, vt Nicolaum Damaſcenum, qui illi velut Cancellarius aſsiſtebat, rogare fuerit coactus, vt cætera proſequeretur. At Antipater eum præueniens, quæ ſibi, pro ſua defenſione occurrebant, eo, quo ſequitur, modo edixit, magnam ſcilicet ſibi fieri iniuriam, quòd, magno ſuo damno & incommodo, mancipijs & fœminis fides habeatur; Cæſaris litteris (cui æquè difficulter imponitur, atque ipſi DEO) quas ſecum habebat, ſufficiens ſibi teſtimonium perhiberi, vt ipſe ſe geſſerit, & quàm abundè omnibus Romæ ſatisfecerit; nunquam ſe non debita pietate Patrem coluiſſe, & honore obſeruaſſe; quod ad ambitum regni attinet eum plane ex animi arbitrio de ſe confictum eſſe, cum nemo ſit qui non videat ſummam eſſe ſtultitiam, ſe incerto periculo exponere, ad coronam illam conſequendam, quam iam manibus teneret, abſque vllius periculi metu. Seſe, omiſſo longiore verborum circuitu, paratum promptumque eſſe & vero expetere, vt inſtar viliſsimi cuiuſque mancipij tractetur: imò & torturis ſubijciatur ad probandam ſuam innocentiam. Et hæc dicens ita ſe afflictabat, ita omnem in partem vertebat, torquebatque, cælum terramque ſuæ innocentiæ teſtes inuocans, vt vniuerſum Conſilium iam inciperet ad miſericordiam commouere. At

Nicolaus Damaſcenus lingua promptus, & fortis aduerſarius, occipiens loqui, primò omnium opponens ei validos teſtes, interrogabat, eum premebat, implicabat, inuoluebatque & verò etiam confundebat: deinde multis in eum verbis, & grauibus ſententijs inuectus eſt: quæ ſi cuius ſit integrè cognoſcere, is ea omnia pertexta copioſo dicendi genere inueniet apud Ioſephum, nos ad finem infelicis ſuo conſilio aulæ feſtinamus, pauca tamen iſta ne libenter non abſtinemus.

Nonne iſta eſt (dicebat ille) bruta ſtupiditas, contra Patrem tuum coniurare, dum adhuc fratrum tuorum fuſum ſanguinem ebullire conſpicis, te autem de ſceptro & ſucceſsione certum ac ſecurum? opuſne erat parricidio, vt poſſeſſor efficereris illius Regni, quod tibi tam ſolenniter condito teſtamento partum & ſtabilitum erat? nihilne ampliùs quàm Patris ſanguinem præſtolabare, vt dicto teſtamento ſigillum imprimeres? & quidem eius Patris, cuius vita omnibus bonis tā eſt chara, & ingenium tam indulgens & benignum aduerſus filios, qui etiam vel paululùm tātummodò erga ipſum grati exiſtunt. O ingratitudo ſufficiens ad cælum vniuerſum rubore ſuffundendum, & ad terrarum orbē, quantus is eſt ſub noſtris plantis commouendum! ô ingratitudo digna ad quam puniendam omnia coniurent elementa!

Hic homo continuè in eum ignita vibrans verborum tela, vtens maſculâ prorſus eloquentia, eiaculabatur; at miſerabilis Antipater terram, intentis oculis intuebatur, DEVMQVE vt in ſui

gra-

gratiam, ſiquidem hominum malitia opprimeretur, ad ſuam innocentiam declarandam miraculum faceret, ſupplex precabatur.

Mirum eſt, inquit Hiſtoricus, eos, qui vita durante DEVM non habuerunt, velle in morte numen ſibi ſuiſque figmentis aſsiſtere. Vixerat autem Antipater non aliter, atque ſi neque DEVS, vllus eſſet vindex malorum, neque vllæ adminiſtræ eius plagæ eſſent in rerum natura relictæ, at videns ſe in veſtibulo & faucibus mortis conſtitutum. Numen diuinum agnouit, & ſuppliciter inuocabat ſceleſtus eum à quo non erat audiendus, quippe qui ſuæ innocentiæ quæ nulla erat teſtimonium mendax à Deo poſtularet; ſuum vt crimen excuſaret, ſeque culpa eximeret. Sub hæc Varus illi dixit: Amice, ecquid, amabò, vt extraordinaria de cælo in tui gratiam veniant ſigna, præſtolaris? ſi quam alicuius momenti & efficaciæ rationem habes, eam liberè & poſito omni metu, in medium proferto: Rex Pater tuus, nil magis habet in votis, quàm, vt te videat omni culpa & crimine vacare. His auditis Antipater ſtabat attonitus & confuſus, non ſecus atque quiſpiam homo perditus. Varus accipiens venenum paratum, quod in iudicio fuerat repræſentatum, reo cuidam iam ad mortem damnato, epotandum dari curauit; quo epoto in momento in terram corruit mortuus. Et tunc Conſiliarij, & Iudices ſtatim ſurrexerunt, lata & pronunciata, vt creditur, apertè Antipatri condemnationis ſententia. Pater eius habens illum iam pro conuicto, petijt ab eo qui eſſent ſocij criminis? ille ſolummodò

Anti-

Antiphilum, qui venenum attulerat, nominauit: addens hominem illum mortalium omnium nequiſsimum, eſſe cauſam ſui infortunij.

Parum abfuit, quin tunc Herodes mortis ſententiam curarit mandari executioni: verùm iuxta ſuum ſolenne, ſtatuit prius certiorem facere Cæſarem de tranſactione totius rei; & ſimul mittere proceſſum bono ordine digeſtum, vt ipſe Cæſar iuxta ſuum beneplacitum de re tota decerneret. Interim Antipater arctè in exiguo carcere recluſus, quotidie, velut infelix quædam victima, mortis victum præſtolabatur.

Horribilis ſtatus Herodis ſub vitæ finem

Cum hæc agerentur Herodes ætatis ſuæ annos circiter ſeptuaginta numerabat, &, creſcente in dies debilitate naturæ, ſentiebat ad futurum breui vltimæ aduenientis horæ terminum. Eius memoria, ſenſus ſeu præſentia adeo eum perculit vt arbitrer nullum ei in vita condimentum aſperius oblatum fuiſſe: nemo ſiquidem vnquam illo magis amauit vitam præſentem: qui paratus erat alacri animo libere & cum gaudio ſuam, alterius mundi partem cedere, vt hac vita perpetuò frueretur: eſto in eo infelicißimam duxerit, & tunc etiam duceret, vitam. Qua iam ad occaſum declinante, in habitum, ac mores adeo graues, difficiles & truculentos euaſit, vt eius domeſtici non ſatis ſcirent modum eum accedendi, ſed & morborum alius alio grauior eum premebat, & vltrice manu tentabat. ille vero tractabatur in ſuo palatio velut annoſus quiſpiam Leo, alligatus catenis morbi incurabilis, & qui ſe omnibus exoſum eſſe ſibi perſuadebat. & tamen odium ſui

æger-

ægerrime tolerabat: neque certe in hac ſua falle-
batur opinione: odij enim cauſas innumeras dede-
rat & Populus iam præ impatientia iugum pro-
pemodum excutiebat, quod nec ipſum nec im-
perij ipſius modum vltrà tolerare poſſe videre-
tur.

Quamprimum de eius infirmitate diuulgatus
eſt rumor, Iudas & Matthias celeberrimi legis
Iudaicæ Doctores; ſub quorũ ferula erat juuentus
Iudæorum, animoſiſsimis quibuſque eorum &
Zeloſiſsimis ſuæ ſectæ, tale facinus comprimis
audax perſuaſerunt: Herodes, qui templum Hie-
roſolymitanum reædificarat, & varijs ornamen-
tis condecorarat, cùm ſemper fortunæ Cæſaris,
ad res ſui ſtatûs augendas, ſtudioſiſsimum exa-
ctiſsimũque Idololatram ſe demonſtraſſet Aqui-
lam Romanam ex auro puriſsimo, quæ mire ſplẽ-
debat, confici, & confectam, ſuper principem
dicti templi portam, collocari curarat. Hoc mi-
rum in modum perſtringebat & offendebat ocu-
los Iudæorum, qui ferre non poterant, vt, vel ho-
minum, vel animalium effigies, aut figuræ aliæ in
ſuo templo ſtatuerentur, præter eas quas Deus
ipſe per Moyſen ac Salomonem ſtatui iuſsiſſet.
Proinde ſupra dicti Iudas & Matthias, qui erant
facinoris principes & anteſignani, credentes ſibi
fauere morbum Herodis, fortiſsimos quoſque
eorum qui ſuas domos frequentabant, ſeriò hor-
tati ſunt, vt DEI cauſam iuxta ſuorum maiorum
zelum ſuſciperent, & abominationem, quæ ſuper
eorum templum poſita erat, deiicerent; aſſerentes
tunc non poſſe magnum aliquod malum immi-
ne-

nere, cùm Herodi ſua infirmitas ſat negotij faceſceret. Et, eſto, inquiebant, ponenda eſſet vita, certè in tali tamque glorioſo facinore emori, aliud non eſt, quàm ſe morientem in palmis & triũphis nunquam morituris ſepelire.

Non erat opus acriori ſtimulo animos zelotarum Iuuenum, vt rem gnauiter aggrederentur, incitare; his enim auditis, agmine facto animoſiſſimi audaciſsimique ex ijs, pleno die prodeunt armati ſecuribus & aſcijs, & veluti momento tẽpli faſtigium conſcendunt, Aquilamque in partes confractam, præſentibus Iuda & Matthia, qui ea in pugna tubarum inſtar eos animabant, demoliuntur.

Fama continuò volat ad palatium: ea excitus dux cuſtodiarum Herodis, ſtipatus promptiſſimis fortiſsimiſque militibus accurrit. Timebat is nec parum nec ſine cauſa ne aliquid animo deſignaſſent maius, cuius demolitio & confractio Aquilæ eſſet ſignum & præambulum, videlicet publicam rebellionem hac veluti teſſera & ſacramento inchoandam. Verùm ſtatim primo ſuo aduentu, cùm cœpiſſet facere impreſsionem in auctores illius motûs populus eueſtigiò ad ſua ſe recepit. Quo factum eſt, vt magis animatus cœptum proſequeretur. Vnde lectiſsimos fortiſsimoſque juuenes quadraginta, qui rem patrarant, ſtatim cepit, & abduxit. Eos Iudas & Matthias comitati ſunt iudicantes indignum recedere, iuſtiſſimum autem eſſe eos comitari ad periculum, quos in periculum induxiſſent. Adducti in Herodis conſpectum, interrogati ſunt, vnde tanta ijs auda-

audacia? qui liberè reſponderunt, rem ita accuratè inter ſe fuiſſe conſideratam & tractatam, vt ſi id nondum patratum eſſet egregium factum, animus eſſet vt, contempta morte etiamnum aggrederentur. ſiquidem magis agnoſcerent ſe obligatos eſſe ad parendum legi Moyſis, quàm Herodis errori. Obſtupeſcens Herodes, eorum animi decretum, & timens ne maiores motus orirentur eos in Iericho duci ſecretò curauit: quò & ipſe, poſthabita ratione valetudinis, deferri voluit. Ibi cùm eſſet, eorum primarijs ad ſe euocatis, ex ſua lectica locutus eſt, contexens prolixum catalogũ beneficiorum, quæ toti nationi præſtitiſſet: ac inprimis quòd templum toto orbe viſendum exædificaſſet, illudque non vulgaribus ornamentis locupletarit: addebat deinde ſe intra paucos regni ſui annos, templum extruendo effeciſſe quod Aſmonæi, eorum Reges intra centum & viginti annos efficere nequiuiſſent; in compenſationem autem ſuæ pietatis, pleno die, inſigni audacia ſacrum illud anathêma, quo templum honeſtârat, violari, grauiſsimè expoſtulauit. Et quia aiebat, pluris diuini honoris, quam mea, intereſt, non poſſum, nec verò etiam debeo, illud non iuſtis pœnis vindicare.

Hi, quos conuocarat Herodes, & dicto tenore allocutus fuerat, timentes eum magis irritare, ictum irati Principis à ſe auertentes, in ſuorum ſociorum capita illum direxerunt: dum ſapienti, vt aiebant, eius iudicio & diſcretioni rem totam commiſerunt.

Matthias eodẽ momento Sacerdotio ſpoliatur; & ali-

& alius quidam eiuſdem nominis, qui ſeditionis auctor dicebatur, cùm ſocijs viuus comburitur eadem nocte: in qua viſa eſt Eclipſis Lunæ, quæ ſpectaculum hoc magis terrificum effecit.

Herodes paucis diebus poſtquam omnia humana remedia tentaſſet, in teterrimas morborũ flammas redactus eſt: quæ à Ioſepho & Euſebio Cæſarienſi accuratè deſcribuntur. Voluit Deus, vt prolixiore huius vitæ hauſtu iuſtitiæ ſuæ dimenſum biberet: conſumendo & exagitando infelicis animæ domicilium, diuturnis ac grauibus dolorum tormentis quod tot animas de corpore expulerat. Atque ideò manifeſta de cælo plaga tactus furioſo irremediabilium dolorum agmine arctè circumcingitur. Is itaq; qui in iuuentute & virili ætate nunquam non exarſerat furioſa ambitione, is nunc ignem ſentiebat dirè in ſua inteſtina graſſantem, quique tota ſua vita inſana ac inexplebili adeo fame, ac deſiderio theſauros colligendi laborarat, vt ea ſe fame induci ſiuerit ad aperienda ſepulchra, tùm Dauidis, tum Salomonis, quo reconditos theſauros & ſpolia, ad rẽ ſuam locupletandam, exportaret; morte imminente canina fame ita horribili & pudenda excruciabatur, vt die nocteque clamaret fame ſe enecari: & cùm continuo eſitaret, nunquam tamen ſatietatem aſſequeretur is, qui tot itinera confecerat, qui tot maria terraſq; dimenſus fuerat, vt magnus inter filios hominum euaderet, videbat tunc pedes ſuos turpi phlegmate, alijſque prauis humoribus penè in immenſum intumuiſſe: & qui totius vitæ decurſu tot homines grauiſſimis tor-

torturis excruciarat, furioſos nunc & propè intolerabiles colicos dolores quibus mirum in modum torquebatur, perſentiſcebat: is, qui tot hominibus vitam eripuerat, cruciatibus tunc aſmate ita vexabatur, vt nequiret reſpirare: is, cui prudentia ſæculi & humana politia fuerat neruus ac robur ſui ſtatûs, experiebatur in proprio corpore ſpaſmos & neruorum contractiones, quæ admirandas ſuccuſsiones ei creabant; is, qui probæ Mariamnæ innocentem ſanguinem fuderat, qui & eiuſdē filios, ductus falſis ſuſpicionibus, vt hædos quoſpiam occiderat, quod tamen ſcriptura prohibebat, *ne in lacte matris coquerentur*; qui ſe, velut lutulentus ſus in volutabro, in Sanguine ſcilicet quatuordecim circiter millium innocentûm puerorum volutarat, (volens hoc facto mundi Saluatorem è medio tollere) in ſuo moriebatur ſanguine, afflictus crudeli dyſenteria; eius qui ſuis membris, monſtroſam exercendo luxuriam, abuſus fuerat, morientis (ſit verbo venia) verenda ſcatebant pediculis, alijſq; omnis generis vermiculis cum turpiſsimo Satyriſmo, qui eſt morbus ita ignominioſus, vt ne fas quidem ſit eum nominare.

I nunc Epicure, ito Politice & DEI prouidentiam pernega, nega non animaduertere in homines ſceleratos? Hic homo deſperatus eo loco, quo debuiſſet exiſtens in mortis articulo, adorare Dei iuſtitiam, & oſcula figere virgis, quibus caſtigabatur, excogitabat nouas cædes, & nefanda homicidia. Nam eo ipſo tempore cudit edictum, quo Principes viros ex omnibus Iudææ Prouin-

cijs vocat in Iericho, quò vt dixi ſe deportari curarat: qui vbi tanquã morituro præſto fuerunt, eos omnes circo concluſit, tum ad ſe ſororem ſuã Salomen, & eius maritum Alexam euocat: quos deinde coràm præſentes his verbis alloquitur: non me angit quòd mori debeam, & naturæ debitum perſoluere, quod tot ante me Reges perſoluerunt: angit autem me plurimùm, quòd mea mors, iuxta meum deſiderium (niſi eam in rem incumbentes, me adiuuetis) minimè deplorabitur. Scire igitur vos volo, me ad luctum obtinendum hanc Iudæorum nobilitatem, quam videtis, & in veſtris manibus habetis, non alia cauſa huc conuocâſſe, quam vt primùm mortem obiero, eos omnes quotquot in circo congregatos habetis, capite imminutos, mecũ ad inferos detrudatis: Cauebitis autem diligenter, ne mortem meam prius diuulgetis, quàm eorum vxoribus, parentibus, filijs, conſanguineis, affinibus, cæteriſque amicis innotuerit eos omnes è medio iſſe ſublatos. Hoc enim via ac ratione peridonee iudico vniuerſam Iudæam lacrymis & ſuſpirijs repleri poſſe. Et mihi iuſta perſolui quibus peractis anima mea rerum omnium ſatur hinc diſcedat.

Inſignis crudelitas.

Hæc cum malignisſimæ naturæ homo diceret totus quãtus lachrymis perfuſus, per omne id ꝙ æſtimabat auguſtum & ſacrum in mundo, ita ſororem ſuâ rogabat vrgebatque, ac ſi per hoc crudelitatis ſpectaculum æterna beatitudo ſibi eſſet obtinenda. Vt autem ei, id petenti fieret ſatis, eodem momento oportuit illos id jureiurando ei promittere: quod cogitare horror eſt, nedũ efficere. Et ſane iuriſiurandi ſanctimonia tanta eſſe

non

nō potuit, vt quod eo firmatū videbatur à Salome vel Alexa efficeretur. Certè vel ſolo hoc actu ſatis oſtendit animam lycanthropi; ſitimq; humani ſanguinis ei in naturam vſum & ludum tranſiſſe.

Cùm egregium hoc teſtamentum conderet, ei Roma reddita ſunt litteræ ab Auguſto: quibus eiſignificabat Acmen Nobilem Iudæam, quæ erat in Gynæceo & ſeruitio. Liuiæ, Coniugis Cæſaris, de ſuſpecto veneni commercio cum Antipatro habito, conuictam, ac ideò morte mulctatam; quòd autem ad filium eius attineret, dicebat idem Cæſar, ſe integram de eo diſpoſitionem illi permittere. Itaque in ipſo mortis puncto cōſtitutus vindictam, velut ſaccharum, admiranda cum voluptate & dulcedine lambebat. *Mors Antipatri.*

Ad nuncium optatiſsimum Roma allatum reſumens animum petijt ſibi pomum præberi cum cultro, id etiam ipſemet decorticare aggreſſus eſt. Sed cùm inter hæc, dolores mirum in modum amplificarentur cœpit eum vitæ, quam tantopere adamarat tædere. Sed quidam ex ipſius nepotibus, dictus Achiabus, qui eius lecto aſsiſtebat, aduertens, eum furijs, agitatum rotare ac torquere oculos, ad modum volentis ſe ferro, quod mānu tenebat, occidere: vehementer territus Iuuenis Princeps, eius pro viribus brachia ſtringens, quo minùs hoc nefas patraret interceſsit, ipſius Herodis graui cruciatu, nam furioſi inſtar, vociferatus iuuenis, Ac ſi auus animam corpore eiecisset: tota aula clamore excita eſt, & turbata, ac ſi ſignum ad arma datum fuiſſet. Antipater, qui in ſuo carcere exiſtens tumultum audiebat, credidit Herodem agere animam. Is nondum deſpe-

Digitized by Google

rárat de corona: proinde aureos montes, vt prouerbio dicitur, ſuo cuſtodi pollicebatur, ſi è cuſtodia ſe liberum abire ſineret. Sed, ô Dei iudicia! mirare qui eorum abyſſum ignoras; carceri præpoſitus, neglectis omnibus eius promiſsis, rectà pergit ad eius Patrem, eique refert ordine ſtudium Antipatri, conantis exire è carcere ad Regni poſſeſsionem capeſſendam. Herodes ſibi feriens caput: quomodo? inquit, ille parricida! vultne mihi in meo lecto vitam eripere? adhuc mihi ſatis reſtat de ea, vt ei ſuam eripiam. Deinde erigens ſe ſuper ceruical, cubito innixus, vocat vnum è ſuis ſatellitibus, eique his verbis mandatum dat: perge ex hac ipſa ſtatione, vno ſi potes paſſu ad carcerem, & occide parricidam Antipatrum: deinde, vt ſepeliatur in arce Hyrcani meo nomine iubeto, ſed ne vllus honor, qui adhiberi ſolet hominibus frugi ei exhibeatur, prohibito. Hoc dictum continuò factum eſt. Hic fuit maledicti hominis finis, qui terram & Acheronta mouerat, vt Patris thronum occuparet, iuxta nonnullorum fatidicorum (quos honeſto nomine Mathematicos vocant) prædictionem.

Elapſis quinque diebus ab eius morte, poſtquã Herodes Archilaum filium ſuum Regni ſucceſſorem (contra primam ſuam voluntatem, quâ Antipatrum conſtituerat) declaraſſet; & alijs duobus filijs, iuxta ſuum beneplacitum, partes ſuas aſsignaſſet; necnon Cæſari Auguſto maxima legata feciſſet, in magna inſania ac deſperatione conſtitutus infelicem animam efflauit, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo. Regni autem à Romanis accepti trigeſimo ſeptimo, poſſeſsi trigeſimo quarto.

Finis Politici verè infortunati.

Prin-

Princeps, inquit Ioſephus, qui tota ſua vita voluit eſſe iuris dominus & legum magiſter ; ſuarum autem paſsionum & cupiditatum viliſsimum fuit mancipium. Qui eſto, complures, magnos & felices rerum temporalium habuerit ſucceſſus, omnium tamen mortalium, qui ſunt in terra, & hactenus fuerunt, miſerrimus eſt æſtimandus.

Ecce quomodo loquitur hic Auctor, (qui tamen inter politicos ſui temporis haud fuit poſtremus) vt ſcilicet mundi politicos doceat non eſſe, neque prudentiam, neque ſapientiam, neque conſilium, neque gloriam, neque felicitatem aliquam, vbi ceſſat verus & ex animo præſtitus Deo cultus, quandoquidem is ſolus eſt omnium horũ bonorum cauſa & origo. Iam, vt nihil dicam de æternis futuræ vitæ tormentis, quibus barbarus hic moriens in incredibili appetitu vindictæ, ſe inuoluit & inſolubiliter illigauit, mihi certum eſt, neque ruſticum, neque mercenarium, niſi ſit inſenſatus diem vnum vitæ ſuæ commutaturum cum illis triginta ſeptem annis Regni Herodis: quos in continuis timoribus, ſuſpicionibus, negotijs ſummè ſpinoſis, in itineribus periculoſis, in perpetua diffidentia, in aſsiduo mortis horrore, in crudelitate pluſquam barbarica, & in perennibus remordentis conſcientiæ ſtimulis (qui ſunt velut prodromi quidam infernales) tranſegit: & poſt ſe inſuper reliquit infelicem & infortunatam poſteritatem, ſed eccum, eius effigiem & elogium.

HERODES

Aſcalonita.

HERODES ASCALONITA, VVLTV FERVS, ANIMO BARBARVS, LVTO ET SANGVINE MACERATVS, A QVO NIHIL AD SVMMAM CRVDELITATEM PRÆTER DEICIDIVM ABFVIT, DEICIDIO VOLVNTAS NON DEFVIT.

VVLPINA FRAVDE REGNVM IVDÆÆ INVASIT, ANNO MVNDI M.M.M. DCCCC. LXV. REGNAVIT IRÆ SERVVS, IVRIS DOMINVS FORTVNA FELIX, CYCLOPEA VITA INFELICISSIMVS.

DESIIT CAELESTI PLAGA FERALIS MORBI, ANNO REGNI TRICESIMO SEPTIMO, VITAE FERME SEPTVAGESIMO, CHRISTI OCTAVO.

In Imaginem Herodis.

Moribus, ingenio, vultu, trux, barbarus, aſper,
Cædibus & fœdo concretus ſanguine, bellis

Omnia

Omnia qui miſcens, naturæ fœdera rupit,
Progenies barathri vitiorum immenſa vorago
Exprimet Herodis, cuncta hæc tibi nomina, nomen.

Inſpeximus Aulam Politici Herodis, ſed infelicis. porro ex œconomia huius Aulæ videre poteris, Lector, quò vitium magnas deducat fortunas.

In perſona Ariſtobuli & Hyrcani contemplaberis quemadmodum cancer minus ſit periculoſus corpori, quàm ſit fratrum diſcordia cuicunque ſtatui.

In perſona Senioris Antipatri deprehendas amicum propriorum commodorum: cuius totum ſtudium eſt piſcari in aqua turbida; qui & poſtquam ad ſatietatem piſcatus eſt, piſcando ſubmergitur, vt hinc diſcas I. non eſſe maiorē aſtum & nequitiam, quàm ſe virum bonum fingere, nec tamen eſſe; deinde quòd qua opera alijs ponis pedicas, eadem tibi foueam effodias.

In perſona Pompeij videbis I. arbitrum, qui rem ſuam, ſub colore & prætextu iuſtitiæ, impenſè curat: II. qui & ſuam ambitionem ſuper ruinas Regnorum & ſtatuum alienorum extruit; & tandem terram totius Orbis, quæ non ſufficiebat ſuo Imperio dilatādo, illi defuiſſe pro ſepulchro; & qui viuens non reperiebat Prouincias, quas ſuo dominatui ſubijceret, morientem vix ſex terræ pedes pro tumulo reperiſſe.

In perſona Hyrcani deprehendes nimiam leuitatem in credendo, ſicut & facilitatem ad placendum aliorum genio, nimiam item puſillanimitatē, quæ eum in vitam miſeria morti parem præcipitarunt.

In perſona Antonij cernes Iudicem totum quantũ ſiniſtris affectibus poſſeſſum: qui ſe vertit ad omnem ventum, & à fortiori nullâ habita ratione iuſtitiæ, ſe ſinit transferri.

In perſonis Ioſephi, & Sohemi aduertes, quàm periculoſum ſit multùm agere cum fœminis, eſto abſit omnis ſiniſter animus; ſed & magis adhuc eſſe periculoſum, concreditum tibi ſecretum reuelare. Proinde qui vult illud bene cuſtodire, illi in ſuo corde ſupulchrum extruat, non alieno.

In perſona iunioris Ariſtobuli diſces, quomodo maximæ ſpes in ſuo ortu & flore non rarò tãgantur inimica grandine; diſces item ambulandũ eſſe ſupra mundi proſperitates, non ſecus, atque ſupra glaciem, eaſque non aliter tractandas, atque vitrum fragile ſemper ſcilicet timendo ne vel frangantur, vel ſplendorem deperdant.

In perſona Alexandræ intueberis ambitionem ſine termino, deſideria ſine effectu, deſolationes ſine conſolatione, tormenta ſine patientia, & tãdẽ mortẽ ſine merito: & hoc totũ ex defectu virtutum, quibus eius animã decebat eſſe imbutam.

In perſonis filiorum Mariamnæ cernes innocentiã perſecutionibus & calumnijs maleuolorũ oppreſſam; nec non modicã linguæ vanitatẽ furioſiſsimè caſtigatam, quin & iniqua morte punitam.

In perſona iunioris Antipatri intuebere aſtutiã proprijs laqueis captam, & nubem plenam humanis ſpebus, quę fulmineo ictu diſiecta cum ſono in terras præcipitata diſparet; diſces etiã quomodo pœna & vindicta ſemper reos à tergo ſequantur.

In perſona Herodis cognoſces inſanam ambitio-

tionem, quæ omnibus eius criminibus dabat motum, ſicut & ingenium varium, callidum, vafrum, fraudulentum, politicum, malignum, crudele, barbarum, ferum; & tamen cum omnibus his ſuis fraudibus & aſtutijs, quis dubitet eum dicere hominem percullſum, ſtolidum, & hebetem, qui cogitet ſuum ſtatum exaltare, & fortunam augere, in præiudicium, & ruinam Religionis & conſcientiæ? O egregia fortuna velle ſe ſupra omnes exaltare, & interim in omnium odio, & remorſu conſcientiæ inſtar cuiuſpiam Cyclopis vitam traducere, millies mortem inuocare, nec tamen poſſe mori: & mori tandem in corpore leproſo, fœtido, pediculoſo, & mortem ex Elephãtia, ex putore, & pediculis illi animam euellere, vt ſuis illa viuat tormentis in infernalium flãmarũ æternitate. Hi ne egregij ſunt fructus prudentiæ humanæ, impietatis, & atheiſmi?

In perſona Mariamnæ conſidera animã ſublimem, & exaltatam ſupra altiſsimas veræ Maieſtatis & excellentiæ ſphæras; animam reuera regiam, ſanctam, religioſam, mitem, humanam, miſericordem, prouidam, ſolertem, affabilem, & incomparabili patientiâ dotatam: quæ velut aquila fortibus alis ſubleuata, & incredibili animi vigore prædita ſe attollit ſupra mundi procellas, eiuſque omnes ſuperat tempeſtates & fulmina: quæ cùm in hoc mundo eius conſtantiam exercuerint, & bellis perpetuis reliquas eius virtutes oppugnarint, nunquam autẽ expugnarint, in altero erunt quaſi immortalia gloriæ trophæa. nunquã ex hominũ angelorumque memoria delenda.

Digitized by Google

LIBER QVINTVS.

Pietas Fortunata.

VIdimus & deſcripſimus hactenus Aulã, quæ Polyphemi antro eſt ſimilior, quàm palatio Regio, vt *Magnos qui ſunt in terra* doceremus nullam vecordiam eſſe tam brutam, nullum flagitium tam enorme & efferũ, in quæ DEI ignoratio, & vitium, hominem gratia DEI deſtitutum, & ſuæ libertati derelictum, non præcipitent: nunc videamus, quòd quemadmodum effrenatæ paſsiones & indomitæ cupiditates ex Aula Principum, efficere poſſunt infernum; ita pietas cæteræque virtutes mediocritate aurea temperatæ efficiant Paradiſum. Atque Eccum Aula Theodoſij Iunioris, Principis, qui ad hoc ſolùm natus videtur, vt ſceptrum iungeret virtutibus, & cunctis ob oculos poneret quid poſſit regia celſitudo inſtituta præceptis germanæ pietatis.

Non exiguum eſt miraculum videre Regem Sanctũ adeo vt ſi DEus re ipſa geſtare vellet annulum, vt ei Sacra Scriptura quandoque allegorice attribuit; ſane emblemata gratiſsima quæ in eo exſculpi faceret ne dubites, eſſent nomina proborum Regum, qui ſunt imagines ipſius maxime viuæ: quippe, qui, ad eius imitationem intimo inter ſe nexu iungunt, & quodammodò maritant potentiam & bonitatem: quæ duo in DEO ſunt attributa ab inuicem prorſus inſeparabilia: ve-

verum, inter homines huius corruptiſsimi ſæculi rarò admodum ineunt ſocietatem. Qui autem in mundo viuunt homines eorum, alij à torrente mundi abripiuntur, & eſt debilitatis, alij fugiunt mundum, & fugiendo, ſæpè eum ſecum aſportant, & eſt illuſionis, alij æquè corpore ſe à mundo ſeparant, atque affectu, & eſt prudentiæ. Inueniuntur pauci, qui in dorſo portantes mundum per neceſsitatem eum ſub pedibus ponant, per contemptum eiuſdem mundi vanitatum. Horum poſtremum magnum effecit hunc Principem, cuius Aulam ſuſcepimus deſcribendam. Exiſtens enim in medio populorum, & turbarum mundi, in ſuo corde extruxit deſertum, & inter magni maris negotia, in eo vixit inſtar piſcium, ſeruans ſilentium inter rumores & ſtrepitus fluctuum decumanorum, ſicut & carnem dulcem, inter ſalſas aquas. Non intendo hic Theodoſium Iuniorem in numero fortiſsimorum & ſummorum hominum ſi arma ſpectes, reponere: poſthac enim illo audaciores & bellicoſiores videbimus; ſed ex inſtituto elegi hanc hiſtoriam, per Zonaram, Sozomenum, Raderum & alios nonnullos extractam ex Chronologia Alexandriæ, vt certos quoſdam (qui Gigantum more, ſua abrepti arrogantiâ, neminem æſtimant, præter eos, qui fero, ſeditioſo, & turbulento ſunt ingenio, & notati ſigno impietatis) docerem quantoperè à recto aberrent ſcopo: ſiquidem hic Imperator ſolis armis pietatis

tatis & modeſtiæ inter horribiles tempeſtates, quæ mundum in partes direpturæ videbantur, diutiſsimè, feliciſsimeque regnauit; alij verò Principes turbulenti, qui terras & maria vniuerſa deglutituri credebantur, ſe ipſos in rebus minimis perdiderunt, & velut in vno aquæ cyatho ſubmerſerunt.

Origo Theodoſij Iunioris. Deus fecit, vt ortus & educatio Theodoſij modo prorſus ſingulari eius vitæ ſanctitati ſuffragarentur. Deſcendit ex Traiano Imp. per excellentiam cognominato Optimo: Auus eius paternus fuit Theodoſius Magnus, qui in armis non habuit ſibi priorem, qui eum eo in genere præiret; in pietate autem non meliorem alterum qui hunc noſtrum Theodoſium eius ex filio nepotem ſuperaret: Imperatore Arcadio natus eſt Patre, Principe humaniſsimo & mitiſsimo: in principio quinti ſæculi, anno ſcilicet poſt Chriſti Domini natiuitatem quadringenteſimo primo; vidit is ſibi hunc infantem naſci inſtar pulcherrimi alicuius aſtri; & eo quidem tempore, quo fere iam ipſe Pater vitæ ſtadium decurrerat. *Eius Natiuitas prædicta.* Eius Natiuitas per os Sanctorum fuit prædicta; eius tenerior ætas fuit conſecrata deſtructioni & eliminationi idolorum; Deo eodem tempore illum collocante in numero viuorum, & referente in claſſem protectorum Eccleſiæ, per miraculum comprimis illuſtre: cuius hæc eſt narratio. *Prophetia S. Procopij.* Sanctus Procopius Eremita, magnâ Sanctitate præditus, & ſpiritu prophetiæ illuſtratus, viuebat in inſula Rhodo, die ac nocte ſuſpirans, & ex intimo corde petens à Deo, eius, quæ ſu-

Digitized by Google

ſupererat in Imperio Romano idololatriæ abolitionem, quando bono omine, duo Sancti Prælati, Porphyrius & Iohannes, ille Epiſcopus Gazenſis, hic Cæſarienſis in Palæſtina, nauigantes Conſtantinopolim ad effectum eundem obtinendum, ad huius Sancti viri Eremitorium diuerterunt. Is, cùm honore dignitati eorum debito illos excepiſſet, & iuxta ſuæ cellulæ paupertatem tractâſſet, intelligens eos Conſtantinopolim, ſedem Imperatoris Orientalis tendere, animo obtinendi ab eo edictum & poteſtatem deſtruendi, & penitus exterminandi templa idolorum & refrænandi inſolentiam paganorum, qui tantò magis inualeſcebant, & audaciores fiebant, quantò maiorem impunitatem adminiſtratio rei publicæ, eo tempore languidior promittebat, maiore quam dici poteſt conſolatione repletus eſt: quòd videret tantos viros, tantum, & tam bonum opus præ manibus habere. Nec ſatis, nam DEVS ejus fouens & promouens deſideria, hæc, quæ eis eis diceret illi inſpirauit: bono animo Patres, gloria huius victoriæ pietati veſtræ debetur. Ite liberè, & fidenter Conſtantinopolim, & animi veſtri propoſitum conferte & decernite cum S. Epiſcopo Ioanne Chryſoſtomo, parati interim facere quod è re Chriſtianâ ille iudicârit. Cæterùm ſcitote Imperatricem nono iam menſe eſſe grauidam, & quod plus eſt, vtero geſtare Imperatorem. Ex Matre & filio, qui naſciturus eſt, dependet negotij veſtri expeditio. Hac prædictione multùm exhilarati boni Præſules, accepta licentia ab Eremita Procopio hoſpite ſuo, Conſtantinopolim verſus, quò intra

decem

decem dies appulerunt, iter ſuum continuarunt. Ibi ſtatim S. Ioannem Chryſoſtomum conuenientes, magno honore, gaudio & ſingulari eorum ſatisfactione ab eo excepti ſunt. Vbi negotium fuit explicatum, & in deliberatione poſitum, aduertit continuò Conſtantinopolitanus Epiſcopus præſens negotium poſſe plurimùm per Imperatricem promoueri. DEVS ſiquidem plerumque fœminarum pietate vtitur ad bonum Religionis promouendum. Nihilominus, veritus ne his duobus Prælatis, ſi eos ipſe præſentaret Imperatrici, plus ſua commendatione obeſſet, quàm prodeſſet, abſtinuit. Aliquid enim diffidentiæ ei cum Imperatrice interuenerat. Ea autem erat Eudoxia, fœmina perquàm ingenioſa, & quæ naturali propenſione ferebatur in pietatem, quam annis tenerioribus cum lacte ſuxerat. Sed hæc, quæ plus æquo, animo erat elato, nimiſque facilis ad iram quæque ſi quid maioris momenti ſuſcipiebatur, contra, aut præter eius auctoritatem, egerrimè ferebat. Et cauſa, ob quam S. Chryſoſtomus (cui blandiri, & iſtiuſmodi ſuperfluis, in Aula ſolitis exhiberi, officijs vacare inſuetum erat) diuerſis occaſionibus eam verbis nonnihil aculeatis pungens circa ea, quibuſdam propriam gloriam (cuius illa erat auidiſsima) peti credebat, ad ſummam indignationem ac mentis emotionem prouocabatur.

Eudoxia Mater Theodoſij.

Genius Imperatricis.

Quare, cùm illa adhuc ei iraſceretur, non iudicauit expedire, vt eam accederet: curauit autem illos per Amantium, qui Eudoxiæ erat

Digitized by Google

erat à cubiculis, hominem ſolertem & magnæ æſtimationis apud ſuam Dominam, præſentari. Ea, cùm tempus pariendi vicinum eſſe ſciret, facilè perſonas Religioſas & Eccleſiaſticas admittebat. Quippe, quæ bonum & felicem partum ſperaret, per eorum vota & orationes à DEO ſibi datum iri. Et quia hi duo Epiſcopi peculiari ratione, nomine maximæ ſanctitatis ab Amantio commendabantur, vehementer deſiderauit quàmprimùm eos videre. Et cùm humaniſsimè eos ſalutaſſet, ſe ob inſtantem partum, excuſauit, quòd, iuxtà morem perſonis eiùs meriti, cuius ipſi erant, vſque ad introitum portæ ijs non occurriſſet. Magno ſtatim affectu eos rogauit, vt ad obtinendum ſibi felicem partum, feruenter orarent. Sancti Epiſcopi, vbi ei exoptaſſent partum Saræ, Rebeccæ, & S. Elizabethæ, inceperunt ei declarare cauſam ſui aduentûs, grauiſsimis efficaciſsimiſque verbis exaggerantes indignitatem Idololatriæ, inſolentiam Idololatrarum, irriſionem rerum Sacrarum, oppreſsionem populorum, & malum omnibus lachrymis deplorandum, quòd adhuc vigeret cultus Idolorum; ad quem exterminandum Mundi Saluator tantum ſudârat, tantum plorarat, & tam copioſum ſanguinem fuderat. Nec id Paganos in angulis, ſed palàm, & ferè in oculis Auguſtiſsimi Imperatoris, & Religioſiſsimæ Imperatricis, penes quos eſſet ius & poteſtas eos eliminandi, actitare referebant. Nunc aiebant, ſi vnquam aliàs,

Epiſcopi agunt cum Imperatrice.

eſſe

eſſe tempus, & patere campum longè ampliſsimū, in quo liceat demetere palmas honoris, & gloriæ ſempiternæ; nec poſſe ipſos Auguſtos meliùs ac firmiùs ſedem ſui Imperij ſtabilire, quàm, ſi Diaboli opus deſtruant, trophæa autem Chriſto erigant.

Zelus Eudoxia. Eudoxia decreuit rei ab Epiſcopis propoſitæ ad quam iam ſatis aliunde erat propenſa, fidelem operam impendere: vnde promiſit ſe eam Imperatori feriò commendaturam, vt quod expetebāt, & maturè, & cum magna ſua ſatisfactione conſequerentur. Quo promiſſo audito, læti ab ea receſſerunt Epiſcopi, eius effectum expectantes. Nec defuit illa ſuo promiſſo: eorum ſiquidem ſupplices libellos eo tempore & loco, quæ opportuniſsima iudicauit, exhibuit. Verum Aularum negotia non ſemper pari paſſu incedunt cum deſiderijs eorum, qui rem maximè citò confici diſcupiunt. Deprehendit illa Conſilium admodū frigidum & languidum quod proinde conſilium non iudicauit expedire, vt id eo tempore moueretur: ſed permittendum, vt Idololatria ſeipſam ſepeliat, &, dato ſpatio temporis, funeralia ſibi præparet; modum eam exterminandi & funditùs eradicandi eſſe, vt qui ſuperſunt ex illa ſuperſtitione, ab inuicem diſsipentur, & in diuerſa diſpergantur; ab officijs honoratis, & dignitatibus publicis remoueantur; ijs exercitium diabolicæ ſuæ ſectæ interdicatur, & conuentus, quos faciunt in priuatorum domibus prohibeantur, ipſi Idololatræ argumentis conuincantur, &, vt prouerbio dicitur, lento igne comburantur; verendum

dum inſuper, dicebat idem conſilium, ne demolitio magnorum templorum idolis conſecratorum plus excitet rumoris, quàm pariat vtilitatis; adde, quòd nimia feſtinatio & violentia poſſet turbulentos ex idololatris nonnullos, rebelles ac ſeditioſos in manifeſtam deſperationem adducere. Si res breuiter & candidè dicenda eſt, totum, quod timebatur, ne reditus pecuniarij, qui inferebantur in ærarium Imperatoris, imminuerentur. Permagni autem ex Ciuitate Gazenſi, qua de agebatur, in illud quotannis importabantur.

Rationi equidem & conſiderationi propriorum commodorum (quæ ferè in animis hominum ſemper prædominatur, & primas tenet,) tunc poſthabita eſt auctoritas Imperatricis; quæ nolens tunc pertinaciùs rem vrgere, reuocauit ad ſe Epiſcopos, iiſque ſignificauit, ſe quidem eorum negotium magna fidelitate & diligentiâ tractaſſe, ſed ſe non inueniſſe conſilium ſat diſpoſitum ad dandam talem expeditionem, qualem ipſi requirebant: vnde patientiam habendam, & ſinendum vt fructus, antequàm colligantur, matureſcant.

Ex his Porphyrius, Gazenſis Epiſcopus & Princeps legationis, vt is, cuius maximè intererat, facile aduertens Imperatricem non omnes potentiæ ſuæ & auctoritatis vires hoc in negotio exeruiſſe, ei non minus neruosè, quàm ingenioſè dixit: Domina Clementiſsima, & Imperatrix ſemper Auguſta, ne detrectes, obſecro, ſerium adhibere ſtudium rei, de qua nunc eſt quæſtio: ex hoc enim

Porphyrius mouet Prophetiâ.

enim, pro mercede, quod certò certiùs tibi affirmo, & futurum liberè pronuncio, dabit tibi DEVS filium quem nunc vtero geris, quem breui Auguſtum, & Regni ſocium magna tua voluptate es viſura. Fœminæ deſiderant plus facere, quàm ipſæ ſint, concipere ſcilicet & parere infantes maſculos; & hoc præſertim, quando magni intereſt familiæ, ardentiſsimè exoptant. Eudoxia, quæ, eſto vehementiſsimè rogata fuiſſet à Porphyrio, non niſi leui brachio rem antea attigerat, audita nunc promiſsione de infante maſculo pariendo, qui & Imperator eſſet futurus, taliter operam ſuam pollicetur, vt non ſolùm effecturam ſe dicat, vt idola Gazæ in nihilum redigantur, templumque penitus ſolo adæquetur; verùm etiã (quod ab eius zelo tunc non expectabatur) ſe loco deſtructi templi magnificentiſsimam Chriſtianis Eccleſiam à fundamentis extructuram. Actis Porphyrius gratijs pro tam bona voluntate, acceptaque ab ea ad hoſpitium ſe recipiendi licentia, ibi effectum prophetiæ S. Eremitæ in ſilentio præſtolatus eſt.

Natiuitas Theodoſij.

Non fuit is falſus vates, Eudoxia ſiquidem intra paucos dies filium perelegantẽ enixa eſt: qui eſt noſter Theodoſius Iunior. Hic ſimulatq; incæpit intueri & ſalutare diem, regali purpura coopertus eſt, ſimulq; Auguſtus declaratus, ea intẽtione, vt anno inſequenti Imperij ſocius Patri adiungeretur. In natiuitate huius infantis omnia lætantur, omnia rident, omnia gaudio exiliunt: nihil aliud eſt intueri, quàm luſûs, quàm comœdias, quàm ignes feſtiuos, quàm largitiones, quàm

tripu-

Digitized by Google

tripudia, quàm deniq; publicā & vniuerſalem lætitiam. Tanta omnes de iſto paruo Theodoſio ſibi promittebant, in cuius infantia ſpes publicæ iam germinare videbantur!

Imperatrix, elapſis ſeptem diebus à felice ſuo partu, volens ſe gratam aduerſus DEVM oſtendere, curauit ad ſe Epiſcopos euocari, eoſq; aduenientes, quod prius nō fecerat, ad portā ſui conclauis recepit: deinde ſuum paruulum Theodoſium Imperiali purpurâ circumdatum, tenens intra manus: en Reuerendi Patres, inquit illa, fructus veſtrarum orationum, benedicite, amabo, tum matrem, tum filium. Deinde inclinans caput regium ſub manibus & benedictionibus Epiſcoporum, ijs exhibuit fructum ſui coniugij, rogans, vt eum ſigno noſtræ redemptionis notarent: quod extemplò præſtiterunt.

Cum bona Princeps eos ſedere iuſsiſſet, agite, dicite, inquit illa, quid faciendum, vt promiſſum meum adimpleam? Porphyrius aſſumens verbum, ſomnium, quod noctu eà de re habuerat, ei ordine retulit. Erat autem quòd ſibi viſus eſſet eſſe Gazæ, ſede ſui Epiſcopatûs, in Idolorum templo, Marna dicto; & quòd ſibi appropinquans Imperatrix, librum Euangelij præſentaret, petens ab eo, vt illum aperiret, & quòd primò occurreret, legeret; quòdque eo aperto in hæc verba, quæ ſcripta ſunt in Euangelio Matthæi, incidiſſet: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam*; & quòd hoc textu audito, Imperatrix ſibi dixiſſet, *Somnium Porphyrij.*

bono animo, DEVS bene fortunet. Somnio hoc percepto, Imperatrix hæc intulit: hoc, inquit illa, bene quadrat cum eo, quod in animo meo circa expeditionem præſentis noſtri negotij diu multumq; agitaui. Intra paucos dies, vti ſpero, filius, quo DEVS me beauit, ad ſacros baptiſmatis fontes deferetur. Conficite interea temporis ſupplicem libellum, fuſum, clarum, & amplum, qualem vos deſideratis, & dùm redibitur à baptiſmo, in egreſſu Eccleſiæ, eum fidenter, nihil formidantes, filio huic meo porrigite: inſtruam ego eum, qui inter brachia illum recipiat, eaque faciat, quæ ei præſcribam, & ad præſentem effectum conſequendum opus erunt. Vbi domum relatus fuerit infans, quod deerit, perficiam: & ſpero, per DEI miſericordiam, nos ea omnia obtenturos, quæ deſideramus. Epiſcopi ab ea dimiſsi, non intermiſerunt accuratè, diligenter, ac circumſpectè ſupplicationem conſcribere: cui non ſolùm demolitionem templi, ſed etiam complura preuilegia & immunitates, in fauorem ſuarum Eccleſiarum, inſeruerunt.

Primo ſtratagema fœminà.

Die baptiſmo deſignato vniuerſa Ciuitas pulcherrimis peripetaſmatis, alijſque omnis generis aulæis ita exornata eſt, vt paruum cælum videretur. Infans ſolenni pompa deportatur ad baptiſterium, baptizatur & regeneratur ſalutaribus vndis baptiſmi, idque manibus S. Ioannis Chryſoſtomi, qui ei nomen Theodoſij eius Aui indidit: & exinde eum in filium ſpiritualem adoptauit. Collato baptiſmo, & cæremonijs abſolu-

Baptiſmus Theodoſij.

ſolutis, optimo pulcherrimoque ordine exitur è templo: Principes & Domini Aulici ſplendebant in veſtibus aureis, velut quædam aſtra; Satellites & ſtipatores Imperatoris egregiè admodum erant veſtiti, & præclaris armis inſtructi; numerus eorum, qui induti albo habitu faces incenſas ferebant manibus, tã erat magnus vt tum illi, tum cerei ſtellas cæli æquare viderentur. Ipſemet Arcadius Imperator aderat in propria perſona: qui die illo comparebat in maieſtate prorsùs ſingulari, vt is nimirum, qui mundo dederat nouum Imperatorē. Penes poſt Patrem portabatur paruulus Theodoſius, qui vniuerſum populũ ſuo aſpectu in lætitiæ lacrymas prouocabat. Epiſcopi, Porphyrius & Ioannes intuentes longam hanc proceſsionem, quærebant diligentiſsimè occaſionē ſuum ſupplicem libellum, eo modo exhibendi, quo erant inſtructi. Quare iuxta datum ſibi ab Imperatrice documentum, poſt præſtitam infanti profundam corporis & animi reuerentiã, acceſſerunt, & libellum ei porrexerunt. Nobilis, qui intra ſua brachia infantem geſtabat, eã accepit, & aperuit, quaſi volens efficere, vt paruulus Theodoſius eã legeret: pòſt, eum manu mouens ac dirigẽs, fecit vt videretur ſponte ſua caput inclinare. Quo facto, exclamauit, loquens Imperatori, qui proximus aderat: (Sacratiſsima Maieſtas, noſter paruulus Dominus concedit omnia, quæ boni iſti Prælati petunt.) Et hoc dicens ei tenebat ſupplicem libellum ſupra pectus; populus credulus, & cupiens placere Imperatori, exiſtimans infantē hanc inclinationē ex ſe feciſſe, ſta-

tim cœpit magna voce , ingenti lætitiæ coniuncta clamare, & applaudere Imperatori, quòd filium haberet, qui per anticipationem intellectûs & iudicij, libellos ſupplices approbaret.

Quamprimum redeundo ventum eſt ad palatium, mater, quæ totam hiſtoriam texuerat, nō ſemel, ſed ſæpiùs eā ſibi referri iuſsit, tanquā rem, de qua nunquam cogitâſſet : vnde mandauit vt ſubitò, præſente Imperatore, codex ab Epiſcopis oblatus infanti, iterum aperiretur. Quo aperto, ſtatim ſe legendam exhibuit deſtructio templi Marnæ, & multæ priuilegia ac immunitates quas Epiſcopi inſtanter petebant.

Forte Argumentū. Imperator quò ſe verteret, ignorabat, ſciebat enim ſe in ſuo conſilio expreſsè hanc petitionem reieciſſe : quare & ſecundò eam reijcere meditabatur. Sed argumenta, quæ in contrarium adferebantur, nimis erant vrgentia. Eudoxia enim oſtendebat malum eſſe auguriū , ſi prima gratia quam filius ſuus, nō ſine alicuius miraculi ſpecie, tali in ætate, tali in habitu, tali die, & per tales populi acclamationes fecerat, irritetur. Quomodo aliquis potuerit tā ſuaui violentiæ reſiſtere, non ſatis video. Ideoq; Arcadius volens , nolens, coactus fuit ſuppl ici libello ſubſcribere; abſque vlla reſtrictione & moderatione: &, quod magis mirêre, mittere delegatos, & conſtituere cōmiſſarios peculiares, qui non ſolùm ſe Gazam conferant, ad templum Marnæ funditus euertendum; ſed etiam (ſic volente, ſic mandāte, ac ſumptus neceſſarios ſuppeditante Imperatrice) ad Eccleſiā, loco illius magnificentiſsimè exædificandam.

Marna per infantem Theodoſiū penitus deſtruitur.

En

Digitized by Google

En quàm fœminæ ſint potentes & ſanctè artificioſæ, quando bonum intendunt! verum DEVS erat, qui ad gloriam ſui amantiſsimi ſeruuli Theodoſij, omnia iſta dirigebat & faciebat, volens iam tunc vt infernus contremiſceret & vlularet ſub pedibus vnius infantis, qui vix intuitus erat auras mortales; quò eum olim omnibus potentijs impietatis efficeret ſummè formidoloſum. *Mulieres potentes ad bonum.*

Lætitia hæc, quam parentes conceperant in ortu filij, minimè fuit diuturna: neſcio enim quo malo genio inſtigante, Eudoxia iterum cœpit hoſtili impetu, & pertinacia in S. Chryſoſtomum ferri: quæ pertinacia, vt fuit fortis in ſuo progreſſu, ita in ſuo exitu infortunata. Nam ea fuit cauſa, vt & bona hac Princeps reliquos vitæ ſuæ dies in magna, animi ægritudine amaritudineq; tranſegerit; & tandem vitā ipſam minore cum æſtimatione finierit, quàm optandum fuiſſet. Quod Magnatibus, & maximè Principibus fœminis, debet eſſe documēto, ne indomitis ſuis affectibus frenū laxent; neue vnquam vllo pacto præſumant auctoritatē Eccleſiaſticam lædere. Tiaræ ac mitræ Præſulū ſimiles ſunt coronis & diadematibus Regū Ægypti: ea, geſtant aſpides, quæ quaſi inſenſibiliter pungunt eos, qui nimis accedunt propè, cum intentione eas offendi, dum pro ijs ſtat iuſtitia. Fuit ſpectaculum quod erubeſcere fecit totam Chriſtianitatem, videre Conſtantinopoli (quæ tunc erat lux & theatrum totius orbis terrarum) fœminam cum Epiſcopo eouſque in contentionem & iurgiū deue- *Congreſſio hoſtilis Imperatricis cū S. Chryſoſtomo.* *Documentū pro Magnatibus.*

deuenire, vt non ratione vinceret, ſed auctoritate opprimeret Antiſtitem eloquentiſsimum mortalium totius vniuerſi: Princeps hæc, omnia quæ aggrediebatur, quaſi ſolo & vnico ignis elemento conſtaret, incendebat, & vt omnia, dum illa ſe mouebat, mouerentur, efficiebat. Ita videmus eam potenter amouere Epiſcopos, quos vult, vt non magno negotio alios priuatis, ſiniſtriſque affectibus poſſeſſos, conuocet, & ex ijs, tanquam mancipijs ſuæ voluntatis paruum quoddam conciliabulum coadûnet: qui contra Diu. Ioannem Chryſoſtomum, Prælatum maiorem, & ſanctiorem, omni exceptione ſub prætextu cuiuſdam codicis, pleni calumnijs, malitia aliquorum aduerſus eum excogitatis & cõſcriptis, damnationis ſententiam ferant. Eudoxia eum abactum, & in exilium eiectum volebat: vt autem populo, ob id cõmoto, ſatisfaceret, adhibuit prædictum colorẽ & prætextũ iuſtitiæ. Nec mora, ſtatim ablegatur in Bithyniam. Audax fuit facinus è throno Ciuitatis totius oriẽtis Metropolitanæ auellere hominem, qui inflans vela eloquentiæ, populũ quò volebat, tã facilè mouere poterat, atq; venti arenulas iacentes in lybiæ littoribus ſuo flatu, quò lubet, impellunt. Eo è ciuitate eiecto, Conſtantinopolitani inſtar fluctuum commoti maris cœperunt murmurare: & certè eorum murmur exauditum & approbatum fuiſſe, argumento eſt ingens terræ motus, qui velut defenſor Ioannis innocentiæ, & vltor iniuriæ, eodem tempore contigit. Omnia tendebant ad proximam rebellionẽ, niſi ab Exilio auctori-

Sãcti Chryſoſtomi exilium.

Digitized by Google

auctoritate Imperatoris Chryſoſtomus fuiſſet reuocatus.

Vbi ad ſuam ſedem redijt, nehilum qnide remiſit de ſolito ſuo agendi & concionandi modo ac feruore, ſed, vt ante, vitia & corruptiones illius ſæculi ex cathedris & exedris, declamando, tonando, fulgurando, omneſque conatus adhibēdo, quibus mala, ex parte ſaltem aliqua, exterminatū iri credebat inſectari perrexit. Et cùm forte fortuna tunc Eudoxia in foro publico ſtatuam argenteam ſibi dedicari curaret: & ad eius conſecrationem, multi ludi, tripudia, aliæque omnis generis leuitates & diſſolutiones animorum corporumque fierent, hoc nouum ei ſuppeditauit argumentum dicendi libere, quæ eo tempore & loco dicenda iudicauit. Quod ita Imperatricem offendit, pupugitque, vt ſtatuerit quibuſcunque tandem modis, & medijs, ſiue licitis, ſiue illicitis perdere Epiſcopum. Quare cum Arcadius molliorem & indulgentiorem ſe erga eam exhiberet, quàm maritum & Imperatorem deceret, ea nullam artem non adinuenit, nullum non ſtratagema excogitauit, nullam non machinam adhibuit, nullam denique non violentiam exercuit, vt quod animo deſignârat, ſiue auctoritate, ſiue vi fulta, nixa, inſtructa ad finem perduceret; quod & perduxit, hoc ipſo infelicior, quò felicior in negotio flagitioſo perficiendo fuit. Paucis, eò rē deduxit, vt S. Ioannes Chryſoſtomus relegaretur Cucuſum, ciuitatem Armeniæ: quæ nihil habet celebrius, quàm quòd honeſtata fuerit exilio tam eximij viri, & tam zeloſi Præſulis. Tot is in hoc

Digitized by Google

exilio defatigationes ſubijt, totq; incommodis affectus eſt, vt in eo vitam (quò eius mortis gloria illuſtrior redderetur) reliquerit. Conſtãtinopoli tunc diuerſa euenerunt prodigia, tanquam prænuncij & prodromi quidam cæleſtis indignationis, armatæ & expeditæ ad ſumendam vindictam de illata tanto DEI amico iniuria. Inter alia fuit furioſa quædam grando, quæ tanquam ab irato cælo decidens, mirum in modum ciuitatem illam exterruit & afflixit. Sed & quarto poſt illam die Eudoxia in doloribus partûs, poſt grauiſſima tormenta tolerata, è vita migrauit.

Mors Imperatricis.

Creditur eius ſepulchrum continuè tremuiſſe vſque dum corpus S. Ioannis Conſtantinopolim, cum triumpho relatum, eſt viſum illius tumbam firmâſſe, quæ ei in vita tot inquietudinuum cauſa fuerat.

Imperator Arcadius poſt mortem Imperatricis coniugis, & S. Ioannis Chryſoſtomi non diu in hoc mundo fuit ſuperſtes: correptus enim ſtatim fuit infirmitate, quam cum mortis prænunciam cõtinuò agnouiſſet, tria præſtitit: I° conſcientiæ ſuæ prouidit. II° res & negotia Imperij in optimo, quo potuit ſtatu poſt ſe reliquit; III° & vltimò, fratre Honorio, Imperatori Occidentis præterito (ita Magni communiter agũtur zelotypiâ, & parùm fidũt ſuo ſanguini!) pro tutore filio Theodoſio, tunc agẽti ſolummodò annum octauũ, dedit Iſdegerdem Regẽ Perſarum: amicum ſuum. Hic Rex Arcadij, poſt mortẽ Patris ad filium Theodoſiũ miſit legatum, virũ è primis Principibus ſui Regni, nomine Antiochum, ad plenam pacẽ cũ eo,

iam

iam Imperatore conſtituendam ac firmandam, per quem & parata ſua arma ei obtulit contra quoſcunque motûs, & prætenſiones quæ motueri potuiſſent contra eius ſtatum. Antemius autem cóſularis, vir ſapientiſsimus & fideliſsimus gubernacula & adminiſtrationem negotiorum Imperij ſuſcepit: quod munus in magnis Imperij Occidentalis confuſionibus & turbationibus perquam feliciter adminiſtrauit.

Theodoſius relictus fuit orphanus cum quatuor ſororibus, Flaccilla, Pulcheria, Arcadia, & Marina: ſed Pulcheria longè ſuper alias, adhuc ſtatim in tenerioribus annis Imperatoris cor poſſedit. Erat illa & fæminarum Principum margarita, & omnium ſui ſexûs, quæ vnquam Regni alicuius negotia tractâſſent, ſolertiſſima & ſapientiſsima princeps ea erat insuper animo forti & ſimul ſuaui, pietate ſolida, prudétiâ ſolerti & excitata gratiâ autẽ ad animos ſibi conciliandos incomparabili prædita. Eius frater Theodoſius tãti fecit eius virtutes, vt illam Imperij ſociam aſſumpſerit, & non aliter, atque Reginã habuerit. Fratrem ſpatio duorum annorum ætatis anteibat: ille decimum tertium; hæc decimum quintum agebat, quando non ſolùm capax & idonea ad gubernandum cenſebatur, ſed & re ipſa Imperium ita prudenter gubernabat, vt non ſororem ſed matrem ſui fratris diceres, Antimius, qui eã circa Imperij negotia inſtruxerat, non poterat ſatis mirari eius ingenij viuacitatem iudicij ſoliditatem, conſiliorum æquitatem &, felicitaté, quæ vt plurimũ comitabatur ſtatuta Imperialia eius cõſilijs

Dotes Pulcheriæ ſororis Theodoſij.

lijs decreta. Illa ex eo tempore ſtatuit viuere in perpetua virginitate: ſed non eo argumento ad id inducta, quo nonnulli putauerunt, vt fratri ſcilicet eriperet omnem ſuſpicionem & zelotypiam mariti; & vt ipſa, quod illi iuxta votum ſuccedebat, ſemper gubernaret; ſed purâ, putâ inclinatione & propenſione, quâ in amorem Caſtitatis ferebatur. Facilè id ipſum, illa perſuaſit ſuis ſororibus, quæ volatum ſuum ad alta & ardua virtutum Chriſtianarum domicilia, ſubleuatæ alis huius Aquilæ, dirigebant.

Altare aureum.

Bonæ iſtæ ac ſanctæ puellæ, vt Sacrificium ſuæ virginitatis ſolennius ac gratius DEO hominibuſque redderent, altare aureum pretioſis margaritis paſsim conſeminatum in templo S. Sophiæ obtulerunt, quaſi præſentantes ſuper hoc monumentum, incomparabilem ſuæ virginitatis theſaurum; & fundentes pias ac humiles preces pro fraterni Imperij proſperitate. Et hoc poſtremum adhuc magis, quàm prius, placuit Theodoſio: ſed ſoror Pulcheria, quæ iſtorum heroicorum actuum erat auctor, tantò plus fidei, gratiæ, & auctoritatis ſibi apud fratrem iuuenem Imperatorem comparabat, quantò magis in dies ſe dabat virtutibus. Incœpit illa ex eo tempore ſeriò inuigilare, vt Religio, Iuſtitia, & pax in toto Imperio floreret quam maximè. Animaduertens autem fratris ſui partium eſſe exemplo toti mundo prælucere, & loqui, eius educationem complexa eſt, vt præcipuam ſuæ gubernationis partem. Vnde omnium I. admirandâ prudentia eos omnes, qui animam huius juuenis

Educatio Theodoſij.

Prin-

Principis aliquo vitio poterant inquinare, procul ab eo remouit: non ignorans quòd in Aulis Magnatum nulla magis ſit timenda peſtis, quàm ſi ſinatur; vt in aurem infantis ſerpentes ſuos ſibilos & venenum inſufflent: Ii enim ſæpe peccatum in animam citius inijciunt, quàm ad illud intuendum oculi aperiantur. Non aliter, atque vmbras infernales eos omnes deteſtabatur, qui dum vel ad fortunam aliquam ſibi viã ſternere, aut, ſi quam habent, eam augere ſtudent, ſtabibiliendo ſe in auctoritate Principum, non rarò eos in vitia inducunt, blandiſque voluptatibus ita irretiunt, vt & ſimul ſordibus eos conſpurcent, & velut mancipia, captiuos teneant, II. ad aulam junioris Imperatoris magnos, & probatos viros aduocabat, qui more regio, & liberali eum educare & inſtruere poterant in exercitio pietatis, ſapientiæ, armorum, & litterarum, quantùm eæ Regi erant neceſſariæ. Sed & illa ipſa Pulcheria, quæ linguam Græcam & Latinam, ſicut & ſapientiæ præcepta, apprimè callebat, ſæpe fratrem inſtruebat & docebat.

I. Deum Reges inſtituere & ponere, & quidẽ ei ſingulariter contuliſſe diadema, quo eum prouocaret ad exactiorem & altiorem perfectionẽ acquirendam, quàm poſsideat optimus vir totius eius Imperij; II. ſi cupiat glorioſè imperare, incipere eum oportere à ſui ipſius imperio; III. quantò intimiùs recolet & recognoſcet ſe, ſuaque omnia ab eo dependere, vt, tanquam inſtrumentum factori ſuo arctius ſe vniat, futurum, vt tantò felicius in homines ſuo Imperio ſubiectos ipſe domine-

minetur. IV° aiebat noſtras animas eſſe velut ſpecula diuinitatis: quæ quò puriores ſunt, eò magis etiam diſpoſitæ ad recipiendos, magno ſuo commodo, radios diuinæ ſapientiæ; V° vitia in hominibus priuatis & vulgaribus, non niſi vitia eſſe; at in perſonis & animabus Regum eſſe monſtra; VI° ſi bene beateque cupiat regnare, duabus columnis adamantinis, pietate ſcilicet & iuſtitia Regnum eius vniuerſum inniti oportere.

Inſuper valdè eum exhortabatur, I° vt ſe acceſſu facilem audiendis neceſsitatibus hominum, qui ex omni mundi parte ad eius accidunt, exhiberet, pedes; II° vt multùm perſonas Eccleſiaſticas, promouendo Religionis negotia, quantum poſſet, reuereretur; III° vt ſumme miſericordem aduerſus pauperes ſe exhiberet: omniumque ſubditorum animos leniter tractaret: idque ad imitationem ſolis, qui nec portas, nec feneſtras frangit, vt domos ingrediatur, ſed benignitate fauorabilium ſuorum radiorum comitante, ſuauiter influit; IV° & vltimò ſæpè ante oculos ei ponebat exempla proborum Principum, vt Conſtantini Magni, & ipſius Aui paterni Theodoſij: qui ex eo, quòd poſtquam ſemel ingreſsi ſunt viam rectam, à qua nunquam digreſsi ſunt, habuerunt in terris Regnum admodum felix & fortunatum, & in memoria ac animis hominum immortalitatem obtinuerunt; metentes iam tunc, dum inter viuos agebant, per anticipationem primitias gloriæ, qua nunc in cælo perfruuntur. Contrà, eos qui vna ſecum imò & ſuper ſe regnare

re voluerunt indomitas ſuas paſsiones, & effrenes animi motus, inuoluiſſe ſe in vitam bruto animali ſimiliorem, quàm hominis propriã, incidiſſe item in extremas calamitates, quas & totius poſteritatis execrationes & tormẽta (quæ æque diu, atque ipſe DEVS durabunt) ſecuta ſunt.

Sancta Pulcheria hæc documenta in animam fratris tanta cum gratia inſtillabat, vt cùm ille antea iam ſua ſponte, & natura in bonum ferretur, in iis recipiendis mira perfunderetur voluptate, tradens cor ſuum (quod molle erat inſtar ceræ) induſtriæ manui, talis ſapientiæ formandum & tractandum pro libitu. Nihilominus, cùm difficillimum ſit ita ex Aulis Principum vitia exterminare, quin ſemper lupus aliquis pelle ouis tectus inueniatur: inter eos, qui gubernabant juuentutem Theodoſij, fuit vnus quidam Chryſaphius, homo verſipellis & vafer, qui nimis profundè ſe inſinuans in gratiam Principis, tandem, poſt multa, in animam illam longè pulcherrimam aliquã jecit rubiginem: quæ plurimùm negotij, vt poſthac videbimus, Pulcheriæ exhibuit. Verùm tunc omnia erant ſummè pacifica: Pulcheria cor fratris ſui replebat ſapientia; eius Aulam bonis exemplis; altaria precibus & votis onerabat. Paucis, totum mundum ſuis beneficijs ſibi deuinciebat. Adde, quòd omnia, ad quæ ſuas manus extendebat, ita proſperabantur, vt ſub vnius iſtius puellæ gubernatione ſæculum aureum poſtliminiò in orbem rediiſſe videretur.

Iam tunc ætas Imperatoris tendens ad annum vige-

vigeſimum ſuadebat, vt caſti alicuius matrimonij vinculis adſtringeretur. ad quod (vt nemo dubitabat) ætatem innocenter tranſactam adferret: quippe qui ad id vſque tempus vel in contemptu, vel ignoratione vitiorum vitam traduxerat. Non intermittebat Pulcheria tum intra, tum extra Imperium oculos conijcere, vt ei coniugem vitæ & moribus illius congruentem adueniret; quando DEI prouidentia, qui & vitas & negotia noſtra omnia gubernat, rem, admirandam quidem, ſed ſuæ potentiæ conſuetam patrauit, manu ducens pauperem, incognitam & egentem puellam; Primò quidem Conſtantinopolim; deinde rectà ad thalamum Imperatoris. Permultæ tunc erant, tum Reginæ, tum Principes fœminæ, quæ ſibi blandientes, & ſpe vana ſeipſas paſcentes, hoc coniugale fœdus ſibi pollicebantur, dum DEVS ita ſortem direxit, vt ſuper ſimplicem puellam, cum totius mundi admiratione, caderet.

Admirãda fortuna Athenaidis.

Leontius, Philoſophus Ethnicus, ſub tenui tecto alebat vnicam filiam, quæ eo tempore, velut adamas ſub fimo ita latebat, vt nemo eius meritum & valorem cognoſceret. DEVS ex illa obſcuritate eã extraxit, vt in primaria totius mundi aula, eius fulgorem & pretium omnibus patefaceret. Admirabilis hæc Athenais, quæ quidem ſingulari cælituum benignitate, eximia corporis venuſtate erat donata, ſed ingenij dotes infinito interuallo corporis dignitatem anteibant. Pater in tenera ætate eam excoluerat, & Philoſophiæ, Rhetoricæ, Poëticæ aliarumque ſcientiarum & artium, quibus erudiri ſolent ij, qui liberaliter educan-

educantur, capaciſsimam reddiderat. Puella hæc viuebat ex ſcientijs, vti apes ex roſis. Et tota ipſius recreatio & voluptas erat, ſtudere, & literas tractare: ad quas duobus efficacibus ſtimulis incitabatur. Primus erat ardor mētis radians inſtar alicuius rotæ vndiq; inflammatæ; Secundus ambitio ſexûs, quâ mirè ſibi cōplacebat, quòd ita feliciter tractaret litteras, & artes, atq; viri, quorum tamē id munus eſſet propriū. Quod Poetæ de Pallade finxerunt, eſt fabulā, ſed qui Athenaidē videbat, Palladē in veritate cernebat. Videbatur eſſe quædā Intelligentia, quæ derelictis cæleſtibus globis, in terras deſcēdiſſet, vt ſe ſpecioſo corpore includens, inter homines, vt homo alius, verſaretur. Fertur quòd eius Pater, apprimè verſatus in aſtrorū ſcientia, illi prædixerit ſecundā fortunam, quæ ei poſtea euenit; & quod idē condens teſtamentū, omnia quæ poſsidebat, duobus filijs ſuis (quorū alter Genas, alter Valerius dicebatur) nulla mentione facta ſuæ dilectæ filiæ, legauerit. Quā ob rem cùm illa triſtaretur, ei dixit Pater: ſine filia chariſsima, ſine cælū agere, tua tuta te manet fortuna, quæ tibi abundè ſufficiet, dū longè plura poſſeſſura es quàm tui fratres. Ita nōnullis placet veritatē hiſtoriarū fabula aliqua condire, vt prædictionibus Mathematicorū fidē aliquā attribuiſſe videantur. Quaſi verò aſtra haberēt aliquā vim in id, quod à ſolius Dei nutu & prouidētia dependet: vel certè, quaſi oporteret multùm ſtudere in libris planetarum, vt prædicatur, quòd puella, quæ inſtar ſideris alicuius pulchra eſt, & ſapiens, vt Minerua, poſſet aliquando ad magnam

pertingere ſortunam. Sed quicquid ſit de hoc, quam primum Pater vitam cum morte commutauit, improbi ac auari, ad inſtar alicuius Gryphi, fratres, ſororem ſuam inhumaniſsimè tractarunt. Mirare hoc Lector? propria eorum cōmoda, neq; oculos pro eius pulchritudine, neque aures pro eloquentia habebat. Ecce proinde ſpoliata & eiecta è domo paterna, cogitur ſe recipere ad vnam pauperem ſuam amitam, quam Athenis habebat.

Faciendum omnino erat naufragium, vt ad felicem portum appelleretur. Perierat penitus, niſi taliter perijſſet. Amita hæc continuò eam edocuit quòd aliam conſanguineam Conſtantinopoli haberet. Ad quam proinde eueſtigiò ſe ſimul conferre, & illius interuentu & auxilio aliquid tentare, & moliri ſtatuerunt.

Et ecce iam in Ciuitate primaria totius Imperij ſe repererunt, ignorantes quomodo, & cuius ductu eò deueniſſent. Verùm Deus qui illam ducebat, eius rem tacitè agebat, telamque texebat. Conſanguinea hæc, quæ Conſtantinopoli morabatur, quæque mediocribus pollebat diuitijs eas excepit hoſpitio, omnibus incedens lætitijs, quòd exercere poſſet charitatem, circa obiectum, quod tot nominibus eam merebatur. Ciuitas Conſtantinopolitana Pulcheriæ liberalitate & munificētia, qua egenis & afflictis ſubueniebat; nec minus iuſtitia, quam violētia oppreſsis, adminiſtrabat, mirè in dies recreabatur. Bonæ illæ matronæ, Athenaidis conſanguineæ, iudicarunt è re illius futurum, ſi quereretur apud Principem Pulche-

cheriam de iniuria ſibi à fratribus facta: quare exploratarei cõmoditate, quâ eam accedere poſſet Athenais, ad palatium illam adduxerunt. Nõ erat opus multorum, vt alias vſu euenit, implorare fauorem, vt in Principis conſpectum admitteretur: illa enim ſua in fronte literas commendatitias ferebat, & quidem primo ſtatim intuitu Pulcheriæ oculi ſplendore, qui ex eius vultu reſultabat, fuere perſtricti. Cùm autem loqui cœpiſſet, facilè oſtendit nullam vnquam Sirenum ſuis cantionibus ita homines ad ſe allexiſſe, atque ipſa ſuis verbis alliciebat. Vnde Pulcheria non ſolùm patienter, ſed etiam perauidè eam audiebat: timens ſemper ne inchoato ſermoni finem imponeret. Tanta eam cum voluptate, cauſam ſuam perorantem audiebat! vbi ea loqui ceſſauit, ſexcentas & amplius res ex ea ſciſcitata eſt: in ſpecie autem de eius parentibus, quomodo & qualiter illa eſſet educata: quin, & an virginitatem illibatam ſeruaret. Quod cùm perquam ingenioſè & prudenter, iuxta votum, cognouiſſet, negotiũ & cauſam ſibi propoſitam diſtulit: volens adhuc alia vice, de eodem argumento eam audire, (tunc ſcilicet, quando aduenientibus ad iudicium, ſolita erat aures dare) & quidem eodem momento admirandam in animo cogitationem concepit: ea autem erat, vt fratri Imperatori eam daret in vxorem. Homines Politici, qui ſuo pede omnia volent metiri, & vniuſcuiuſque intentionem ſcrutari, iudicant hunc Pulcheriæ procedendi modum multum habuiſſe de aſtu & praxi aulica: quia videlicet intenderit cor fratris ſemper in poſterum, vti hactenus, poſsidere; &

derit, quod ſi frater magnam aliquam & potentem Principem ſibi in coniugem acceperit, poſſe illam vnà cum titulis & imaginibus ſuorum Maiorum, in Domum inferre ſuperbiam, & faſtum; & tunc quot illa haberet confœderationes, tum ſanguinis, tum affinitatis, tot eſſent futura obiecta, quæ Theodoſij ingenium in varia diſtraherent, & verò etiã fortè affligerent. Adde, ſi admodũ alto ſanguine eſſet nata, eſſet procliue cogitare, quòd ſola & abſque comite vellet regnare: proinde omnibus conſideratis, eſſe melius, vt poſſet ſcilicet ſemper primas in gubernatione tenere, ſi puellam probis moribus, & elegantibus ac bene proportionatis inter ſe corporis lineamentis conſtantem eligeret; eſto non eſſet ex illuſtri ſanguine. Et hæc omnia, iſtorum iudicio, vt eam omni loco & tempore ad nutum ſubiectam haberet. Ita complures ex proprijs effectibus intentiones aliorum diiudicant.

Verùm longè eſt credibilius Pulcheriam, cuius anima tota quanta à cœlo dependebat, multo alia habuiſſe motiua, ſcilicet DEI honorem, pietatem, pacem & fratris quietem. Nam & ipſe Theodoſius iam ante ei ſe aperuerat, nolle nimirum per matrimonium, velut coactum, & neſcio quibus ſeruilibus cæremonijs obnoxium, redigere ſe in captiuitatem & ſeruitutem: nullam proinde ab vxore aliam expetere dotem, quam virtutem pulchritudini coniunctam. Vnde non immeritò iudicauit puellam hanc videri poſſe cælitùs miſſam, eo rectè tempore, quo de fatris matrimonio agebatur. Quare fratri ſtatim

tim retulit, puellam quandam Athenis natam, ob litem, quam cum fratribus (à quibus indignè tractata eſt) habet, ſe ſibi præſentaſſe; cæterùm, eſſe puellam elegantiorem, innocentiorem, & eloquentiorem, quàm putet in toto eius Imperio poſſe reperiri. Præter hoc nihil omninò adiecit: ſat enim eſt tum ſulphurata igni admouiſſe, tum camino oleum infudiſſe, eſto, vt flammam concipiant, nullum aliud ad id adhibeas ſtudium. Audita relatione ſororis de Athenaidis ſingularibus talentis, & in primis de incomparabili pulchritudine, petijt an non aliquis eſſet modus eam videndi? reſpondit Pulcheria diem ei aſsignaſſe, quo eius cauſam audiret. Imperator, ſiue quòd in more poſitum non haberet adeſſe talibus diſceptationibus; ſiue quod voluerit eam audire & videre eum perſona eius ſexûs naturalius loquentem; timens, ne ei timorem incuteret, ſi iùdicio adeſſet, iuſsit ſororem præſidere; ipſe autem ſtatuit omnia quæ agerentur per cancellos ad id ex inſtituto præparatos videre.

Athenais die & hora, cauſam ſuam peroratura, adfuit. Tunc, ſi vnquam aliàs, clarè videri potuit, quantam vim & imperiũ venuſtas humana, & lingua diſerta ſuper mundi potentes habeat. Animoſa hæc puella ex primo congreſſu cum Principe Pulcheria habito, facta audacior, omni tunc cum libertate cauſam ſuam perorauit.

Domina clementiſsima, habeo cauſam tota mea vita amandi meum naufragium: illud ſiquidem ad tuos me adduxit pedes, velut ad portum ad quem *Athenais ſuam cauſam perorat.*

Digitized by Google

ad quem omnes totius mundi miſeriæ appellunt, vt ſe felicitate tranſmutent. Tua Maieſtas ex hoc poteſt aduertere fratrum meorum violentiam eſſe non mediocrem, ea ſiquidem coacta ſum magnum & moleſtum hoc iter ſuſcipere, & nunc tuas aures meis obtundere querelis: quas querelas natura benignior omnino ſuffocaſſet, niſi è corde meo potenti admodum manu, id eſt neceſsitate euulſæ & extractæ fuiſſent. Si fratres mei de bonis paternis, quæ quidem fuere ſatis mediocria; tamen ſufficientia pro mea ſuſtentatione, vel ſolam paruam aliquam domunculā indulſiſſent, æqui boniq; conſuluiſſem, nec vnquam eorum fortunæ vel minimū moleſtiæ intuliſſem. Verùm ne terræ quidē tantùm, quantum pollice tegi poſſet, reliquerunt: & quod plus eſt, magna cum inclementia & ſeueritate & domo paterna, quam ſemper inhabitaui, me expulerunt. Quod tamen libenter tacens pertranſeo, cùm minimè intendam accuſare meum ſanguinem, cui æquè benè, atque mihi ipſi, hactenus eſſe optaui. Nullum, etiam illis teſtibus, habeo crimen, ob quod debeam exulare, & bonis debitis priuari, quàm aliquem naturæ fauorem, quem illi mihi pro omni ratione allegant. Is autem eſt, quòd poſſim ſperare bonam fortunam: & hoc debere mihi ſufficere, etiam Patris noſtri iudicio clamitant. Si ſpes imaginariæ ſufficiens ſunt argumentum ad exhæredandos veros & legitimos hæredes, quid poterit poſthac ſolidi expectari in hoc Mundo? Ad me quod attinet,

non

Digitized by Google

non opus ſunt mihi diuitiæ imaginariæ, quas ipſi gratis fingunt. Non enim deſidero magnas fortunas, contenta ſum aurea mediocritate, in qua me meus ortus collocauit. Exiguum aliquid, quod tenui cum victu, contra extremas vitæ neceſsitates, tectum præberet (ſub quo ſuauiter colerem ſcientias, quas Pater mihi, vt propriam portionem reliquit) abundè mihi ſufficeret: vnde Domina clementiſsima, humillimè te rogo, vt digneris de hoc quod dico inquirere: & ſiquidem inueneris rem ſic ſe habere, vt reuera ſe habet, mihi iuſtitiam, quæ, eſto ex omnibus mundi regnis eſſet extorris, in veſtra Aula quæri deberet, benignè adminiſtrare digneris.

Tanta cum gratia hæc dicebat, vt omnes, qui perorantem audiebant, in ſummam raperentur adminiſtrationem. Pulchritudini perſecutionibus exercitatæ, ſua apud mortales nunquam deeſt commiſeratio. Nemo iſti puellæ non erat beneuolus, nemo non paratus ei patrocinari. Nihilominus nonnullis erat volupe eam diuerſis & punctorijs quæſtionibus circa eius cauſam vexare, & laceſſere, vt ſic eam cogerent longiorem ſermonem contexere, & viuacitatem ingenii exercere: quod fecit feliciſsimè.

Theodoſius omnia hæc non mediocri cum zelotypia contemplabatur: oculus & lingua huius puellæ mutuo conſenſu ſibi eius cor diuidebant, ſed & amor eodem eum per oculos, & aures capiebat. Pulcheria nihil eorum, quæ animo clauſa latebant, vlterius aperiens, ſupplicanti omnem

Digitized by Google

Promittit fauorem. Ea autem à ſe dimiſſa, recta perrexit ad fratrem; cui ſpeculum caſti amoris cordi infixum altè inhærebat. Vnde aduenienti ſorori præcisè & abſolutè dixit, non habiturum ſe vnquam aliam vxorem, quàm Athenaidem.

Fortiter iam agebatur de matrimonio cum ipſa contrahendo, quando intellectum eſt eam non eſſe capacem Sacramenti, quia necdum Sacri Baptiſmatis fonte eſſet abluta. Pater enim illius qui erat Ethnicus, in Paganiſmo eam educarat. Longè autem melius callebat Theogoniam Heſiodi, ſeu quod idem eſt originem deorum, quàm Genealogiam Chriſti; melius Iliadem Homeri, quam librum Euangelij; melius Apophtegmata Pythagorica, quam Dei præcepta.

Tota Aula, quam ſua eloquentia in ſtuporem redegerat, ægrè admodum ferebat tale ingenium adhuc hærere in infidelitate. Quare eius conuerſionem omnes ſeriò vrgebant, & qui poterant, conſilio & auxilio adiuuabant: in primis autem Atticus Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui nihil eorum omittebat, quæ ad eam facere credebat; deinde Paulinus deliciæ Theodoſij, qui, vt primus in amore, ita & in auctoritate, vnà cum illo toto tempore habitæ recens ab ea pro ſua cauſa orationis fuerat, velut Paranymphum illius matrimonij ſe fecit: nam cum Dominum ſuum ardẽter illud expetere videret, & tum in diuinis, tum in humanis litteris, pene ſupra profeſsionem hominis militaris, verſatus eſſet, & ſimul ad ſe explicandum diſertiſsimus,

mirum

mirum in modum cum illa conferendo, eius conuerſionem accelerauit. In principio mordicùs doctrinam Paganorum ſe tenere oſtendit, & certè eâ feroci in primis animo, ſe tutata eſt: & cum argumentorum iaculis peteretur, ad Iliadem Homeri, tanquam ad firmiſsimum propugnaculum, & proprium Euangelium recurrebat; quando autem ei ante oculos ſtatuebantur abſurda, quæ Poëta ille attribuit Dijs Gentium; ſubtilitatibus ſe defendebat, & conabatur euadere & eludere ac etiam elidere vim argumentorum per neſcio quas interpretationes quæ plures ſignificationes admittunt, ex ſenſu Allegorico deſumptas. Adeò autem his & ſimilibus argumentis velut ſcutis inexpugnabilibus ſe protegebat, vt ſatis negotij haberent ij, qui cum illa agebant, vt eam illis exarmarent. Tandem DEVS, qui illam elegerat, ei oculos aperuit, & velut in lucidiſsimo quodam ſpeculo fecit videre, vna quidem ex parte quàm ſint abſurda, & ab omni ratione aliena quæ docet Idololatria; ex altera autem magnitudinem, maieſtatem, veritatem, & ſoliditatem noſtræ fidei. Simul atque primus veritatis fulgor eius caput irradiauit, mentique illuxit: ecce omnia efferata eius opinionis phantaſmata momento temporis euanuerunt, & veritati locum dederunt. Nemo vnquam tanta conſolatione & guſtu ſpirituali ſua in conuerſione perfuſus eſt, nemo è mortalibus tanto cum affectu beneficia ſuæ vocationis ad Chriſtianiſmum recognouit, atque hæc noſtra Athenais. Illa in cognitione noſtrorum myſteriorum velut in mari quopiam ſe immergebat: vnde

intra breue tempus adeò docta eſt facta in lege Chriſti, vt præcipua eius dicta factaque verſibus Homero familiaribus conſcriberet. Et ſicut S. Maria Magdalena ex ijsdem crinibus, quibus laſciuis & inſulſis amoribus retia contexerat, mantile confecit ad Chriſti pedes exſiccandos; ita nunc deuota Athenaïs ex eo tempore totum ſuum Intellectum, totam ſimiliter doctrinam, quibus ad vanitatem vſa fuerat, Chriſti trophæis conſecrauit.

Baptizata eſt Conſtantinopoli incredibili tum lætitiâ, tum apparatûs magnificentiâ: in ſacro baptiſmo ei inditum eſt nomen Eudociæ; confirmata item manu Epiſcopali, quò maius ſumeret robur in fide Chriſti; quin & refecta venerabili Euchariſtia: cuius beneficio, cùm crebrò illud idem Sacramentum frequentaret, in magno deuotionis ſenſu ſe conſeruabat. Finitis Baptiſmi cæremonijs, eam ad ſe Pulcheria euocauit, eique hiſce verbis locuta eſt.

Eudocia ſoror chariſsima, tempus eſt *vt obliuiſcaris Domum Patris tui*: & litem, quam cum fratribus habes, miſſam facias. Deus enim, qui tibi dedit vitam animæ, & lumen fidei, etiam prouidebit tibi non ſolùm de eis, quæ ad tuæ perſonæ honeſtam ſuſtentationem ſunt neceſſaria, ſed etiã ad abundantiam & ornatum: te enim elegit, vt ſis legitima ſponſa & conſors coniugalis thori Imperatoris Theodoſij, Domini mei honoratiſsimi, & fratris dilectiſsimi. Omnia iam ſunt diſparata, conciliata, concluſa: talis eius eſt voluntas: nihil omninò reſtat, præter tuum conſenſum.

Sancta

Sancta puella, audito hoc inexpectatò ſermone, tota quanta hæſit attonita, & faciem ſuam minio pudoris totam contexit, & ad pedes Pulcheriæ proſtrata, humillime eam rogauit, vt ſe ſolùmmodo in ſuo palatio inter ſuas puellas reciperet, vt minimam ancillam, quæ omnibus alijs pedes lauaret, vt olim loquebatur ad Dauid, Abigail: verùm quantò ſe humiliorem exhibebat, tantò magis ſuam virtutem commendabat. Vnde & Theodoſius, cui virtus erat præpotens ſtimulus, longè magis poſt eius conuerſionem in illam amore ferebatur. Viden' vt oporteat ſe committere Diuinæ voluntati? Ecce, id faciendo, Athenais effecta eſt coniunx Imperatoris. Nuptiæ ſeptimo Iunij anno à Chriſti natiuitate Quadringenteſimo vigeſimo primo: celebratæ ſunt ijs omnibus pompis & gaudijs, quæ decebant maieſtatem tanti Imperatoris, & tali congruebant matrimonio.

Fratres eius, facti certiores de ſecunda ſuæ ſororis fortuna, remordente, ob mala in eam admiſſa, conſcientia velut homines quippiam ſylueſtres, latebras quærentes, profugerunt, nemine eos perſequente: ſed proba Imperatrix, conſecrans Chriſto primos ſuſcepti Chriſtianiſmi actus per obliuionem iniuriarum, curauit eos ad ſe euocari, & eorum vni ab Imperatore obtinuit adminiſtrationem Sclauoniæ; alteri autem officium in Aula comprimis honoratum. Ex hoc facto quantis bonas illas matronas, ſuas conſangui-

neas,

neas, quæ ei magna charitate ſuis in neceſsitatibus adſtiterant, & facultatibus iuuerant, beneficijs affecerit facile poteſt quilibet colligere. Nihil in ea mutatum fuit, præter ſectam & conditionem: omnes virtutes, humilitatem, modeſtiam, manſuetudinem &c. mordicus retinuit: & quantò magis ſe attolli videbat, tantò magis in parua ſui ipſius æſtimatione creſcebat, non ſecus, atq; ſi præuidiſſet tempeſtatem, quam aliquando erat expertura.

Hic, hic, compello omnes nobiles & Magnates qui affectui, & carnis concupiſcentiæ blandientes, per falſam imaginationē ſibi perſuadent, imò expreſſè dicunt fieri non poſſe, vt viam perfectionis attingant, currantue, quamdiu in magnarum Aularum ſplendore in dignitatum amplitudine, in hominum ſibi ſimilium ſocietate & in difficilium negotiorum adminiſtratione verſantur. Aula Iunioris Theodoſij prima erat totius mundi: cùm enim Imperatoris Romani collapſa eſſet, & velut Eclipſim ſubijſſet, omnes nationes ad Conſtantinopolitani confluebant; illa erat receptaculum omnium, ad illam, & in illa erat fluxus & refluxus maximorum totius mundi negotiorum; in illa alta pax, in illa potentia abſoluta, & ſufficiens ad ſatisfaciendum abunde omnium deſiderijs; in illa denique omnis generis deliciæ, & honeſta oblectamenta in promptu, quæ aduenientes allicere & recreare poterant. Et quæ ibi interim vita nouorum coniugum? quæ Pulcheriæ, quæ eius ſororum? quod vnquam Monaſteriū melioribus & ſanctioribus & legibus & inſtitutis tem-

Digitized by Google

temperatum fuit, quàm huius Imperatoris palatium? quæ virtus, quæ caſtitas, quæ ſanctitas, quæ Religio in cœnobijs vnquã viguit, quæ hic non comparuit? Et hoc tantò maiori cum ſplendore, quantò eſt difficilius omnia vitia edomita ſub ſua habere poteſtate, & omnes virtutes in voluntate? Si in Religione comprimis magni fit deuotio, quæ eſt primaria magnarum & Heroicarum actionum machina ſeu rota; Aula hæc erat ſimilis tabernaculo antiquæ legis, quod dum deportaretur ab exercitûs legionibus cingebatur, & ad inſtar Herinacij, ſariſsis & gladijs vndique muniebatur: in quo altum & ſuaue ſilentium ſeruabatur, Religio caſta, & veneratio ſecreta cuſtodiebatur: ſemperque dictum tabernaculum ignem ſacrum habebat velut excubitorem, nec non paratas victimas & orationes in ſacrificium.

Palatium Imperatoris Theodoſij, quod diximus fuiſſe ſimile tabernaculo fœderis inter ſtrepitus negotiorum, inter ſonitus rumorum, inter tumultus bellorum, inter denique caſus, qui omni ex parte in magno Imperio accidere conſueuerunt, nunquam intermittebat, quibuſcunque interuenientibus forinſecùs impedimentis, deguſtare ſuauitatem orationis: quæ erat inſtar Mannæ, quod Regiæ illæ perſonæ ſingulis diebus colligebant in deſerto, quod in medio cordis ſui ſibi fabricabant. Pulcheria, velut Antiſtita, pietatem aliorum ſuo conſilio & exemplo ſapientiſsimè dirigebat. Simul atque aurora, ſolis & diei prænuncia, DEI illuſtrabat opera, pro ſe quiſque priuatim eorum Auctorem adorabat: deinde ſimul omnes in

Sa-

Notata nobiles ecce verè Aula ſancta.

Sacello domeſtico conuenientes, iuxta normam & præſcriptum Eccleſiæ preces fundebant, & DEI laudes decantabant. Hac in Aula omne tempus ad fluxum clepſydræ ſingulis actionibus aſſignatum impendebatur : in primis officio diuino; deinde negotijs, & honeſtis animi & corporis relaxationibus. Nihil ibi poterat eſſe inordinatum, vbi omnia in pondere & menſura fiebant. Si in Religione magni æſtimatur Paupertas, vt murus ſcilicet & propugnaculum Ciuitatis DEI; vbi amabò admirabiliorem reperies paupertatem, quàm in hac Aula? Nonne prodigio eſt ſimile Imperatorem hunc (pro quo amnes & maria ſuis defluebant alueis, pro quo terra magna cum prodigalitate ſuum ſinum aperiebat, pro quo tantam auri argentique copiam intra ſua viſcera conſeruabat) affluentem ingentibus diuitijs ex immenſis immenſi Imperij redditibus prouenientibus, & tamen ita eos expendiſſe in vſus rerum neceſſariarum (in quibus ſemper erat ſplendidus & magnificus) vt ne minimum quidem exceſſum in ſuam perſonam fieri vnquam permiſerit? Omnibus ſuis bonis vtebatur, vt rebus accommodatis, & aliquando priuatim, quoad fieri poterat, nolebat in ſuum victum fieri expenſas maiores pretio rerum, quas manibus ſuis operatus fuerat. Optimè callebat artem pingendi : &, quantùm negotia publica permittebant, illi volupe erat pulcherrimis characteribus ſacram Scripturam deſcribere. Solitus erat dicere ſuis intimis, qui cir-

Digitized by Google

circa eum verſabantur, æquum eſſe, vt, quandoquidem omnes in toto ſuo Imperio quippiam operarentur, ipſe etiam ſuam haberet artem, quam exerceret, & vt alij in ſudore vultûs ſui pane ſuo veſceretur. Addebat, cùm ex eadem conſtaret maſſa, qua homines alij, non debere ſe petere, vt aliter tractetur, quàm ferat ſuus labor. *Inſignis modeſtia.*

Eheu! quàm procul hæc innocentia diſtabat à profuſionibus, quæ de ſudore & ſanguine populi fiunt nunc in Aulis Principum! Quod malum ſupra omnia alia onera in extremo DEI iudicio eos grauabit. Dictæ ſæpius Imperatoris ſorores, ad eius imitationem ſemper opus aliquod ſuis manibus elaborabant, hoc modo cauentes, ne otio portam aperirent.

Si in Religione magno in pretio, iure omni habetur Caſtitas, hic coniugalis inter Theodoſium & Eudociam ad ſummum, qui in hoc ſtatu haberi poteſt, gradum pertigerat. Virginitas in Pulcheria, & eius ſororibus, Marina, Flaccilla, & Arcadia erat velut balſamum odoriferũ, quod cælum in perpetuum ſacrificium conſcendebat. In hoc palatio ne nomen quidem turpitudinis ſciebatur, in quo tamen omnia & docebantur, & addiſcebãtur, præter vitiũ & otium. Aſpectus erant modeſti, ſimplices, & columbini: verba ſelecta & cõſiderata; narrationes & diſcurſus ordinarij, qui ibi miſcebantur, erãt ad imitationẽ Chriſti & virtutũ Sanctorũ: mores & geſtus maximè compoſiti, & pleni obſeruãtiæ, honoris & maieſtatis. Caſtitas hæc manebat quidẽ inuiolata in omnib⁹ Regijs per-

perſonis, tanquam in capite, ſed ſe diffundebat in omnes alios, ſpargente ſe boni exempli odore, vti faciunt ſolis radij, qui cùm inuoluant totum mundum, nunquam tamen à fonte originali ſui luminis recedunt. Si in Religione magna in æſtimatione eſt obedientia; Aula hæc erat verus typus bene obtemperandi, & bene imperandi: Sanctæ iſtæ animæ ſtudio & aſsiduitate obediendi, conſecutæ erant, vt non tantùm omnibus DEI, & Eccleſiæ mandatis promptè & perfectè obedirēt, ſed ſeipſas quodammodo effecerant exemplar & normā obedientiæ. Quò fiebat, vt omnes Eccleſiæ Prælatos ſumma veneratione & honore proſequerentur; Religioſos, & omnes Eccleſiaſticos Ordines amarent, & verbis ac operibus, exigente neceſsitate, ijs aſsiſterent, quin & ad fortiter vias Domini currendas intimo cordis affectu, quem contemperaſſent Sancta reuerentia, ita animarēt ac hortarentur, vt ne Monachi quidem qui vel maximè auſteram ducunt vitam, ſtudioſius & exactius obſeruare poſsint Religioſam obedientiam, quàm omnes incolæ huius Aulæ, conſcientia duce, obſeruabant. In horum compenſationem DEVS fronti Imperatoris imprimebat ſuæ Maieſtatis radios: qui tanto magis eum reddebant formidabilem, quantò minus id ſuis in actionibus intendebat.

Mortificatio. Si in Religionibus viuitur in continua mortificatione & corporis maceratione quæ anima; quæ vita poteſt eſſe magis mortificata & rebus duris exercitata, quàm ea, quæ cum in ſummo dignitatis gradu ſit conſtituta, tanto ſtudio

dio colit humilitatem, quæ in florentiſsima iuuentute tanto amore proſequitur caſtitatem, quæ in abſolutiſsima potentia degens, omnem ſenſibili appetitui negat euagationem, quæ in tanta ſcientia, tam innoxiam cuſtodit conſcientiam, in tot denique tantiſque deliciarum occaſionibus tàm ſanctè obſeruat temperantiam?

Præter ieiunia Eccleſiæ, quæ exactiſsimè ſeruabantur quarta & ſexta feria cuiuslibet hebdomadæ abſtinentia conſtanter obſeruabatur: Imperator præibat exemplo, eius coniunx, & ſorores eum ſequebantur facto. Eorum triclinium & menſa videbatur potius Gymnaſium & palæſtra temperantiæ, quàm locus & apparatus refectionis.

Res notabilis. Obſeruatum eſt, quòd, dùm bonus hic Princeps per æſtatis calores iter faceret, ſudore plenus, & puluere obſitus, comitatu ſuo, ob aquæ penuriam oppidò ſitiente, acceſſerit ruſticus quidam ferens & offerens in eleganti vitro cryſtallino recentẽ, hauſtum non cõtemperandi potûs: quem ille (ita paſsiones habebat mortificatas!) velut alter Dauid, poſtquam munificè donum ablatum ei, qui obtulerat, cõpenſaſſet, eidem reddidit, vt de eo, quod ſibi videretur, faceret; nec vnquam adduci potuit, vt hauſtu oblato frueretur, iudicans non eſſe rationi conſentaneum, vt ſuo ſatisfaceret guſtui, omnibus interim, qui in ſuo erant comitatu, mirum in modum ſitientibus.

Nonnunquam in venationibus ſe clàm ſubtrahebat, & aliquem Eremitam, prandij gratia cum illo ſumendi, conueniebat, vbi comeſto fortè

panis mundi fruſtulo, & epotâ aqua recenti, è fonte hauſta, affirmabat ſe lautè vixiſſe: Nam ordinariè loco condimenti ciborum, ſacros diſcurſus audiebat, & ſalutaria vitæ documenta accipiebat.

In corporis veſtitu, licet plenus maieſtate in publico, iuxta ſui ſtatus dignitatem, appareret, ſub regali purpura perſæpè vetus aliquod ſagum, vel cilicium alicuius Anachoretæ abſconditum geſtabat. In ſpectaculis ita oculos intra modeſtiæ terminos continebat, vt videri potuiſſet viſu deſtitutus. Eius virtutes tantò erant illuſtriores, quantò minus habebant affectationis. In conuerſando cum hominibus, erat & ipſe homo, ſed modeſtia Angelum referebat.

Si Religio eſt alueus ſeu aluearium, mel in quo bonæ & ſanæ doctrinæ, conficitur Theodoſius, tum diuinarum, tum humanarum litterarum erat ſtudioſiſsimus, & in ijs apprimè verſatus. Sæpe magnam noctis partem ſtudiis impendebat, cauens hoc modo, ne quid temporis ſubtraheretur negotiis tractandis. Illud admirandum eſt ſignum ſummæ benignitatis, & naturæ facilitatis: bonus hic Imperator (pro quo innumeri loco habuiſſent inſomnem noctem tranſigere, magnæ gratiæ timens, vel minimi famuli ſomnum interrumpere, mirë quodam artificio ſibi lampadem confici curarat, in qua perpetuus ignis ſeu lumen conſeruabatur: in eam minutis quibuſdam machinis, quæ facilè vertebantur, oleũ inducentibus

Admiranda lampas.

Nullus è Præſulib⁹ Eccleſiæ ita in litteris erat exercitatus, qui magnã promptitudinẽ, qua in red-

den-

dendis memoriter Sacræ ſcripturæ locis pollebat non ſummè admiraretur. Quod ad ius Ciuile attinet, ita in eo erat verſatus, vt ſuo nomine & ductu voluerit ac curarit ℥, compilari & congeri pulchrum illum codicem Ordinationum Imperalium, qui etiam hodie manibus teritur, eius nomine inſignitus. Tandem ad demonſtrandum Theodoſium nulli Eremitarum, quantumcunque aſperam vitam traducenti, in omnimoda perfectione acquirenda cedere, refert Glycas, Sancto cuidam Anachoretæ, qui annis quadraginta duram in Eremo egerat pœnitentiam, die quodam, ſibi ipſi de ſuis meritis blandienti, à DEO reuelatum fuiſſe; quadraginta illis annis nihil eum in Eremo egiſſe; quod cum perfectione Imperatoris Theodoſij, in ſua Aula degentis, poſſet comparari. Hoc tantum ei ingeſsit deſiderium cognoſcendi conſcientiam Imperatoris, vt recta ad eius Aulam contenderit, vbi perhumaniter fuit exceptus, vbi tacitè apud ſe conſiderans qualiter Princeps veſtiretur, tractaretur, eidemque obſequia & honores deferrentur aſſequi nullo modo poterat, in quo tanta eius perfectio conſiſteret. Quare, ſumens animum ſtatuit ſolus ſolum Imperatorem conuenire, quem DEI nomine adiurauit, ſibi vt diceret bona opera, quæ ageret? Theodoſius admirandum renixum in animo ſuo, pugnantibus inter ſe humilitate & obedientia ſenſit. Humilitas quærebat ſemper latere, at obedientia, quam iudicabat ſe debere homini, qui tam bonis notis, & fauſtis characteribus ſe coniurabat, vt DEI nomine ſibi

Aduentus Eremitæ ad Aulam Theodoſij & eius diſcurſus cũ Theodoſio.

diceret, quid faceret, & ſimul teſtimonium veritati perhiberet, poſt magnam luctationem humilitatem ſuperauit. Theodoſius ergo deploratis ſuis imperfectionibus, magno perfuſus pudore, ſuas orationes, obſtinentias, eleemoſynas & mortificationes, quas, adhibito cilicio & ſimilibus auſteritatibus, faciebat, ei aperuit. Adiunxit deinde, quòd quando ſubinde cogebatur præſidere Circo, id eſt, ludis & ſpectaculis, in quibus ſapientiſsimi quique facilè frenum laxare ſolerent libertati, oculos ita contineret, vt nulla in eos poſſet incurrere leuitas. quò fiebat, vt inter tot curſus & recurſus equorum, inter tot ſpecimina oſtentationum, tot apparatus pomparum, tot deniq; voces clamantium in perpetua tranquillitate conſcientiæ permaneret. Eremita intelligens talẽ mortificationem in occaſionibus, quæ hominem multùm titillare ſolent, ita obſtupuit, vt ſingulariter ædificatus inculpatâ Imperatoris vitâ, inde abierit, nihil amplius de ſe præſumens.

Quod ſi in vita priuata perfectionem Anachoretarum adæquanit, quis poterit ſatis deprædicare virtutes, quæ erant propriæ Regis quas in publico, poſtquam imbre orationis irroratæ, & intra domeſticos parietes per otium ſpirituale in cordis ſolitudine excultæ erant, neceſſario apparere oportebat.

Ita erat ſapiens & conſideratus, vt omnes eius actiones & verba in tam iuſta ſemper æquabilitate conſiſterent, quàm dies & noctis ſolent ſub æquinoctio; ita clemens, vt non ſolùm viuos ſaluos eſſe vellet, ſed etiam, ſi licuiſſet, mortuos ad

vitam

vitam reſuſcitare; tam miſericors, vt miſeriæ pauperum ad illum ſemel delatas, non opus eſſet apud alios ſolicitare, tam iuſtus, vt videri potuiſſet ex ſuo Regno feciſſe alterum aureum ſeculum. Tam bene meritus de Eccleſia DEI, vt eius manus fatales viderentur ad edomanda & è medio tollenda hæreſeos monſtra, qualia tunc erant Eunomiani, Encratitæ, Macedoniani, Nouatiani, Donatiſtæ, Neſtoriani, & alia eiuſdẽ fariẹ portenta. Quantò autẽ magis conabatur DEI Regnũ promouere, ſuffocans incomparabili zelo omnia impietatis prodigia, tanto etiam magis DEVS, *qui Reges facit regnare*, eius ſceptrũ ſtabiliebat: faciens pro eo pugnare virtutes & potentias cæleſtes, & tenens, velut pignoris loco in eius gratiã ventos & ſæuas tempeſtates. Huius rei teſtis eſt inſignis illa victoria, quam reportauit de Roila, qui traiecto Danubio, cum ſelecta totius Scythiæ & Ruſsiæ manu, ac iuuentutis robore rectà Conſtãtinopolim, vt furioſus aliquis torrens, ferebatur. DEVS autẽ taliter barbari huius, in fauorem amantiſsimi ſui Theodoſij, impetum fregit, vt vno fulminis ictu in cineres eum redegerit, vniuerſumque eius exercitum crebris terribilibus tẽpeſtatibus deleuerit. Ex altera parte Barauanes, Rex Perſarum pactam cum Theodoſio rumpens pacẽ, cum innumerabilibus copijs, velut Imperiũ Orientale momento deuoraturus, in campũ prodijt, adiuncto ſibi ſocio Alamondaro Sarracenorũ Rege, qui ipſe non pauciores centum millibus hominũ ſecum ducebat: qui omnes momento tẽporis cũ terror Panicus, turbato ordine eos inuaſſet, diſ-

Egregia victoria

diſsipati ſunt. Hoc plurimùm valere debet ad edocendos eos, qui nihili faciunt Reges & Principes, niſi ſint truculenti, ſicarij, temerarij, & nonnunquam impij, quid poſsit pius Imperator.

Errores Imperatoris Theodoſij.

Sed, cùm nulla in creaturis ſit pulchritudo ita conſummata, quæ in aliquo non deficiat, negari non poteſt, quin bonus hic Princeps, ſicut & alij, ſuos paſſus fuerit manes. Inter reliqua autem, quæ ei vitio dabantur, illud fuit maximè, quod non ſatis cordi accipere videretur negotia, & quòd ad placendum alijs nimia facilitate abripi ſe ſineret. Expeditiones quidem & decreta ſubſignabat, ſed ſubinde ea (nimis fidens ijs, qui ſecum agebant) non ſatis examinabat: cùm enim vir eſſet ſingulari innocentia præditus, ſuo ingenio alio ſmetiebatur.

Egregium factum Pulcheriæ ad corrigendā præcipitationē fratris.

Vt iſtam negligentiam Pulcheria, eius ſoror corrigeret, excogitauit & confecit ſcriptum, in quo expreſsis terminis ei omnem poteſtatem dabat in ſuá vxorem, vt de ea prout luberet, diſponeret: ille, non lecto, quod in eo continebatur, iuxta ſuum ſolenne illud ſubſignauit. Pulcheria recepto ſcripto à fratre ſubſignato, per modū ioci ingenioſi, rem ſibi indultā & conceſſam occupat & apprehendit. Nam ſuaui modo inductam Imperatricem in ſuum conclaue, velut captiuam detinet. Illa rei nouitatem plurimùm admirata, petit quam ob rem ſic captiuetur? ei continuò ſcriptum manu Imperatoris obſignatum porrigitur legendum. Bona Imperatrix ignara quid cogitaret, cœpit iam tunc oſtendere ſe plus animi ad indignandum, quàm ad ridendum habere. Et licet de

de iniuria quereretur, tamen captiua detinebatur. Quærenti autem Theodoſio vbi ſua eſſet coniunx, reſponſum eſt, in conclaui Sereniſsimæ eius ſororis eſſe. Bono, inquit, verſatur in conſortio: ſed miror quantam negotiorum molem inter ſe habeant expediendam, quod tanto egeant tempore, I inquit, ſibi adſtanti Nobili, dic vt ad me veniat. Ita vehementer ac ardenter eam amabat, vt omnes horæ, quibus eam non videbat, vt anni viderentur) nuncium hoc confeſtim detulit ad Pulcheriam: quæ in ſuo perſiſtens ioco, seriò ad grauitatem compoſito vultu renunciari iubet Imperatori ne illam expectet, iam enim, cùm ſibi ab eo tradita ſit, confecto deſuper inſtrumento, non ad illum amplius, ſed ad ſe eam ſpectare. Theodoſius hæc audiens obſtupuit, non valens cogitatione aſſequi, quo ſecum luſu ſua luderet ſoror: in ea ſiquidem nullam hactenus notarat leuitatem. Quare ipſemet Pulcheriæ adiens conclaue: Quid, inquit, ex compoſito inter vos colluditis? vbi eſt mea coniunx? conatur captiua marito porrigere manum, ſed ſe opponens Pulcheria oſtendit eſſe ſuam: ac proinde poſſe ſe eam vendere, & de ea ad placitum diſponere. Cùm autem Imperator adhuc magis hunc inſolitum agendi modum in ſorore, qui ab eius ingenio & moribus plurimùm diſcrepabat, admiraretur, ſcriptum quo ſecum de vxore tranſegerat, & manu ſua ſubſignarat, legendum porrexit: deinde, addens ſalutare documentum, dixit: en, Sacra Maieſtas, pulchrum ordinem & effectum, quem ne-

negligentia & præcipitatio in negotijs tranſigẽdis parit. Sanctus Imperator in bonam partem monitum hoc accipiens, promiſit ſe poſthac non amplius tali modo rem vllam ſubſignaturum. Contrà, hoc iocandi modo Eudocia non parum fuit offenſa. In eo enim erat ſtatu, in quo ſic ſecum agi indignum iudicabat. Adde, quod eam minimè latebat quantùm poſſet apud Imperatorem, cui iam, velut arrham ſuæ fœcunditatis filiam, nomine Eudociam (quæ poſtea fuit coniunx Valentiniani Imperatoris) pepererat. Hoc maximè eam male habebat, quòd Pulcheria in illam aliquid Imperij retineret, & Heræ dominantis ſpiritum verbis & factis oſtenderet, cùm ſe ſolam ſupremam Dominam & Imperatricem deprædicari vellet. Cogitabat inſuper tales iocos in ſtatu, in quo tunc erat, ſuam perſonam plurimùm dedecere; olim quidem potuiſſe tranſire, ſed nunc minimè: nimiam quoque eſſe audaciam, velle iocari ſupra Auguſtorum diademata. Honoris punctum adeò eſt ſubtile ac ſenſibile, vt & facile animas, etiam ab omni labe purgatas penetret; & afficiat, vt is, qui illo titillatur, niſi tempeſtiuè ſuffocet) breui, cor ſuum verſari in felle amaritudinis & auerſionis deprehendet quæ duo mirum in modum imminuunt charitatem. Quantùm iocus iſte (qui tamen aliud non fuit quàm veriſsimus iocus, & quidem in optimum finem aſſumptus) turbârit vtriuſque Principis charitatem non poſſum ſatis explicare; illa, Imperatrix ſcilicet, nolebat amplius ſibi imperari; hæc autem

Honores mutant mores.

vt

vt aſſueuerat, imperare pergebat. Hæ animæ, hæc corda, quæ antè inter ſe arctiſsimè erant vnita, in nonnullis ſe deprehendebant rupturis, quæ tamen foras non erumpebant: tam vtraque erat cauta & charitatis ſtudioſa! DEVS vtramque volebat exercere & in fornace afflictionis ponere, quò eas, adinſtar metallor. expurgaret, & omnem ab ijs rubiginem, quæ facilè contrahitur tempore longæ proſperitatis, abſtergeret. incœpit primò omnium ab Imperatrice Eudocia, cui permiſit euenire infortunium comprimis acerbum, & ſupra modum ſenſibile, omnique commiſeratione dignum; cuius hæc eſt relatio. At, cui mirum videbitur, ſi aduertat Eudociam, ſuſpectã eſſe Theodoſio, ſi quidem hoc ipſum contigit pluribus ſanctis: quin & illi, quæ omnis puritatis & ſanctitatis eſt exemplar; Sacratiſsimæ ſcilicet Virgini Matri?

Die tribus Regibus ſacro, cùm Imperator ab Eccleſia ad palatium magna cum pompa & magnificentia reuerteretur; Ruſticus quidam, homo extraneus & incognitus, per confertiſsimam tum populi, tum Aulicorum turbam ſeſe inferens, eum acceſsit (quod ſemper & omnibus erat perfacile) eique pomum inſolitæ magnitudinis, quod inter raros admodum illius temporis fructus habitum fuit, præſentauit. Imperator ſereno vultu illud acceptans, mandauit illi, ſtatim numerari eam pecuniæ ſummam, quæ plus, minus valorem centum quinquaginta aureorum adæquaret. Simulatque palatium ingreſſus eſt, rectà perrexit ad conclaue Imperatricis, & lætus acceptũ *Caſus ſiniſter.*

iam iam à Ruſtico donum, tanquam rem admodum raram, ei obtulit. Eheu! fuit verè pomum diſcordiæ, infernalis ſerpentis halitu infectum: quod horribilem in modum, antè felicem, iam miſeram, Aulam dilacerauit & diſcerpſit. Cùm enim Eudocia Paulinum, qui Regi erat chariſsimus, &, vt aliqui vocant, pullus Iouis, decumbere ex podagra intellexiſſet, vt eum exhilararet, & nonnihil à doloribus leuaret, acceptum à marito pomum, non indicato vnde, vel à quo illud haberet, miſit. Paulinus tanta fuit lætitia perfuſus ob tantam gratiam, à tam eminente perſona ſibi factam, vt gaudium, quod inde hauriebat, viſum ſibi fuerit dolores podagricos, ad tempus, quodammodo incantaſſe. Fructum iſtum, qui & aſpectu erat pulcherrimus, & magnitudine rariſsimus, tam vehementer eſt admiratus, vt & manu, & menſa Imperiali dignum iudicarit. Quare, poſita omni mora, ſtatuit mittere Imperatori, quod & fecit; ſe ob inualetudinem excuſans, quod ipſemet illius non eſſet baiulus. Theodoſius recognoſcens ſuum pomum, qud paulò ante ſuæ vxori dederat, ſurſum tamen & deorſum illud vertit & reuertit, donec illud ipſum eſſe certò certius cognouit. Vnde furioſa admodum Zelotypia, velut ab inferno emiſſa & inſufflata, cœpit, benigniſsimum aliàs, cor & animum eius penitus occupare. Quæcunque antea abſque vlla ſiniſtra cogitatione præterierant, in mentem redibant, & nigrum vaporem congregabant, congregatumque condenſabant; ex quo

Pomum diſcordiæ.

poſtea

Digitized by Google

poſtea nubes formabatur, quæ tandem in pluuias, niues, & grandines reſoluta, in horribilem erumperet tempeſtatem.

Verum eſt, negari non poteſt, Imperatrix caſtiſsimo innocentiſsimoque amore amabat Paulinum: Cor enim Tigridis eum habere oportuiſſet, qui illum non intimè amaſſet. Erat enim Dominus, quem eius maritus arctiſsimo amore complectabetur: erat ille, qui potiſſimùm eam è tenebris gentilitatis extraxerat, &, amabili ſua conuerſatione & ſalutaribus colloquijs, in plena Euangelij luce collocarat: ille, qui eius Baptiſmum procurarat: ille, qui illius matrimonium tractarat: ille denique, qui domi foriſque, in primis Imperij functionibus (in quibus operam ſuam omnibus prebarat) vtrique Maieſtati fideliſsima obſequia præſtabat. Omnia iſta dignum omni reſpectu & veneratione eum efficiebant. Adde, quòd, cùm ſuauiſsimus eſſet in conuerſationibus, plurimùm auctoritate valebat apud omnes eos, qui cum illo agebant. Bona Princeps, quæ ſemper manu gerebat calamum, ad exſcribendum, vel elaborandum aliquid, ex ſui ingenij theſauro depromptum, ad gloriam Altariũ, quæ erat amplexa, promouendam, mirè delectabatur cõmunicatione ſuorum operum cum Paulino, ſicut & inueſtigatione genuini ſenſus rerum ſacrarum. Omnia eius colloquia, aliaque omnia, quæ cum Paulino conferre conſueuerat, ſemper maximo in honore, & exiſtimatione integerrima apud omnes fuerant; quæque ante hac non niſi puriſsimum mel pariebant, iam in corde

Theo-

Digitized by Google

Theodoſij in fel amariſsimum, ob funeſtam iſtam Zelotypiam, quâ erat poſſeſſus, vertebantur.

Tunc ſtatim, impatiens longioris moræ, vt eius cor, vti ſolent nautæ maris altitudinē bolide, ſcrutaretur, euocauit Eudociam, & ex ea quæſiuit quo deueniſſet pulchrum illud pomum, quod ei dono obtulerat? Cùm paupercula Princeps obruta tam repentinâ interrogatione, &, vt prouerbio dicitur, inter malleum & incudem conſtituta, (quæ tunc nubeculæ in fronte mariti ſe videndam obiecerit, neſcio) aduertiſſet eum non eſſe in conſueta vultûs ſerenitate; artificijs volebat quærere diuerticula, & credens poſſe ſe ſuam innocentiam mendacio tueri, dixit ſe pomum illud comēdiſſe. O error! virtus vt ſe contegat, non eget velo mendacij, nec illud vllo modo ei quadrat. Si candidè dixiſſet quid de fructu illo feciſſet, cui dediſſet &c. cùm ſinceram per omnia habuerit intentionem, tota iſtius ſuſpicionis malignitas in fumum iuiſſet: ſed inopina illa ac præcalida interrogatio non nihil eiūs iudiciū alterârat, imò in alia omnia transformârat. Vnde quicquid tunc faciebat, erat vt paſsioni, quam ex oculis (qui ſunt index & ſpeculum animæ noſtræ) in corde Theodoſij accenſam videbat, mederetur. Quò autem Imperator ſuper datum reſponſum vehementius eam vrgebat, cùm iam antè ſe multis tricis implicâſſet, eò magis ſemper, volens ſe extricare, implicabat: & ne videretur mendax, iurabat per vitam & ſalutem ſui mariti, quòd pomum comediſſet. Ille, vt eam mendacij & impudentiæ conuinceret, pomum illud è ſuo cimeliarchio

Magnum malum ex paruo mēdacio.

liarchio loco in conclaui, in quo pretioſiſsima quæq; reponi ſolent) extraxit & dixit: Ergóne è ſtomacho tuo in meum volauit conclaue abſque vlla corruptione? hoc ſanè permirum mihi videtur. Imperatrix ad aſpectum iſtius fructûs, eadẽ in innocentia paſſa fuit ſymptomata, quæ in ipſo crimine pati potuiſſet: nam tota quanta expalluit, & ita rubore perfuſa fuit, vt ne tantum habuerit animi, vt vel vno verbo ei reſponderet. Theodoſius in momento ſe, velut fulgetra aliqua, ab ea ſubtrahens, & in ſuum ſe conclaue recipiens, corde in amaritudine & felle poſito, ingenti mœrore obrutus, doloribus ſe conficiebat: ſed & afflicta Imperatrix aliò ſe contulit, vbi ſine conſolatione, cùm eius miſeria ſine remedio eſſe videretur, copioſiſsimas lacrymas fundebat.

Dura erat hæc probatio, quam DEVS innocentibus his animabus immiſerat: nec tamen multùm miranda, ſiquidem & Ioſephus, vti aliàs dixi, qui erat integerrimus maritus, quem vnquã tulit terra, ſuſpectam habuit caſtitatem illius, quæ purior erat Angelis. Amor, Zelotypia, cholera, & dolor cor iſtius Principis in ſolitudine eius conclauis inter ſe diuidebant, & admiranda ei ſuſpiria prouocabant. Vnde ſic ſecum ipſe loquebatur: Puella, quæ venit ex nihilo, quæ iactabatur tempeſtatibus, vt quæpiam pila fortunæ, ſine vllo fulcimento, ſine vllis facultatibus, & ſine cuiuſquam mortalium fauore, quæ prælata fuerat tot Principibus fœminis, quæ coniugiale fœdus mecum inire expetebant? quæ exaltata fuerat per legitimum matrimonium vſque ad meũ

tha-

thalamum, vt illum tam fœdè dedecoraret? quæ honorata fuerat Imperiali diademate, quod per ſuam ingratitudinem tam flagitioſè deturpauit! Et Paulinum, cui vt mihi ipſi fidebam, qui omnia ſua deſideria & dignitatibus, & opibus, rebusque alius totius Imperij pucherrimis ſelectiſſimisque aduſque ſatietatem poterat explere; omnia ſiquidem in eius erant poteſtate, eouſque progreſſum fuiſſe, vt non veritus fuerit Domini ſui lectum violare? Vbi, vbi poſthac inuenietur fidelitas? eam inter Tartaros & Scythas iam quærere oportet, extorris enim eſt orbe Chriſtiano.

Quis inter iſtos animi motus Imperatori maledictum conſilium ſuggeſſerit, vt Paulinum enecaret, neſcitur. Certè ingenium Theodoſij mitius & benignius fuit, quàm vt per ſe tam ferum, tamque Tragicum actum exercere ſtatuerit, niſi aliunde fuiſſet incitatum. Credibile autem non eſt Pulcheriam, quæ omnia ſua duce conſcientia aggrediebatur, in ea Tragœdia partem habuiſſe. Quicquid ſit de re, Hiſtoria dicit Paulinum, qui quod ageretur, prorſus ignorabat, eadem nocte à podagra ſanatum eſſe, idque per detractionem ſanguinis nimiùm quantùm tetram & cruentam: Nam abſque alia iuris formula occiſus fuit: alij ſcripſerunt eum primò fuiſſe relegatum in Cappadociam, & ibi deinde factione ſuorum aduerſariorum oppreſſum fuiſſe. O DEVS, quid facient praui amores, quandoquidem ſinceræ amicitiæ non poſſunt euitare ſuſpiciones, quas luctuoſi ſequuntur exitus? Aliqui etiam dicunt nihil

Innocentia Paulini mors.

Digitized by Google

hil aliud ſecutum fuiſſe, quàm amandationem Paulini. O quàm ſuauiter id flueret ſub meo calamo, qui plurimùm horret ſanguinem! ſed, vt Sacræ litteræ loquentes de Dauide, & alijs ſanctis Regibus eorum non diſsimulant næuos; ita nec ego volo taliter depingere Theodoſium in lumine, vt maculam nimiæ eius credulitatis, præcipitationis & vindictæ contegam, obruamue tenebris in hoc negotio, quod tranſiuit vſque ad ſanguinem: vti aſſerit Chronologia Alexandrina.

Eſt ſanè exemplum formidabile, videre animam tanta aliàs benignitate præditam, ſæuo vnius cæcæ paſsionis turbine, & pernicioſo alicuius conſilio ſinere ſe eouſque præcipitij impelli, vt non ſit regreſſus: & hoc ad *Magnos, qui ſunt in terra*, docendos, quòd non poſsint talibus in negotijs, nimis maturè, quid facto opus ſit, conſultare, ac deliberare.

Pater huius Paulini fuerat Aulæ Imperatoris maximus Magiſter & Præfectus; ipſe autem Paulinus ab infantia cum Theodoſio enutritus, particeps omnium eius conſiliorum, & honeſtarum iuuentutis oblectationum. Is tantæ erat dignitatis & auctoritatis, vt ſola & vnica Imperatoris Domini ſui manu poſſet cadere. Viuebat in æſtimatione ſummi viri, & eius verba excipiebantur in Aula, non aliter, atque oracula. Nihilominus, ecce ad ſatisfaciendum vnius peſsimæ zelotypiæ, miſerabiliter, è medio tollitur, & tot fidelia ſeruitia & obſequia, quæ præſtiterat Imperio, funeſto mortis exitu compenſantur.

Igno-

Digitized by Google

Ignoratur quidem cauſa cur DEI prouidentia permiſerit hoc grande infortunium euenire; ſed quòd illa perſæpe mundi negotia ſeruet ſub ſilentio, minimè obſcurum eſt. Præſumendum autem eſt, quòd quicquid illa permittit, iuxta rectiſsimam iuſtitiæ normam. Quando afflictiſsima Imperatrix intellexit tam repentinam, tamque inopinatam Paulini mortem, probè animaduertit Imperatorem in profundiſsimo lacu, veneno zelotypiæ infecto, hærere: ac proinde omnes defenſiones & apologias, quas, etiam cum veriſsima veritate, poſſet adferre, prorſus futuras, inutiles. Quicquid bona Domina agebat, dicebatur, ſiue de die, ſiue de nocte, nihil aliud circa ſe videre ſibi videbatur, quàm tenebras, quàm phantaſmata, quàm & terrificos horrores. Quin & omnis hora, quando, edito ſonu audiebatur, ei ſemper vitæ ſuæ vltima videbatur: ſed & eius iudicio, nimis adhuc tardè ſonabat ad imponendum finem eius miſerijs. Quando impetrare poterat, vt è præſenti tempeſtate paululùm caput erigeret, DEO ex intimo cordis affectu ſic loquebatur.

Admiranda affectiones Eudociæ, & eius verba.

Eheu! DEVS iuſtitiæ, non enim amplius audeo inuocare tuam miſericordiam: tu eâ me excepiſti parte, quæ in me erat maximè ſenſibilis. Si meum diadema fulgure manu tuâ emiſſo comminutum, & in cineres redactum ad meos pedes concidere vidiſſem; ſi à meo latere filiolam hanc, quam nobis velut arrham matrimonij dediſti, ſuſtuliſſes; ſi & omnes totius mundi infirmitates, & mortui, omnes contra me coniuraſſent, credebam ſemper ſat me habere virium ad emergendũ

ſuper omnem ventum, & quamcunque tempeſtatem: ſed quod eſſe poteſt tantum ingenij lumen, quod non ſubeat Eclipſin, & quod ita adamantinum vſquam reperiri poterit cor, quod non in fornace tam ardentis afflictionis diſſoluatur! Tu me in ſublime extuliſti, vt ſolent pueri ad arboris cuiuſpiam ramos, mihi vt in altum ſublatæ, humeros & vires demeteres, & poſtea me lapſu tantò magis ignominioſo proſterneres, quanto mea fortuna magis erat exaltata. Si eſſem nunc ſub humili tecto domûs, in qua me in auras mortales prodire voluiſti, ô quàm mihi viderer fortunata? Tu me magno collocaſti lumine, vt non poſſem eſſe infortunata, niſi toto mundo teſte & conſcio mei infortunij & opprobrij. Et tamen, mi DEVS, tu ſcis me ſemper caſtos habuiſſe oculos; nullumque vnquam alium amorem in cor meum admiſiſſe, quàm mei mariti legitimum. Melius equidem eſt pati in innocentia, quàm in crimine: attamen res omni commiſeratione digna eſt, videre caſtitatem tam indigna perſecutione exagitari: Bonus Paulinus minimè crimini, quod illi obijciebatur, obnoxius, me ad alterum mundum præceſsit, &, velut victima quæpiam, immolatus eſt Domini ſui zelotypiæ: eius ſeruitia longè alijs coronis compenſari merebâtur. Mea, mea eſt amicitia, tam caſta, quàm infortunata, quæ eum perdidit: peccata mea tam ſunt magna, vt nequeam facere benè, niſi faciendo mala. Mi DEVS, ea per meam mortem, ſi lubet, expiato, & me à vinculo iſtius opprobrij exoluito.

Vanitates & inconſtantia negotiorum mundi.

Afflicta hæc Domina commorans in cordis ſo-

Digitized by Google

litudine, ad inſtar alicuius turturis, ingemiſcebat. Noctes ei graues & crudeles erant: ita eius ſomnus inſomnijs & phantaſmatibus, quæ maiori, quàm dici poteſt, horrore, ſuam ei repræſentabant calamitatem, inquietabatur! Quando autem ſol oriebatur, vt ſuis radijs omnes exhilararet creaturas, palpebras oculorum huius afflictæ Principis, ita rorulentas deprehendebat, vt eas nequiret exſiccare.

Interim Aula Theodoſij non ſatis gnara quænã in ea ageretur Tragœdia, triſti admodum ſqualebat ſilentio. Imperator ipſe vultum ſolitudinis, ſimul & ſolicitudinis plenum, vt erat, oſtendebat; Imperatrix autem facie deiectâ & macilentâ maximi doloris imaginem præ ſe ferebat; at prudens Pulcheria in admiranda diſsimulatione ſe continebat. Subitanea mors Paulini inducebat in ſuſpicionẽ funeſti alicuius caſûs; de qua morte quilibet, prout cogitatio ei incidebat, ſermonẽ miſcebat. Sed ſubitò animaduerſum fuit Eudociã à conſilijs eſſe remotam, à negotiorum tractatione reiectam, imperiali inſuper thalamo priuatã, deniq; ab omnibus ijs, qui eam antè adorabãt, derelictam; paucis, vitæ ciuili penitus mortuã; naturali autem ſolùm eam viuere ad intuenda ſua funeralia. Creditur Pulcheria (quæ eam abeſſe cupiebat) timẽs ne eius præſentia ignem fotum ſub cineribus in corde Imperatoris ſuſcitaret, vt, in præiudicium negotiorum Imperij, illud poſsideret, curâſſe ſtatim ei ſuggeri conſilium itineris ſuſcipiendi in terram ſanctam. Verùm longè eſt credibilius ipſammet Imperatricem iter hoc pro-

Receſſus Eudociæ.

prio

prio motu, ob cauſam, quam iam dicturus ſum, ſuſcepiſſe.

Pia quædam Matrona Romana perilluſtri ſanguine orta, Melania dicta (quę præclarâ ſui nominis famâ ſolitudines, ciuitates, Prouincias, quin & vtrumq; Imperium repleuerat) tendens in Palæſtinam, vt ibi quod reſtabat vitæ, in pace & quiete tranſigeret, Conſtantinopoli tranſiuit.

Hæc, cùm in Aula Imperatoris hoſpitio eſſet excepta, & ibidem Eudociam, raris quidem ingenij dotibus exornatam, ſed rudem adhuc in delicijs, quæ in intima rerum ſpiritualium exercitio inueniuntur, aduertiſſet, conata eſt earum guſtũ ei ingenerare. Illa, quæ tunc eſt omni proſperitate & affluentia deliciarum florentis Aulæ verſabatur, sàt eſſe ſibi imaginabatur, ſi ſic res ſpirituales & deuotionem tractaret, vt quiſpiã Dux belli, inter arma Philoſophiã, forinſecus ſcilicet & ad ſpeciem. Verùm quando triſtis ille caſus, non aliter atque ferrum conterens petram, ſcintillas feriò fecit volitare, illa cœpit ſummo teneri deſiderio deſerendi Aulam (in qua quod hactenus fuerat non amplius erat,) & adſpirare ad loca terræ ſanctæ non ſecus atque ceruus ſitiens ad fontes aquarum. Crediderim eam tunc conſuluiſſe Chryſaphium, potentem Eunuchum, qui ab infantia Theodoſium gubernârat, & magnæ erat auctoritatis in Aula: quippe, qui & cuniculis aduerſum cuniculos clanculum agebat contra nimiã, quam eius iudicio, Pulcheria ſibi in negotijs adminiſtrandis aſſumebat auctoritatẽ. Verùm accuratè cauebat ne apertè

Digitized by Google

cum illa concurreret, contentus vt per Eudociam, iuxta inſtructionem, quam ipſe illi ſubminiſtrabat, ſua ageretur perſona. Homo hic apprimè verſatus in negotijs, iudicauit è re Eudociæ futurum, ſi nonnihil recederet ab Aula, ac dein altiorē faceret ſaltum. Iudicabat ſcilicet magni Imperatricis intereſſe, vt ad tempus paululùm abſcederet: ſic enim futurum, aiebat, vt abſentia maius illius excitaret deſiderium. Interim promittebat ſe fidelē apud Imperatorem ei operam nauaturum, & datâ occaſione, commodo tempore & loco facturum officium fidelis ſerui. His ita conſtitutis, conſilium de itinere Hieroſolymam ſuſcipiendo concluditur: de licentia ab Imperatore impetranda non multùm erat laborandum. Pulcheria ſiquidem per quam ille agebat, vt per organum, in id propendebat. Vbi ad ſeperationem, quæ valde erat ſenſibilis tum Imperatori, tum Imperatrici, qui tam longo tempore, & tam ardenter ſe amarant, ventum eſt, non intermiſit Eudocia, copioſè ex oculis perfluentibus lacrymis, dicere marito ea, quæ ſequuntur.

Apologia Eudociæ.

Sacratiſsime Imperator, cùm in eo ſim ſtatu, vt vix amplius alibi te ſim viſura quàm in altero mundo, ideò puto me opera pretium facturam, ſi cor meum apud te exonerauero. Ecce ſum in procinctu, vt diſcedam non ſolùm ex Aula, ſed etiam, ſi ita mandas, ex vita hac. Non me affligunt deſideria honorum & deliciarum: ſemper enim iudicaui proſperitatem huius mundi ſe habere inſtar canalis dulcis aquæ, qui ex ea nihil retinet, & emiſſa cum fuerit, fluit in mare ſalſum. Quod

autem

Digitized by Google

autem me affligit, eſt, quòd, cùm ad tuam Aulam duas dactylothecas, ſeu margaritas inæſtimabilis pretij attulerim: virginitatem ſcilicet, & tam boni & integri nominis famam, quàm vnquam in meæ conditionis puellam cadere potuit. Illam tuo conſecraui thalamo, quam potius debueram dedicare DEO; hæc autem mihi erepta eſt tua, ô Imperator, ſuſpicione, fundatâ, ſuper repentinā verborum oppreſsionem, quæ mihi turbatæ, quia te turbatum vidi, infelici contigit. Tu morte affeciſti Principem, Paulinum, & hoc faciendo non me amatore aliquo priuaſti, ſed teipſum bono & fideli ſeruo ſpoliaſti. Et vtinam vox eius ſanguinis in tribunali Summi Iudicis te aliquando non accuſet! Spero Deum, qui eſt protector innocentùm, cauſam meam quandoque ſuſcepturū: ſpero & te poſtquam lux veritatis tuarum ſuſpicionum nebulas diſsipârit, ad minus mihi reſtituturum honorem, quem vnicè ſemper ad vſque cineres mei ſepulchri perducere deſideraui.

Theodoſius neſciebat aliter ei reſpondere, quàm oculorum pupilla, quæ iam oris munere fungi occipiebat: nec certè multis ſimilibus verbis fuiſſet opus, ad eius animam *vſque ad fundamētum in ea* commouendam; niſi Pulcheria clamans, ohe iam ſatis eſt, in tempore interueniſſet, docēs præterita non eſſe reuocanda; in ea ſiquidem DEVS nullam nobis aliam tribuit poteſtatem, quam plenam eorum obliuionem: pergeret proinde, Deo duce, Imperatrix Hieroſolymam, ad deuotionem ſuam implendam. Addebat, ſi eſſet libera à ſeruitute negotiorum Imperij, ſummū è

Digitized by Google

ſuis votis illud eſſe, vt ſe illi itineris ſociam adiungeret.

Iter Eudocia in Palæſtinam.

Sic rebus inter auguſtos conſtitutis, Eudocia Cõſtantinopoli, rectà tendens Hieroſolymã, diſceſsit. Et verè dici poteſt quòd omnis gratia, omnis lætitia, omneſq; deliciæ Imperialis Aulæ cũ illa diſceſſerint. Omnia ſiquidem Conſtantinopoli poſt eius abitum triſtiſsima apparebant; dum interea campi Palæſtinæ longè latèq; ad primos nitentis huius Auroræ radios viderentur ridere. Quocunque tranſibat, populus cateruatim ad eam videndam accurrebat; magno vbique plauſu & excipiebatur, & recipiebatur, non ſolùm res peregrinantibus neceſſarias ſuppeditando, ſed etiam elegantibus orationibus & eximijs beneuolentiæ ſignis ſalutãdo & honorando. Nominatim autẽ eius Antiochiam aduentus fuit celebris: dicitur enim quòd ſalutata eximiâ oratione à Senatu illius Vrbis, ex tempore ſedens in aurea ſua rheda eidẽ Senatui promptiſsimè reſponderit, & inſuper tanta cũ gratia & comitate famoſam toto orbe eorũ ciuitatẽ laudauerit, vt Principes eiuſdem ciuitatis, capti illius humanitate, ei duas ſtatuas dedicarint: vnam aureã in ipſo Senatu, vt Imperatrici; alteram æreã in ſua Bibliotheca, vt decimæ Muſæ. Ingrediens Hieroſolymã non aliter, atq; Angelus è cælo veniens fuit excepta: præcipuè autem Clerus ob eius aduentum, audiens eam velle ibi habitare, omnibus inceſsit lætitijs. In eam enim venerat opinionem, quòd ex eius ibi commoratione magna vbi opus foret, Eccleſia acceptura eſſet non ſolùm auxilia, ſed & incremen-

cremen-

Digitized by Google

crementa. Ei ab eodem Clero perſuaſum eſt, Dauidem de illa prophetizâſſe, quòd muros Hieruſalem eſſet reædificatura, quia Pſalmo quinquageſimo, vbi hæc verba, iuxta vulgatam verſioné, leguntur: *in bona voluntate tua ædificuntur muri Ieruſalem*, ſeptuaginta verterunt, ἐν εὐδοκίᾳ. Ingenioſa prorſus illa explicatio non fuit abs re, quia etſi ſenſus ille non fuit litteralis, ſuam tamē habuit executionem. Pia ſiquidē Imperatrix tēporis progreſſu eos pulcherrimè reparauit. Ibi tūc tanquā in altero mundo cœpit viuere, ibi videbatur ſibi humeros onere graui, inſtar alicuius montis liberaſſe. Ibi aurā hauriebat prorſus aliam, quàm in Aula, & longè aliter ſentiebat de rebus diuinis, quàm hactenus; totum eius ſtudium erat orare, & meditari; audire exhortationes & colloquia ſpiritualia, legere & addiſcere Sacram Scripturam, ſeminare charitatis opera, vt inde colligeret merita, viſitare cellulas Anachoretarum, notare quomodo eorum veſtimenta & cingula eſſent confecta, addiſcere eorum viuendi modum, multiplicare monaſteria, efficere, dote ſuppeditata monaſterijs, vt Deo deuotæ virgines velarentur, congregare ſacras Martyrum reliquias & ſimilia pietatis opera exercere.

Theodoſius intelligēs eius in Palæſtina viuendi modum, & honores, qui vbiq; in itinere illi exhibiti fuerunt, iudicauit Deum fauere eius innocentiæ. Vnde ex eo tempore flammæ caſti amoris cœperunt magis reuiuiſcere & igneſcere, quàm vnquam aliàs. Illam autem duplici amore diligebat. I. intuitu eius meritorum II. affectu

Chryſaphius tractat reditū Imperatricis, & ſimul ſtudet ſuis commodis.

commiſerationis, ob læſam eius innocentiam. Ei pergratum erat ſi de ea ſeorſim cum illo agebatur, & vita, quam in illo nouo mundo ducebat, ei explicabatur. Hoc aduertens Chryſaphius, rem Eudociæ prout ei diſcedenti promiſerat, egit ſtrenuè & fideliter. Animaduertens enim die quodam Imperatorem bene diſpoſitum, iacta alea, ſic ei locutus eſt.

Sacratiſsime Imperator, quouſq; tandē præſentia, Sanctæ iſtius Imperatricis nos priuabis? ſemperne deſerta Palæſtinæ tantò noſtro cū præiudicio eam poſsidebunt? Non capio quomodo tuū palatium non potuerit eam ſufferre virtutē, quæ ſe videndam, audiendam, imò & adorandam in vaſtis illis incultisque ſolitudinibus ſumma cum omnium admiratione exhibet. Bona Domina abundè ſatis iam paruam linguæ ceſpitationem, & lapſum, in quo vix vllum cernitur delictum, perſoluit. Cæterùm ſcire debes, fidem ſemel tibi datam, nunquā eam violaſſe: & pro hac veritate paratus ſum ſupra Sacroſancta Euangelia iurare, manumque meam igni inijcere. Sed & hoc ita ſe habere ſatis iam DEVS per vitam illam, quàm ſanctè ibi tranſigit, declarauit. Quod factum eſt, infectum fieri nequit: mortuis non poteſt reddi vita, ſed viuis, vt iniuſtè ablatus honor reſtituatur vrget & obligat conſcientia. Ecquid tandem impedit quo minus breui eam tuo adſtantem lateri, coràm præſentem videamus? Theodoſius reſpōdit, ne dubita, id percuperē: ſed tu melius nôſti, in quo ſit remora: vereor ne nō id probetur ſorori meæ. Reſpondit Chryſaphius: certè

certè Sereniſsimæ, Maieſtatis tuæ, ſorori ſatis eſſe deberet, quòd tu ei ampliſsimam adminiſtrãdi negotia Imperij contuleris poteſtatem; non item, quæ tuum concernunt matrimonium, & honorẽ bonæ Principis, tuæ Coniugis. Cuius næuos, ſi qui eſſent, regali purpura tegere deberet, & agendo conforme rectæ rationi, eius meritum neceſſariò honorare. Sed ſine me, ſi lubet Imperator, agere, faxo, vt eius rei capax reddatur.

Theodoſius ea de re ſtatuendi totam illi cõtulit poteſtatem: qua accepta, vt habet probabilior ſententia, monuit Imperatricem, vt ſine vllo rumore, ſed maxima cum feſtinatione Conſtantinopolim verſus adproperaret. Quod vbi factũ intellexit, fecit vt Imperator, ſub ſpecie eundi ad venationẽ, eam videret, ei loqueretur, & de eius ingreſſu, tum in vrbem, tum in Palatium, tractaret. Qui ingreſſus cùm penè eodẽ temporis momento eſſet publicatus, tota Ciuitas, quæ eam ardentiſſimè diligebat, ſe obuiam ei effudit. Et ecce, ita repente adfuit, ac ſi per aërem aduolaſſet. Ei omni cum honore, & magnificentia, omnibus applaudentibus, in palatium inductæ, Pulcheria, licet obſtupeſceret tam repentinum eius aduentum ſubito adeſt hilarem vultum oſtendit, illam amplexatur, illam multis interrogationibus circa eius peregrinationem detinet, eique non niſi de monaſterijs, de crucibus, de reliquijs, & his ſimilibus loquitur: interim ſatis in ſecreto oſtendit eum, qui eius procurauit reditum, parùm ſibi gratum feciſſe. Chryſaphius ſciens ſe habere negotium cum fœmina imperioſa, ſo-

Digitized by Google

ſerte, & à ſua iuuentute in negotij Imperij apprimè verſata, quæ ei nunquam eſſet ignoſcitura, ſtatuit alteram iacere aleam: eam ſcilicet remouere à publicis negotiis, credens ſe ad id ſatis per Euduciam habere auctoritatis. Nam amor, quo eam poſt eius reditum, proſequebatur Theodoſius, erat inſtar validi alicuius torrentis, qui cùm diu fluere fuerit prohibitus, tandem magna vi omnes aggeres, omnia repagula perfringit, & vehementi quodam impetu omnes agros cooperit ſua inundatione. Paucis, ita ardenter Theodoſius Eudociam diligebat, vt nihil ei denegare poſſe videretur. Quare Chryſaphius, cuius nomen ſonat aureum ſartorem, poſtquam vnum ſui opificij conſuit ſuturam, conſuit & alteram, & quidem longè audaciorem prima: fretus enim patrocinio Eudociæ, eo tempore conuenit Imperatorem, quo aduertit ardentiori in eam ferri amore: vterque autem ſimul, vti ab eo faciliùs, quod volebant, obtinerent, oſtenderunt I°. Sereniſſimam eius ſororem quotidie, prout ſæpius teſtata fuerat, ad quietem aſpirare: iuſtiſsimum proinde eſſe, & hoc omni modo deberi ſeruitijs, quæ illa imperio præſtiterat, vt voti compos fieret, II°. Permirum eſſe illam cùm, per votum virginitatis, DEO & Eccleſiæ ſe deuouerit, in Aula tantas moras trahere. III°. Poſthac Theodoſium eam apud ſe habiturum perſonam, quæ meritò primum apud illum amoris & charitatis locum teneret: in ea proinde poſſe illum requieſcere, & per illam animi curas nonnihil leuare: quod ſi faciat rationi maximè conſenta-
neè

neè acturum. Ea autem perſona erat eius vxor. Euolocia. IV°. Genium Pulcheriæ non per omnia eſſe ſimilem Eudociæ. Quando autem aſtrum vnũ oritur, alterum ei oppoſitum occumbit.

Theodoſius negotium hoc apprehendebat, vt veſtigium omnium, quod vnquam fixit, in lubrico periculoſiſsimum. Sed amor quid non poteſt? & fœminarum blanditiæ quod non obtinent? ſolicitatus Theodoſius aſsiduã Eudociæ & Chryſaphij importunitate, eorum acquieſcit petitioni. Vocat itaque Flauianum Patriarchã eumque rogat, vt Pulcheriam ſororem ſuam in ordinem virginum, quæ ſe Eccleſiæ miniſteriis dedicarunt, redigat: & hoc ſiue velit, ſiue nolit. Flauianus hunc procedendi modum plurimùm admiratus eum hortatur, vt antequam id ſtatuat, bene conſideret: talem enim iacere aleam, eſſe vnam è rebus ſummi momenti, quare vnquam ſua in vita decreuerit. Timendum proinde ne ſe, ſuúmque ſtatum in periculum conijciat. Reſpondet Imperator rem ſe accuratè perpendiſſe, ideoque, vt fiat, ſuam eſſe voluntatem, quam exactè velit ab eo executioni mandari. Patriarcha Pulcheriam, quæ vnicè ab omnibus Ordinibus Clericorum ac Religioſorum amabatur, monuit, vt aliquandiu, quò luberet, ſecederet, & ſe inueniri non ſineret, alioquin ſe coactum iri aliquid facere, quod minimè vellet. Bona Pulcheria, quid Patriarcha vellet indicare, probè intelligens (iã enim ſibi ſuiſque rebus contra eorũ conſilia proſpexerat) nihil ſua virtute indignum fecit: nam videns ſtatum rerum eſſe mutatũ, per mutationẽ *Virtus Pulcheriæ.*

vo-

voluntatis ſui fratris Imperatoris, itá lubens ac volens negotiorum tractatione, atque induſio diu geſtato, ſe expoliauit; & deinde recedens ab Aula, ad inhabitandam domum quampiam Conſtantinopoli aliquantulùm diſsitam ſe contulit. Vbi mirabili Sanctitate vixit. Virtus eſt velut cubus, (is gerit figuram omni ex parte quadratam qualis eſt teſſeræ) quæ, quamcunque in partem eam ieceris, ſemper inuenitur ſuper ſuam baſim, humilitatem ſcilicet.

Chryſaphius inuoluit Imperatorem & eius cõiugem in hæreſin Eutychis.

En ergo nouæ gubernationis facies, quæ inchoatur ſub Eudocia & Chryſaphio. At, malo omine, homo dierum malorum inueteratus, nomine Eutyches, in campum prodit, ad hæreſin diſſeminandam. Is affirmabat alium eſſe Chriſtũ, aliud DEI verbum, negans Chriſti carnem noſtræ eſſe ſimilem, negans & duas in eodem ſuppoſito naturas, at de cælo corpus deſcendiſſe, ac in Virginis vtero tanquam Solis radios penetraſſe, aſſerebat: vt viſum quidem fuerit ex muliere generatum, quamuis verè non fuerit. Hypocrita iſte taliter gypſo rem illinebat, vt diceret doctrinam hanc ſe docere pura puta, quam erga DEI Filium haberet, reuerentia. Hoc erat *lapis offenſionis, & petra ſcandali*, in quam complures bonæ animæ impingebant. Cùm homo nefarius pergeret nefariam ſuam propoſitionem diuulgare & confirmare; Epiſcopi vt in tempore eum reprimerent, ſeſe ei oppoſuerunt. Ille autem vt eſſet in tuto, inter Chryſaphij brachia ſe proiecit. Qui Chryſaphius non contentus magno animi ardore ſuſcipere eũ defendendum, eiuſque hæreſim tutandam, niſi etiã

eâ

ea inuolueret Imperatorē Theodoſium, & Eudociam eius coniugem: Primò quidem per magnam ſimplicitatē, deinde per admirandum infortuniū, quod eos ferè in extremum præcipitaſſet barathrū: ſed diuina bonitas aliter diſpoſuit. Theodoſius Sanctus aliàs, & Religioſus Imperator, Religioſos & Sanctos perſequebatur: Leoni Papæ in gratiā Eutychis ſcribebat: pſeudoconcilia celebrari faciebat, & ſeditioſos armorum ſuorum vi protegebat: & quidem eouſque, vt facinori commiſſo in probum Patriarcham Flauianum, expreſſis literis patrocinaretur.

DEVS bone, quid non facit ſanctitas ſimulata ad ſubuertendos ſimplicium animos? quid non itē facit malus ſeruus vbi ſemel nimirùm facilem Domini ſui animum poſſederit?

Pulcheria, quæ aliquot ante annos viderat naſci hæreſin Neſtorianam, & eam magna ex parte, dum adhuc in negotijs Imperij adminiſtrandis verſaretur, prudenti ſua directione pullulantem ſuffocarat. Nunquam ea in electione noui alicuius dogmatis decipiebatur; quia conſtantiſsimè adhærebat doctrinæ Sedis Apoſtolicæ. Quod omnibus eius pro Dei gloria bono Imperij in cœptis largam dabat benedictionem: eamque regnare faciebat in animis omnium populorum ſicut & illa ſuper ſacroſancta altaria faciebat, vt vera Religio dominaretur. Vnde omnis tam Orientis, quàm Occidentis Clerus eā ſingulari amore proſequebatur, & vt ſua in auctoritate permaneret, faciliuſq; grauiſsima Imperij onera ſufferret adiuuabat: quod nō exiguo ſolatio & fulcimento illi erat.

Magna prudentia eſt, vera Eccleſiæ doctrinæ adhærere.

Omnes

Digitized by Google

Omnes quotquot contra has poteſtates ac potentias voluerunt arietare, cornua perdiderunt. In cuius rei cõfirmationẽ præclarè Ariſtobulus Rex Iudæorũ, politicus omniũ maximus, qui vnquam Regnũ illud gubernarunt. Is in lecto mortis exiſtens liberè ac ingenuè faſſus eſt, abſurdiſsimũ omniũ, quæ vnquã commiſit in materia politica, fuiſſe, quòd plus æquo preſſerit Phariſæos, qui tunc tẽporis legitimã auctoritatẽ in negotijs Religionis habebant. Quare, ſuaſit Alexandræ vxori ſuæ, vt cum ijs omnibus poſsibilibus modis ac vijs benè cõueniret. Quod hic ſuadebat propter rationes politici ſtatûs, Pulcheria exercebat ob conſiderationes longè altioris obiecti ac ordinis, nẽpe Chriſtianæ pietatis; tenens ſe firmiter ac conſtanter ad immobilẽ petram S. Petri; ad eum ferè modũ, quo vnionum matres ſe rupibus applicare ſolent quamdiu durat tempeſtas. Si maledictus iſte Eutyches eo tempore in Imperio Orientali cõparuiſſet, quo illa regni adminiſtrabat negotia, eius hæreſin euaneſcere feciſſet, ſicut glacies vnius noctis, incaleſcentibus radijs ſolaribus, euaneſcere cõſueuit. Sed, ah dolor! tunc erat Regnũ tenebrarum. Chryſaphius perpetuò aures & cor Imperatoris Theodoſij obſidebat, mutãs quadrata rotundis, & ſuſq; deque, iuxta motum paſſionis animi, vertebat. Sed & ſecum trahebat Eudociam, quæ dum in materia Religionis, aliud ſibi ſapere videbatur, ſe ipſam perdebat, ſequens potius dictamina ſui ingenij, quàm ſanctæ humilitatis veſtigia, quæ tamen longè magis eius ſexui conueniebat.

Pulcheria, quæ egregiam iſtam, ſi ſuperis placet,

cet, œconomiam intelligebat, vidẽdo tum fratrẽ, tum eius vxorem, affinem ſuam, excuſſo ſalutarium documentorum, quæ ijs ſæpè dederat, iugo, in apoſtaſiam lapſos, tota quanta mœrore exareſcebat. Et cùm eos nequiret accedere, vt corám præſens loqueretur, faciebat vt oculorum ſuorum pupilla, ſuis in orationibus continuè lacrymans, Deo loqueretur. Scribebat Romam, modò Imperatori Valentiniano ſuo propinquo, & affini; modò Eudociæ Iuniori eius coniugi, & filiæ noſtræ Eudociæ; modò etiã ipſi Papæ Leoni, eos ſolicitãdo pro reductione erraticarũ ouiũ, quæ, relicto ouili, vagabantur in deſerto. Paſsim vbiq; Religioſorũ agmina diſponebat, vt orationũ armis Devm ad id, quod petebat, dandũ cogeret: ſed & eodem tempore cæleſtes potentiæ ſuis ſtrenuè defungebantur officiis. Abundè ſufficiens erat pugnantium manus ad expugnandum cor Theodoſij, quod nunquam in malo fuerat induratum.

Qui tandem aliquando euigilans, quaſi ex longo & graui ſomno, oculos aperuit, & ingenti cum horrore vidit barathrum, in quod cæcè ibat ſe præcipitatum. Quare deteſtans infelicẽ Eutychẽ, eum Eccleſiæ cenſuris permiſit. Pulcheria anno quarto poſtquam ab Aula fuerat ablegata, magno cũ triumpho, & omnium Ordinum hominumque applauſu ad eandẽ, poſtliminiũ, eſt reducta. Prima eius cura fuit apprehendere Chryſaphium, & via ac decreto iuſtitiæ ad alterũ mundũ eũ mittere, vt hunc amplius non turbaret. Quo in facto oſtendit quòd cæterũ viuẽs velut apis in deliciis perpetuæ virginitatis, non ſolũ mel haberet, ſed etiam pun-

Theodoſius reductus fidei.

gen-

gentem aculeum. Eudocia probè aduertit primã ſuam Dominam, & Heram redijſſe, ei proinde ob iſtam mutationem cor totum quantum exulcerabatur. Non amplius recordabatur conditionem Athenaidis, neque, quòd aliquando in humilitate & paupertate poſita, petierat, vel poſſe tantùm habere ſe locum ſub Pulcheriæ pedibus; quam tamen poſtea ad ſuum latus nequiuit ſufferre. Permirum eſt quomodo aura Aulica, quaſi per neceſsitatem, inſufflet ambitionem. Duæ iſtæ animæ, ambæ mundæ, quas in principio, vt dixit quidam vetus Auctor, foramen vnius acûs capere poſſe videbatur, dum ſcilicet inter ſe erant concordes; nunc autem in diſcordia conſtitutæ, mundus ijs nimis eſt exiguus, vt ab inuicem procul ſe poſsint dilatare. Eudocia tædio affecta ex tot Aulæ reuolutionibus cogitat redire Hieroſolymã, vt peregrina, facto tamen prius ſolenni juramento ſe vnquam Conſtantinopolim pedem relaturam. Et quidem reipſa ſibi Palæſtina extruxit ſepulchrum vt paulò pòſt videbimus.

Theodorus in epitome, ſeu compendio ſuæ hiſtoriæ inſinuat eam non ſe commiſiſſe itineri ante mortem Imperatoris Theodoſij mariti ſui: quæ paulò pòſt contigit. Dixiſſes probam eius ſororem Pulcheriam recto in tempore ad Aulam redijſſe, vt eius animam ad bonum & felicem egreſſum ex hoc mundo ad alium diſponeret. Annum quinquageſimum aut circiter agês, obijt. Regnarat iam quadraginta tribus annis ſatis feliciter, niſi immaturum & intempeſtiuum illud diſcordiæ pomum perquam, furiosè illius Aulæ pacem inter-

interturbâſſet, eiuſque vitam multis amaritudinibus maceraſſet. Quod probabiliſſimum de deeius morte legitur, eſt, quòd in venatione ex nimio conatu ex equo ceciderit, & ſpinam dorſi taliter læſerit, vt ad palatium eum in lectica reportari oportuerit. Quo ex caſu aduertens mortem ſibi inſtare vitam innocenter (doluit enim vehementer de morte Paulini) tranſactam morte verè Chriſtianâ ſubſignauit. *Mors Theodoſij.*

Cæterùm Princeps fuit vitæ integerrimæ, Religioſus, doctus, clemens, benignus & comprimis patiens, cui nihil poterat exprobrari, quàm nimia naturæ facilitas. Ea enim ſubinde ei faciebat cor cereum, quod manibus eorum qui circa eum proximè verſabantur, facilè ſubigi poterat, & ad ſuſcipiendam omnis generis formam induci. Et hoc ferè fuit cauſa eius ruinæ. Verùm hoc inter cætera bene egit, quòd eximijs conſilijs & admonitionibus ſuæ ſororis, quæ vehementer eius bonum deſiderabat, & aliud in ſuis laboribus non ſpectabat, quàm gloriam & quietem eius Imperij, firmiter adhæſerit & acquieuerit. Inſeruimus hîc eius effigiem cum Elogio.

Digitized by Google

EFFIGIES

THEODOSII.

FL. THEODOSIVS IVNIOR, ARCADII ET EVDOXIÆ FILIVS, OCTO ANNORVM PVER ORIENTALE CEPIT IMPERIVM, ET PER ANNOS QVADRAGINTA TRES PVLCHERIÆ SORORIS AVSPICIIS, ARMIS ET LEGIBVS FELICITER ADMINISTRAVIT: PRINCEPS DE MELIORE NOTA CHRISTIANVS, VITÆ INTEGERRIMÆ, DIVINIS LECTIONIBVS INTENTVS, PATIENTIA ET CLEMENTIA SVPRA CÆTEROS CLARVS.
OBIIT CONSTANTINOPOLI ANNO
CHRISTI CDLII. ÆTATIS XLIX.

Supra Imaginem Theodoſij.

In cui ſceptra carent faſtu, clementia felle
Nullo mixta fuit, nullo vita illita fuco:
Cui ſolidus pietate adamas præcordia cinxit,
Crux dextram armauit, clypeus fuit aſtrifer orbis,

Non

Non habuit ex ſua vxore Eudocia prolem maſculam: imperium autem in colum non cadebat. Quod vnum duas has Principes, quæ hucuſque tenuerant gubernacula, inuitabat ad canendum receptui. Sed Pulcheria rebus bene geſtis in adminiſtratione imperij celebris, videbatur prorſus neceſſaria. Adde quòd nec animus ad vlterius gubernandum illi deerat.

Matrimonium Pulcheriæ & noua gubernatio.

Cùm ergò Theodoſius, ſuadente ſuo conſilio in Martianum, vt ſucceſſorem in imperio declararet, oculos coniecíſſet, Pulcheria ſolo titulo matrimonij, cum mutuo vtriuſque partis conſenſu de virginitate ſeruanda, ei nupſit. Puella hæc nata, factaque erat ad gubernandos homines & imperia. Dum hæc agerentur, exceſſerat iam annum vitæ quinquageſimum; imperium autem triginta ſeptem annis vel circiter adminiſtrarat: & ecce reſumit noua imperij gubernacula cum viro totius mundi optimo. Is ſolummodò mariti nomē gerebat, re autem ipsâ Pulcheriæ ſeruiebat, & ea humilitatis præſtabat obſequia, quæ maiori reuerētia & animi ſubmiſsione à proprio filio matri præſtari non poterant. Nequibat ea ex omni terrarum orbe virum meliorem eligere. Hic vt rebus geſtis celeberrimus, ita & pietati & iuſtitiæ naturaliter erat deditiſsimus: nec non aduerſus neceſsitates generis humani miſericordiſsimus. Erat is maximè ſtrenuus & bellicoſus: toto enim vitæ ſuæ tempore tractarat arma; vnde, durante eius imperio nullus barbarorum auſus eſt ſe contra eum mouere. Ita omnibus erat formidabilis! Nemo vnquam ſatis mirari poteſt, per

quos anfractus & mæandros Deus ad faſtigium ſummorum, qui in mundo reperiuntur, honorum gradus prouexerit, deduxeritque. Humili admodum erat loco natus: Thracia erat ſedes eius natiuitatis; bono ei docili erat ingenio, corpore comprimis robuſto. Quod ei fuit argumento, & incitamento militiæ ſe applicandi. Cui vt Tyro inſcriberetur, pergens Philippopolim, forte fortuna incidit in cadauer hominis recens occiſi, quod, cùm, miſericordia motus (gerebat enim viſcera raræ commiſerationis) accingeret ſe ad mandandum ſepulturæ, fere eadem illa miſericordia mortem ſibi comparaſſet. Cùm enim in opere ſepeliendi dictum corpus inuentus fuiſſet, ei manus non aliter iniectæ ſunt, quàm ſi ille ipſe patrator fuiſſet illius homicidij: & non alio fine foſſam fodiſſet, quàm ad crimen ſuum cooperiendum. Pauper, ſuam quidem pro viribus tuetur innocentiam, ſed coniectura commiſsi facinoris præualuit eius defenſioni. Habebat iam caput ſub gladio carnificis, quando, ecce bona fortuna, is, qui homicidium patrarat, conuictus propria confeſsione de crimine commiſſo, adducitur. Hic homicida caput ſuum eo in loco, in quo innocens ſuum habuerat, gladio præcidendum ponit; Martianus autem ſuum inde ſaluum retulit, vt aliquando ſub carbunculis & adamantibus coronæ imperialis, inſtar orientis ſolis, fulgere cerneretur. Sed ad eam dignitatem non pertigit, abſque diuturna ſufficientis peritiæ militaris probatione: quæ eum de gradu in gradum per omnia cilicia (veſtes ſcilicet ex villis caprarum ac hircorum

rum

Digitized by Google

rum confectas, ad excipiendum ſagittarum impetum) longæ ac laborioſæ militiæ, tranſire fecit. Qui, licet tunc eſſet præmaturæ ætatis, quando id, bona fortuna, ei contigit, ſummus tamen, peritiſsimuſque totius imperij Dux habebatur. Vnde in eo eligendo haudquaquam potuit errare Pulcheria. Bonus hic maritus, qui vxorem ſuam, vt ſanctam reuerebatur, & eius conſilijs omnia omnino dirigebat, in dieſque ſingulos eius conuerſatione mentem ſuam, & in Religione, & in politia magis ac magis erudiebat, intra breue tẽpus ex hac Pulcheriæ ſchola in virum tam egregium, tamque perfectum euaſit, vt omnium Imperatorum, qui à Conſtantino Magno vſque ad id temporis imperiale ſceptrum manu geſtarant, perfectiſsimus haberetur. DEVS amorem ſuum, & fidelem protectionem aduerſus Martianũ patenter oſtendit, quando eius imperij anno ſecundo auertit ab oriente furioſum Attilam, qui iam fere ſupra ciuitatem Conſtantinopolim mugiebat, vt ſolet tonitru, antequam edat confractionem & conquaſſationem.

Bona fortuna Imperij Martiani.

Attila iſte, natione Scytha, præſtantiſsimus Dux, qui poterat excogitari, ſibi totius mundi imperium promittere non dubitabat. Eum proinde in finem cum ſeptingentorum circiter hominum millium exercitu prodijt in campum. Qui exercitus externis & efferatis nationibus conſtabat. Eæ, velut ſpuma quædam terræ, erant egreſſæ è ſuis finibus, & eius ſe, ob magnam experientiam, quam in armorum tractatione habebat, cõductui & directio commiſerant. Erat vir alioquin

exiguæ ſtaturæ, vultu deformi, ingenio feroci, pectore lato, capite craſſo, oculis deformibus, naſo vltra decorum, ſimo, barba raſa, & iam canitie nonnihil aſperſus tanto cum faſtu incedebat, vt terram ſuis veſtigijs indignam iudicare videretur. Et quamuis totus quantus eſſet barbarus, tanta nihilominus honoris cupiditate, & ambitione tenebatur, vt, exiſtens aliquando Mediolani & contemplans picturas, quibus Imperatores Romanorum cum Scythis, eius conterraneis ad eorum pedes abiectis repræſentabantur, ita ſit indignatus, vt eodem momento pictorem aduocarit, & in throno aureo in ſublime erecto, tum ſe, Regio paludamento amictum, tum Imperatores, tàm orientales, quàm occidentales depingi curarit: ſed magno diſcrimine adhibito: nam hi, ad eũ venientes humeris geſtabant ſaccos aureis nummis refertos, quos deinde ad ipſius pedes effundebant, Volebat nimirum alludere ad maximã auri, argentique quantitatem, quam partim ab imperio rapuerat, partim & à Theodoſio indulta fuerat: vt ſic eius arma ab imperio auerteret, credens ſe operæ pretium facturum, ſi ad abigendum ſtatim talẽ hoſtẽ ex ſuis prouincijs, ei præpararet pontẽ argenteũ. Homo iſte factus videbatur ad concutiendas totius vniuerſi columnas. Et propterea ſe curabat vocari flagellum DEI. Nullus erat infans tam puſillus, etiam adhuc intra nutricis brachia conſtitutus, qui audiens nominari Attilã, non putaret ſe lupum videre. Is tamen omni cum ſua potentia, & ſcientia bellica, conſiderans eo tempore Martianum imperare in oriente, non auſus eſt cõ

per-

pergere, ſed perrexit in occidentem, ibique cum imm enſis ſuis copijs ſe effudit. Ibi tunc ſceptra tenebat Valentinianus Iunior, filius ſororis Honorij, cognatus Theodoſij & Pulcheriæ: Princeps ſummoperè laſciuus, & (vti, lector, in decurſu huius hiſtoriæ intelliges) diſſolutus, quippe qui & vitam & Imperium propter ſuam lubricitatē perdidit. Hic Attila omnium primò aggrediens Gallos, reperit, qui non tantum verbis, ſed vel maximè armis ei loquerentur. Nam & Romani, & Galli, ſicut & Gothi non aliter, atque ſolent canes, qui poſtquam ſe inuicem egregiè momorderunt, ſtatim, velut fœdere pacto, ſe congregant ad inuadendum, ſi quis ſe videndum offerat, lupum, communi conſenſu, & armis ad pugnandum contra cōmunem hoſtem barbarum ſub ductu & auſpicijs Ætij, Merouij, & Thierry ſe coniunxerunt: & cùm prælio contra eum in campis Catalaunicis decertaſſent, magnam eius exercitûs partem deleuerunt. Sed non ideò intermiſit ſerpere ad inſtar magni alicuius ſerpentis, qui lapidum ictibus à colonis obrutus, non caret quidem in corpore vulneribus, ſed tamen euadit, ſaluo capite.

DEVS, qui cum ſuperbis iocatur, & cui volupe eſt in ſuo amphitheatro committere, non leones contra tauros, ſed infirmos mundi, cōtra maximas eiuſdem mundi poteſtates, & grande, vt ait Poeta, gerētes ſupercilium, reſeruarat hoc monſtrum, Religioſorum & fœminarum armis debellandum. Mirum eſt, quòd tendenti Romam, vt ad deſtinatum ſuarum ambitionum terminum,

inflato deſiderijs omnia igni & ferro tradendi, in illo applauſu, & ſonitu armorum, tantorumque exercituum ſtrepitu, toto mundo tremente ſub flagello, nunquam ſatis commẽdatus Sanctus Leo Papa ei obuiam procedens, ita efficaciter concionatus ſit, vt cùm velut ad leonem quempiam præferocem venerit, ſicut à miti aliquo agnello receſſerit. Nam Attila mira & inſolita quadã veneratione, & honoris delatione eum excepit, & (vti etiam ante ſimiliter exceperat Sanctum Lupum, Epiſcopum Tricaſſenum) omnia ei, quæ deſiderare potuit, liberaliter conceſsit. Quod omnes eius Duces mirum in modum fuerunt admirati: nam inter reliquos titulos hic Hunnus habebat Cognomen, Inexorabilis ſupplicantibus. Et cùm curioſè ab eo inquireretur, quidnam eius animũ, & agendi modum immutaſſet? faſſus eſt, vidiſſe ſe ad latus Sancti Leonis perſonam multùm venerabilem (erat autem Sanctus Petrus Apoſtolus) quæ ei mortem minabatur, niſi acquieſceret ijs, quæ ab illo petebat Papa.

Attila itaque relinquens Italiam, tranſiuit in Sclauoniam, nullo apud vllum deſiderio ſui relicto præter quam apud fœminam vnam. Eheu! quis id crederet? Honoria ſoror Imperatoris, cognata Pulcheriæ, capta amore illius monſtri: quid in eius imagine, quæ paſsim cum cornibus tauri in fronte poſitis circumferebatur, viderit, neſcio. Meo iudicio, neque pulchritudo eius oculorum, neque venuſtas naſi, vt appeteretur, efficere potuit: nam, qui deformiſsimus eſt omnium hominum, qui ſub ſole verſautur, longè illo eſt pul-

pulchrior. Sed quia nomine præſtantis Ducis, & potentis Regis commendabatur; cæca iſta Princeps taliter hauriebat ambitionis auram, vt, quamuis & paganus, & abominabili monſtro ſimilis eſſet, eum minimè horreret, imò plurimùm amaret. Nam eius paſsio in tantam excreuerat flammam, vt vnum ex ſuis Eunuchis cum expreſſis ad eum litteris expediuerit, eum rogans, vt ſe à ſuo fratre Imperatore petat in coniugem: quo impetrato, dicit ſe magno honori ſibi ducturam, ſi eius efficiatur ſponſa. Hoc nuncio accepto, videns ſe Scytha hic peti à tanta Domina Romana, quæ tam eminentis ſit conditionis, & tàm altò nata ſanguine, Maiores de ſuo ſtatu, & viribus ſumpſit animos, quàm vnquam alias; & ità vehementer, iniecto iſto igne, inflammatus eſt, vt continuò per celebrem legationem ad Imperatorem Valentinianum, ad eius ſororem in matrimoniũ, & ſimul mediam partem eius imperij petendam direxerit. Addidit, ſi aliter egerit Valentinianus, quam petat, non tam procul ſé abeſſe ab Italia, quin poſsit cum exercitù quamprimum in ea redire, & eum, ad ſuæ petitioni obtemperandum cogere.

Ob minas iſtas iam omnium animos horror occuparat, quando, bono omine, & felici fortuna, coactus fuit, ob aliqua negotia admodum prægnantia, patrios ſui Regni lares repetere, vbi omnium honorum tituli, ſplendorumque applauſus mutati fueruut in pluuiam ſanguineam. Poſtquam enim tamdiu ſub lorica ſudaſſet, velut alter Hannibal (qui ſub finem ſuarum victoriarum, bruti

alicuius inſtar, Capuæ voluptate detentus, omnē animi vigorē perdidit) ferox hic Hunnorum Rex, reuerſus in patriam, totum quantum vino & Veneri ſe tradidit. Nam præter ingens armentum fœminarum, quas habebat ad explendam, ſi fundum habuiſſet, inſatiabilem ſuam libidinem, cœpit ſub vitæ finem vehementer adamare nobilē quandam puellam, dictam Hildiconem: quam etiam matrimonio ſibi iunxit, celebratis ludis, conuiuijs, & exhibitis ingentium ſumptuũ ſpectaculis, alijſque quàmplurimis editis lætitiæ ſignis: veſperi, poſtquam largiter, iuxta ſuam conſuetudinem, biberat, recepit ſe cum ſua noua ſponſa in nuptiale cubiculum, ſeu conclaue; die autem inſequenti in ſuo lecto inuentus eſt mortuus, natans in ſuo ſanguine: is ſcilicet, qui ex omnibus totius vniuerſi venis violenter & iniuſtè plurimum ſanguinis extraxerat. Dicitur vehementi ſanguinis eruptione ſuffocatus fuiſſe; ſed alij putant eum ab Hildicone, futurum & prætenſum maritum, vti à Iudith Holofernem, occiſum fuiſſe, ſed quo ſpiritu ducta, vel à quo ſolicitata id fecerit, neſcitur. En quomodo DEVS caſtigat ſuperbos! miſerabilis hic nanus, qui ſeptingentorum hominũ armatorũ millia ductabat, qui vbiq; velut cinctus muro aheneo volitabat; qui in ſplendore ſuorum armorum, & robore exercituum ſe oſtentabat; qui ciuitates adhuc fumantes in ſanguine, & flãmis, funditus eradicabat; qui prouincias, rapinas, & violentias exercendo, bonis omnibus ſpoliabat; qui imperia vexando premebat; qui denique non niſi ſuper coronas, & ſceptra ambulare vo-

ſe-

lebat, en prima ſuarum nuptiarũ nocte, in ebrietate exiſtens, manu fœminæ occiſus, quaſi indignus qui virorum moreretur, exanguis in ſuo iacet ſanguine:

Eadem nocte, quâ Attila in ſuo ſe volutans cruore, crudelem efflauit animam, Chriſtus Dominus probo Imperatori Martiano in ſomno apparuit, eique oſtendens magnum arcum in partes confractum, illi dixit: Martiane, en arcum Attilæ, quem in fruſta comminui: iam non eſt, quod ab eo tuo timeas imperio. his vides, Lector, quomodo DEVS pugnet pro pietate fortunata, etiam vſque ad ſoporem, & ſomnium, vt cernis in Martiano dormiente.

Auerſo feliciter ab imperio imminente flagello, Martianus & Pulcheria, ſolatio, & ornamento vniuerſalis Eccleſiæ, ſub ductu & directione Magni, & Sancti Leonis Papæ, à cuius nutu & voluntate, ne latum quidem vnguem recedebat, ſe totos impenderunt. Tunc fuit, quando Conſtantinopolis magno ſuo ſolatio vidit ad ſe reportari ſacra lipſana Flauiani Patriarchæ, qui dolis, & coitionibus Hæreticorum fuerat occiſus; quando Epiſcopi, qui fuerant extorres, magno cum honore ad ſuas ſedes reducti ſunt; quando magnum illud concilium Calcedonenſe fuit celebratum, vbi Imperator Martianus, licet miles totâ ſuâ vita fuiſſet, primo latinè, in honorem Eccleſiæ Romanæ, deinde græcè, lingua ſibi naturali perorauit; quando hæreſis plenè condemnata fuit, & impudentia confuſa atque repreſſa; quando infinitæ propemodum pulcherrimæ, vtiliſſimæque ordinationes per dictum concilium ſunt conſtitutæ ac

ſta-

ſtabilitæ, nec non in ſua integritate per auctoritatem Imperatoris conſeruatæ; quando iuſtitia in apice ſuæ perfectionis fuit conſtituta; breuiter quādo totus mūdus ex bona œconomia, & liberalitate ſanctæ iſtius Aulæ ſumma percepit ſolatia.

Ita admirandum ſimul & ordinatum erat, tùm imperium, tùm matrimonium vt nihil deſiderari vel exoptari poſſet partibus, præter ſolam immortalitatem. Verum Sancta Virgo Pulcheria, agens annum ſuæ ætatis circiter quinquageſimum quintum, non tam onerata annis, quam meritis, cùm continuis laboribus, & ſolicitudinibus, quas quadraginta propè annorum ſpatio, in gubernatione negotiorum pertulerat, eſſet confecta, inuenit quietem, facta mutatione Aulæ Conſtantinopolitanæ, cum aula cæleſtis patriæ.

Mortua eſt in puriſsima virginitate, quam tota ſua vita ſtudioſiſsimè conſeruarat; hæredum ſuorum loco pauperes relinquens, qui eius ſemper fuerant deliciæ: mortua, inquam, poſtquam in decurſu vitæ quinque Eccleſias exædificarat: inter quas vna erat in honorem Sacratiſsimę Virginis MARIÆ: quæ magnificētia omnes alias longè ſuperabat: præter hæc, etiam magno numero extruxerat hoſpitalia, & peregrinorum ſepulchra. Quemadmodum faces, quæ conſtant ligno aromatico, dum deficiunt, ſuauiorem exhalant odorem; ita virtutum ſtudioſiſsima noſtra Pulcheria, ſub vitæ finem ſuauiores edidit odores. Illa, quæ vixerat velut apis inter ſuauiſsimos, ſapidiſſimoſq; puritatis flores, vt Phœnix mortua eſt inter palmas, non quidem Arabiæ, ſed victoriarum quas de inimicis humani generis glorioſa retulerat. Adiecimus hic eius effigiē, & elogiū. AEL.

Digitized by Google

AEL. PVLCHERIA
AVGVSTA.

PVLCHERIA FLA. THEODOSII IVNIORIS SOROR AVGVSTA, VIRGO, ET CONIVX, AVGVSTORVM FILIA, SOROR, NEPTIS, VXOR, PROPVGNATRIX PONTIFICVM, MAGISTRA IMPERATORVM, CVSTOS FIDEI, MVNIMEN ORTHODOXORVM, ECCLESIAE ET IMPERII DECVS, NOVA HELENA, NOVVM ORBIS MIRACVLVM, ANNO CHRISTI CDLIII. ætatis LV. Imperij ad cæleſtem Aulam proficiſcitur.

In Imaginem Pulcheriæ.

Aurea floruit hæc Virgo, cùm ferrea terris
Sêcla forent, pedibuſq; vmbras tremefecit auerni.
Coniux prole carens, at fœcundiſſima Virgo:
Quippe animo ingenti, totum quæ geſſerit Orbem;
Alma parens populis, regumq; ducumq; magiſtra,
Legibus illa ſacris ciuilia iungere iura
Nouit, & aurato crucis horrida iungere ſceptro.

Digna

Digna aris dare thura, eadem fulgente coronâ
Digna, decuſq; thori cum virginitate tueri
Edocta, atque humiles trabea circumdare ſenſus.
Si virtus mens vlla foret, cuperetq; videri,
Haud aliter ſpectanda oculis mortalibus eſſet,
Quam ſi in Pulcheria niueos ſeſe inderet artus.

Poſſunt hic aduertere Magnates, viam breuiſsimam ad templum honoris, eſſe tranſitum per templum virtutis. Nunquam vlla fœmina tanto in terris affecta eſt honore, nec vlla vnquam tam glorioſa fuit in morte, atque Pulcheria. Magnus Papa, Sanctus Leo, Sanctus Cyrillus, & grauiſsimi, excellentiſsimi, & rariſsimi quique, tùm Orientis, tùm Occidentis ſcriptorum in eius honorem complura litteris cõſignarunt encomia. Paſſim à concilijs ei tam magnificæ, tam ſpecioſę acclamationes ſunt factæ, vt nihil ijs magnificentius, nihil ſpecioſius reperiri poſſet. Paulò ante eius mortem concilium Calcedonenſe ſic ei, gratificando, acclamauit: viuat Imperatrix Auguſtiſsima, viuat Pulcheria, viuat noua Sancta Helena. Mi DEVS iſtam ſanctam cuſtodi, conſerua Orthodoxam, cuſtodi illam, quæ cuſtos eſt fidei.

Quæ Alexandrorum, quæ Cæſarum comparatio triumphorum cum honore Pulcheriæ? Raderus, qui perdoctè eius vitam conſcripſit, fecit epitomen titulorum eius, & eam vocat Sanctam Pulcheriam, ſemper Virginem, ſemper Auguſtam, Virginem extra matrimonium,

nium, & Virginem in matrimonio, filiam Imperatoris, Coniugem Imperatoris, Magiſtram Imperatorum, protectricem Pontificum, cuſtodem fidei, munimen Orthodoxorum, Eccleſiæ, & Imperij decus, nouam Helenam, nouum orbis miraculum, nouum poſteritatis exemplum.

Ecce tituli, quos Sancti ei attribuunt, & eius nomen, vt Sanctæ, ſcriptum eſt in menologio Græcorum, & in martyrologio Romano, decimo ſeptimo Septembris; menſe ſcilicet quo ex hoc vita tranſiuit ad gloriam & felicitatem Sanctorum, Anno Domini 453. ſed & Martianus eius maritus non valens viuere ſine anima hac cæleſti, breui poſt illam è vita hæc euolauit, ad recipiendam mercedem ſuæ pietatis. eius hic vides imaginem, & elogium.

MARTIANVS
P. F. AVG. IMP.

FL. VALERIVS MARTIANVS SOLA VIRTVTVM COMMENDATIONE AD IMPERIVM EVECTVS: PVL-

Digitized by Google

PVLCHERIÆ CONIVGIS INTEGRÆ, INTEGER CONIVX, MODERATVS DOMI PRINCEPS; FORIS ATTILÆ FVRORI MODVM POSVIT: QVASSATVM IMPERIVM CONTRA PARTHOS ET VANDALOS CONFIRMAVIT PRVDENTIA, ET ORTHODOXAM FIDEM ADVERSVS EVTYCHEM TVTATVS EST FIDE; VIXIT ÆTATI SATIS, IMPERIO PARVM, SIBI SEMPER VICTVRVS, Obijt Anno Chriſti CDLVII. Imp. VI. Menſ. VI.

In Imaginem Martiani.

Exſors militiæ miles, ſine rure colonus,
Exemptus vitijs Cæſar, ſine coniuge coniux,
Maſcula quem virtus, æquataq; gloria cælo
Pulchrâ fecerunt geſtorum, prole parentem:
Quiſquis ſic vixit, vertitq; in ſceptra ligones,
Ipſe immutatus, metas rerum attigit omnes.

Eudocia in terra ſancta, adhuc viuit in hæreſi Eutychis.

Nunc ad noſtram peregrinam Eudociam redeamus, quæ viuebat in terra ſancta, nec tamen adhuc erat in via ſanctitatis. Fœmina, quæ vt pulchrum corpus, & pulchram animam nacta eſt; ita etiam nauim gubernatu per difficilem conſecuta: cui ſimiles in naufragio plures reperiuntur, quàm in portu. Bona Princeps diſceſsit Conſtantinopoli non ſine dolore, non ſine felle, & vehementi animi commotione: quæ paſsiones procedebant ex mutatione eius fortunæ; & quod magis

gis deplorandum, diſceſsit infecta adhuc hæreſi maledicti illius Eutychis. Theodoſius eius maritus, primo congreſſu arma tradidit, & omnimodè legibus Eccleſiæ ſe ſubiecit: Eudociæ autem placuit vlterius reſiſtere: ita mulierum naturæ innatum eſt cum pertinacia errorem fouere! Vt facilè decipi poſſet, vbertas ingenij faciebat, vt autẽ fraudes deprehenderet, prudentia non ſatis valebat. Lupus pelle ouili tectus erat Theodoſius quidam, fictus Monachus, qui ſub ſpecie ſanctitatis nimiùm profundè in eius animum deſcenderat; quare, dum in Palæſtina commoraretur Eudocia, plus æquo eo vtens, in profundum hæreſeos cænũ ab eodem inducta eſt. Quam ipſa ſuo fauore, & auctoritate multùm ſuſtentabat quin & eam ingenij ſui ſubtilitate conabatur illuſtrare.

Quomodo hæreſis Eutychiana, laruata honoris & reuerentiæ Zelo aduerſus perſonam filij DEI, fœminæ (quæ quamcunque facilè ſuſcipit impreſsionem, maximè ſub deuotionis ſpecie) nõ inieciſſet compedes, ſiquidẽ & complures ſancti Eremitæ, qui multos annos cum magna auſteritate vitæ, & pœnitentiæ tranſactos numerabant, antequam veritatem edocerentur, nouitati iſti manus porrexerant; & inter alios magnus ille Geraſimus deſerti Angelus, qui ad manſuetudinem leones adducebat, iiſque manſuefactis vtebatur velut mulis. Hic inſignis eremi cultor, infamis quidem illius Apoſtatæ retibus inuolutus fuit, ſed DEI miſericordiâ ab ijs poſtea expeditus & liberatus eſt. Res erat omnibus lacrymis deploranda, videre Imperatricem, quæ omnem Aulæ

magnificentiam & ſplendorem reliquerat, vt vitam viueret ſolitariam, teneri captam laqueis proprij iudicij. Credebat illa in dies ſingulos infinitos bonorum operum cumulos pietatis exercitijs, quæ inceſſanter tractabat ſe aggregare; nihil autem manibus ſuis gerebat, præter vilem puluerem, quem ei ventus præſumptionis adflarat. DEVS noluit perdere pulchram iſtam animam, quam pulchro incluſerat corpore, vt ex ea, ſub eius vitæ finem, perfectum virtutis efficeret miraculum; & cùm ea nonnihil ferocius veritatis teſtimonijs reniteretur, ſtatuit Deus ſuperbiam fœmineam noua afflictione, ſat ſenſibili, velut virga quadam ferrea frangere. Erat tunc illa ſuo iudicio extra omnem inconſtantiæ ac aleæ iactũ, ſed habebat adhuc vnam ſuiipſius partem ſuper thronum imperialem collocatam, quæ omnem vim tempeſtatis in ſe excipiens, eam quaſi in cor matris reflecteret, per acerbam conuulnerationẽ amoris, cui abſque naturalis affectûs defectione renunciari non poterat.

Afflictio Eudociæ proueniens ex afflictione filiæ.

Inordinatio, & occaſus Imperij Romani proueniens ex luxuria.

Eudocia vnica eius filia, hæres nominis, & pulchritudinis maternæ, matrimonio iuncta erat Valentiniano Imperatori Romanorum, vt eſſet argumentum & materia miſerandæ tragœdiæ; vtq; poſteritati oſtenderet, quomodo ſummæ dignitates, vt plurimùm, ſunt primæ, quibus cadens tonitru euellit, vel frangit cornua. Hic Valentinianus filius ſororis Imperatoris Honorij, cognatus Theodoſij, non contentus aqua è ciſterna domûs ſuæ hauſta, iuxta ſapientis dictum, neque pulchritudine Principis omnibus numeris abſolutæ,

Prouerb. 15

quam

quam legitimo matrimonio ſibi iunxerat, diebus ſingulis alios atque alios ſine fine & numero, & quidem illicitos, amores quærebat. Inſatiabilis iſtius Principis libido ita diſplicuit DEO, vt, propter illud vitium, in eius perſona, penitus euerterit magnum illud ac potens imperium Romanum: quod toties ſuper capita Regum, & mundi Monarcharum currus triumphales, lauris & palmis oneratos tranſire fecerat; quod tot vicibus fuerat conquaſſatum, ac totidem per virtutē bellicam, ad ſoliditatem reductum. Vnicum ſcilicet deeſſe videbatur maledictum luxuriæ peccatum, vt, abſque vlla ſpe vnquam reſurgendi, ſepeliretur.

Dictus ergo Imperator laſciuum coniecit oculum in vxorem Illuſtriſsimi Senatoris Romani, nomine Maximi: & animaduertens Dominam iſtā admodum eſſe honeſtam, pudicam & comprimis fidelem ſuo marito, iudicauit quidem talem eſſe quem, quæ difficulter in eius caſſes ſit inducenda; tamen ſtatuit omnē potentiæ vim experiri, omniaq́ue obſtacula pro viribus perrumpere, vt fœdæ ſuæ libidini faceret ſatis. Quid ergo facit? ad ſumptuoſum, opiparum, & regium conuiuium, quod ei ex inſtituto parari curarat, inuitat Maximum. Hic infelix, ignarus conuiuium illud eſſe compedem pudicitiæ ſuæ vxoris præparatam ad illud vadit. Quo finito Valentinianus, prætextu temporis iucundè tranſigendi, etiam ad ludendū eum inuitat. Paret libentiſsimè inuitanti Maximus: & quidem ludendo ita incaluit, vt, omnibus, quæ ſecum habebat, amiſsis, appoſuerit annulum,

quem digito gerebat, quemque ad litteras ob ſignandas adhibebat. Valentinianus vno aleæ iactu, lucratur illam gaudens, non tam ob valorem lapidis pretioſi, qui magni tamen æſtimabatur, quàm ob inuentum modũ exequendi ſcelus, quod animo deſignarat. Nec mora, ſtatim vnum ex ſuis Aulicis nobilem cum annulo expedit, qui dominæ ſignificet, quòd ad palatium vocetur à ſuo marito ad Imperatorem ſalutandum. Erat quidem prætextus, non malè coloratus, ſed tamen ſuſpectus bonæ illi fœminæ, quæ ad vnguem nouerat mores Principis. Verùm, penitius aliquantulùm conſiderans pretioſum mariti ſui pignus, ſe cómiſit itineri, & omnes difficultates, quas pergens ſentiebat, poſtpoſuit obedientiæ marito debitæ. Pauper Princeps vix appulerat ad palatium, cùm ecce rapitur, & violatur ad explendam brutam concupiſcentiã hominis, ebrij magis amore, quàm vino.

En quomodo palatium Imperatoris Chriſtiani, quod debebat eſſe aſylum pudicitiæ nobilium fœminarum, conſpurcatur turpi, & flagitioſo actu! Caſta hæc matrona velut quiſpiam turtur, quæ honori ſuo amplius nolebat eſſe ſuperſtes, reuerſa domum, furioſis verbis ſuum aggreditur maritũ, credens eum tanto huic infortunio aſſenſum dediſſe: apage, inquit illa, mortalium omniũ ingratiſsime ac immaniſsime, qui vxoris tuæ honorẽ prodigis, & proſtituis libidini Principis impuriſsimi, qui & à Deo, & ab hominibus eſt derelictus. Nec dum tu ſentis carnifices tuæ conſciẽtiæ, qui tuũ tibi exprobrant crimen? Maximus

toti-

Digitized by Google

totius rei ignarus, iſtis verbis attonitus: ecquid habes, inquit ille, ſtultane es? Illa ei oſtendens annulum dixit: necdum tu recognoſcis tuam infidelitatem? ignaue ac perfide marite? en, qui te coram Deo accuſabit annulus. Maximus, cùm illa inciperet ſe explicare, citius, quàm voluiſſet ſuũ cognoſcens opprobrium, ei ſeriò commendauit ſilentium, & totius rei tranſactæ diſsimulationẽ; ipſe autem interim modos omnes de tanta iniuria vindictam ſumendi excogitare cœpit.

Habebat Valentinianus egregium, & fidelem Ducem, nomine AEtium, qui totum imperium ſuis humeris ſuſtentabat, & quidem tunc ornatus erat recentibus ſpolijs Attilæ, quem inito prælio, & acie ordinatâ, deuicerat. Maximus columnam iſtam, vt totum corruat ædificium, iudicat eſſe demoliendam: quo in iudicio haud errauit. Cùm enim excogitandis rebus ingenioſis peridoneo polleret intellectu, diſsimulans quidquid actum erat circa ſuam vxorem, tantummodo conatus eſt ſibi conciliare fidem vnius è præcipuis Eunuchis, nomine Heraclij: qui erat manus dextra Imperatoris, quem, cùm ſibi addictum reddidiſſet, ei vt magnum ſecretum concredidit, bonis auctoribus ſe didiciſſe, AEtium vices, tum in bello, tum in Imperio gerentem Imperatoris, permultùm inflatum victoriâ obtentâ contra Attilam, omni ex parte, tum intra, tum extra imperium ſibi conquirere auxilia, vt ſe abſolutum Dominum imperij faceret: &, ſub vmbra retinendi Gallos & Gothos in amicitia, & fidelitate cum imperio, eos ad ſua obſequia verè detineret: &

Digitized by Google

quidem nummis ex ærario Imperatoris deſumptis. Dicebat inſuper nihil omnino illi amplius deeſſe, præter diadema imponendũ capiti, quod citò, inquiebat ille, facturus eſt, niſi is quàm promptiſsimè præueniatur. Heraclius non intermiſit rẽ ſibi ſecreto commiſſam, ſtatim, & ſolicitè referre ſuo Domino. Is, qui iam ante aliquid habebat contra Aëtiũ, fortè, quòd videret eius fortunã ita altè aſcendere, vt breui videretur ſuper omnes vẽtos, & tempeſtates collocanda: Princeps ſine cerebro, ſemper ebrius amore, & cholera, nulla vlteriori facta indagine, Aetiũ ſubitò vocat ad palatiũ, & aduenientem furioſiſsimè aggreditur: quomodo, inquit, tune es proditor ille, qui mihi vis auferre coronã? & hæc dicens, pugione, quem gerebat, eũ propria manu transfixit: quod erat facinus audax, & prorſus barbarum.

Innocens hac in re Aetius, qui congreſsionem & impetum exercitûs, conſtãtis ſeptingentis hominum millibus, ſuſtinuerat; qui primus omnium aggreſſus fuerat eum Ducem, qui columnas imperiorum faciebat contremiſcere; qui redux ex Gallia, plamis erat redimitus, qui & Ducum, qui vnquam fuerunt erat glorioſiſsimus, qui Romæ paſsim digitis oſtendebatur, vt quoddam fortitudinis prodigium, cecidit mortuus, velut aliqua victima, ad pedes ſui Domini; recipiens iuſto Dei iudicio mercedem iniquiſsime tractationis, qua antea magnum illum gubernatorem Africæ, Bonifacium exceperat. Valentinianus, quaſi magnum quid feciſſet illum transfodiendo, ſtatim

adiuit,

adiuit, vt ſe iactaret, vnum è Principibus ſuorum conſiliariorum, rogans, annon præclarè ſuam egiſſet perſonam? Ille, ei reſpondens, dixit: Sacratiſsime Imperator, ſi tuâ manu dextra, ſecuri apprehenſa, ſiniſtrum brachium loco iſtius ictus, tibi amputaſſes, minus tibi malum intuliſſes, quàm inferat mors Aetij. Et certè vereor non parum, ne eius iacturam citius, quàm putes, ſentias. Verba iſta non caruerunt effectu, nam paulò pòſt mors AEtij diuulgata, in rabiem egit milites, qui eum, vt ſtrenuum & generoſum Ducem, vnicè diligebant: ſub cuius vexillis ſæpe ſæpius egregiæ fortitudinis ſpecimina ediderant; quare ex ijs audaciſsimi duo, Oſtias, & Tranſtilas, occiſo prius Heraclio Eunucho, Imperatorem, qui tunc temporis erat in Campo Martio, inuadentes, furioſiſsimè (nemine eos valente impedire) trucidarunt: id ſcilicet DEO permittente in vindictam recens commiſsi homicidij, & tot adulteriorum, quibus peſsimus iſte Princeps, degenerans à ſanguine Theodoſij, ſe contaminarant.

Maximus, qui telam texerat, & id neſciri volebat, ludens totam iſtam tragœdiam bono ſuo, poſt mortem Valentiniani, cùm eſſet è primarijs Romanis Principibus, vix vllo reſiſtente, occupat imperium: & cùm eius vxor, dum hæc fiebant, mortem obijſſet, fortè ex iniuria & dolore concepto, ex præterito infortunio, expetijt nuptias Imperatricis Eudociæ,

vxoris occiſi Valentiniani, & filiæ noſtræ Athenaidis: miſera Princeps tota quanta, ob mortem Imperatoris, mariti ſui, in diluuio triſtitiæ abſorpta, in principio videbatur aures obturaſſe ei, quæ proponebatur conditioni: verùm, cùm fœminarum ingenium ſit mutabile, & auidum gloriæ, intra paucos dies deſerens mortuum, ſtatuit viuere cum viuentibus, &, ad conſulendum rebus ſuis, nupſit Maximo. Qui, ecce, intra breue tempus, & throno, & thalamo Domini ſui gaudet, vindicans ſcelus vnum, per aliud longè execrabilius. Sed vitium, in eminenti dignitate nunquam non trepidat. Maximus vix tàm citò intrauit palatium, quàm capitis vertigine, cœpit laborare, & conſcientiæ remorſu excruciari. Fidelisſimi quidam eius amici audiuerunt inter ſuſpirandum, eum dicentem: felicem antiquum illum Damoclem fuiſſe, qui tantùm vnius prandij ſpatio fuerat Rex. Ita iam tunc faſtidiebat imperium, atque ſi iam præſentem, quæ paulò pòſt erat futura, ſuam ſpectaret cataſtrophen. Contigit de quodam, dum infelix hic Imperator ſuæ nouæ ſponſæ blandiretur, ei excidere verbum vnum, quod eius mortis fuit cauſa. Nam, vt ſuum erga illam manifeſtaret affectum, illi faſſus eſt, partem ſe habuiſſe in morte Valentiniani, non tam deſiderio potiundi imperio, quàm eius pulchritudine. Eudocia hoc audito, ſupra quàm dici poteſt, exhorruit. Numquam enim, ne per ſomnium quidem, ei in mentem venerat, primum ſuũ maritum ſceptro & vitâ priuatum fuiſſe ductu & coitione ſecundi. Quare ex eo tempore, ſtatuens

tuens illatam iniuriam vindicare, omnimodâ diſſimulatione externâ, quid in animo gereret, texit; omneſque intendit venas ad faciendum ſatis ſuæ paſsioni. Videbat illa, quomodo mater tractata fuiſſet Conſtantinopoli, ac proinde eùm, aduocatâ in conſilium ratione, videret non poſſe ſe inde auxilium ſperare, furor ſumendæ vindictæ eam induxit in rem oppidò periculoſam: quæ fuit aduocare Genſericum, Regem Vandalorum, ſectâ Arianum (qui tunc regnabat in Africa) in Italiam: quô ipſe venit, ſtipatus copioſo & robuſto exercitu, cuius bellica virtute facillimè Romã, vbi omnia erant turbatiſsima occupauit. Et quia ardenti auaritiæ ſiti potiùs, quàm affectu iuſtitiæ & pietatis ducebatur, quidquid pretioſum, quidquid opulentum, quidquid excellens reperit, vel deſtruxit, vel rapuit: & ne templi quidem Ieroſolymitani theſauro, ex quo adhuc aliqua ex allatis à Veſpaſiano, Romæ aſſeruabantur, pepercit. Maximus poſtquam duobus circiter menſibus imperaſſet, crudeliter eſt mactatus, & inſtar victimæ alicuius, miſerè diſcerptus. Et licet omnia, quæ ante initum imperium, ei commiſſa fuerant, ſumma fide, & probitate adminiſtrarit; tamen quando cœpit perfidè agere, id expertus eſt, quod magnus quidam Prælatus in ſua expreſsit hiſtoria; ſcilicet Magnorum fortunam, velut ſcorpium, in ſua cauda gerere venenum.

Peruerſa mulierum vindicta.

Sidon. l. 3. ep. 13. vt Scorpius vltimâ parte percutit.

Imperatrix Eudocia, quæ, vt fœmineæ indulgeret paſsioni, omnes iſtos motus excitauit in conſpectu Magni Papæ S. Leonis, qui teſtis oculatus fuit omnium iſtarum miſeriarum, rem ſuã

non fecit meliorem; nam velut captiua à barbaro illo Rege ducta fuit in Africam, cum duabus ſuis filiabus: quarum altera eius nomen gerebat, quæ & nupſit filio Genſerici: qui poſtea patri ſucceſsit in Regno; altera erat Placidia: quæ deinde poſt mortem Marciani Imperatoris, cum matre Conſtantinopolim remiſſa eſt. En res auditu, lectuque teribiles.

Conuerſio Eudociæ

Poſtquam peregrina noſtra Eudocia audiuit huius tragœdiæ narrationem, cœpit ſeriò oculos aperire, & manu ſuum tangens vulnus, recognoſcere omnia aduerſa, quæ ei euenerant, ideo eueniſſe, quia ſe à fide orthodoxa abſtraxerit. Vnde vt fluctuantem hactenus mentem ſtabiliret, legationem expediuit ad S. Simeonem Stylitam, commorantem non procul ab Antiochia.

Stylita

Simeon iſte erat velut prodigiũ: viuebat enim in corpore, non aliter, quàm ſi purus eſſet ſpiritus. Imaginari enim tibi debes columnam quadraginta pedes altam, & ſupra illam, paruum aliquẽ pluteum, ſeu teſtudinem, ibi fixum, velut nidum alicuius auis, totum diſcoopertum, omnique ex parte iniurijs cæli expoſitum. Ibi magnus iſte vir, vt corpus ſuum ad DEVM, æquè bene, ac animam attolleret, ſuam ſtatuit habitationem. Erat ea admirandum domicilium, in quo neque iacere, neque ſedere vllo modo poterat, ſed ſolùm ſtare; ſine tecto, ſine coopertura vlla: modò album ex niue habebat capillũ, & barbam ex frigore conglaciatam, modò aſſabatur ab immenſis ſolis caloribus. Et ſic conſtitutus, dies, noctéſq; in contemplatione tranſigebat: nõ comedens, niſi ſemel tan-

tum

tum in hebdomada, & tunc valde parcè, ac ſobriè. Ad hunc igitur Eudocia Epiſcopum Anaſtaſium, virum fidelem (qui & ipſe, ſine magnis tamen clamoribus, cooperabatur eius conuerſationi) ablegauit, vt eum conſuleret, de nonnullis circa fidē dubijs: cuius ecce reſponſum.

O afflicta Princeps, ne dubites, inuidiā diaboli qui magnos tuarum virtutum theſauros præuidebat, voluiſſe te, veluti frumentū, dum ſeparatur à paleis, cribrare: Theodoſius, falſus & fictus ille Monachus, miniſter ſatanæ, nobilem ac illuſtrem animam tuā corrupit. Sed, bono filia mea eſto, animo, tu in vera fide morieris. Verumtamen noli me vlterius conſulere, hoc enim dum facis, quæris aquam in riuo remoto, cùm domi tuæ viuum habeas fontem; Conſulito autē Euthymium, qui tibi rectam fidei oſtendet viam.

Hoc accepto reſponſo, Eudocia, quoquouerſus curauit indagari Euthymium, qui liquidè totam rem erat explicaturus. Erat is Venerabilis Eremita, qui in exercitijs diuturnæ, aſperæque pœnitentiæ incanuerat: nec inuentu erat facilis, eò quòd & lucem, & hominum fugeret conuerſationem. Nihilominus, DEO ſic volente, inuentus eſt, & licet multùm renitens, adductus ad Imperatricem, quem cùm Venerabili vultu ſenem conſpexiſſet, ad eius ſe abijciens pedes, ei ſic loquuta eſt.

Mi Pater, ſat diu me vixiſſe exiſtimo, dum me tuo conſpectu dignatam video: à te, à te ô Pater, omnium meorum malorum ſalutare expecto remedium.

Digitized by Google

Vir Sanctus magnâ ſuauitate eam attollens, ei dixit: filia mea, malignus ſpiritus nimiùm quantùm tua abuſus eſt credulitate, tempus eſt, vt oculos aperias ad videndas vindictæ cælèſtis virgas; omnia tua mala, aliam non habent originem, quàm tuam infidelitatem. Nunc autem ſi ſanari cupis, vt vno dicam verbo: ne amplius immittas te in diſputationes, ſed ſequere Concilia, Nicænum, Conſtātinopolitanum, & his recentiùs habita, Epheſinū, & Chalcedonēſe. En iuſtiſsimæ, tuæ fidei regula, quam te addiſcere oportet à Ioanne Epiſcopo Hieroſolymitano.

His dictis, Euthymius in ſuam ſe recepit ſolitudinem; Eudocia autem, rectà ad templum Hieroſolymitanum perrexit, ſtipata innumeris Religioſis, qui in ſignum gratiarum actionis, ob eius conuerſionem, cor manuſque ad cælum attollebant. Illa ſtatim hæreſim Eutychianam, in manibus Epiſcopi abiurauit, & deinde iuxta omnimodam fidei catholicæ normam ſe ſuaque omnia direxit, & hoc tanto zelo, & animi ardore, vt toto, quod ſupererat vitæ, tempore nunquam intermiſerit pro viribus impietatem extirpare, & Eccleſiam DEI in omnibus Orientis partibus, ad quas, eius potentia ſe extendere poterat, promouere & amplificare.

Eximia vita, & glorioſa mors Eudociæ.

Ducebat tunc bona hæc Princeps vitam prorſus cæleſtem: eius anima purgata iam in fornace ardentis afflictionis, deinde conſummata ſemper magis ac magis in amore DEI, non alio à corpore dependebat vinculo, quàm tenuiſsimo filo. Eius cor erat inſtar thuris, quod in dies ſingulos lique-

ſce-

Digitized by Google

ſcebat, in flammis incenſæ eius in DEVM, ac proximum charitatis, & rectà in cælũ velut ſuaues, virgulã fumi ex aromatibus, exhalationes mittebat. Eius oculi erãt duo canales, per quos pœnitentia, validæ expreſsionis diſtillabat lacrymas, quæ erãt ſacrificia potentis illius amoris. Manus illius tornatiles, aureæ, ſimiles erãt manibus ſponſæ, plenæ, non hyacinthis, ſed mari beneficentiæ, quod continuè fluens redundabat in ciuitates, & deſerta totius Palæſtinæ: in illa ſiquidem paſsim vbiq; nihil aliud conſpiciebatur, præter Eccleſias, præter hoſpitalia, præter domos pauperibus exædificatas, eius iuſſu & liberalitate. Vnde, auctor quidã nomine Cyrillus, qui illo tempore florebat, aſſerit, ea omnia nominare ferè eſſe impoſsibile. DEVS per exercitia tot bonorũ operũ, ad migrãdũ ex hoc mundo in alium, quàm optimè voluit illã diſponere. Prius tamen, quàm emigraret, eodẽ DEO, dubio procul, eã inſtigante, magnificam vnã Eccleſiam, quã erigi, ac ædificari Diuo Petro Apoſtolo, curabat, iuit viſitatũ. Cùm autẽ die quodam requieſceret ad vnã ciſternã, vbi eius iuſſu, pro accommodatione dictæ Eccleſiæ laborabatur, conjecit & oculos in Monaſteria vicina, quæ & magno numero erant, & nõ procul ab inuicem diſtabant; Omnia autem erant ſub cura, & adminiſtratione dilecti illius Patris Euthymij; deinde amoris pleniſsimum trahens ſuſpirium, hæc vigeſimo quarto Nouẽbr. extulit verba: *Quã pulchra ſunt tabernacula tua, ô Iacob, habitationes tua, ô Iſraël!* Deinde vertẽs ſe ad vnũ e ſuo comitatu nobilẽ, ei dixit: ito, quærito Euthymium, & inuentum rogato, vt me dignetur in-

Cant. 5. 14

Num. 24.

Digitized by Google

innuiſere, quò adhuc ſemel cum eo poſsim ſpiritualem miſcere ſermonem: ſi dixerit, non loqui ſe cum fœminis, ei dicito, me non amplius ſcire, quid ſit ſexus, ſed ſolùm cum Angelis me meam habere conuerſationem.

Euthymius, cùm ſibi in ſua exiſtenti cellula reuelatum eſſet, ſanctam hãc Imperatricem breui ad meliorem vitam trãſituram, rectà adeam properauit, vt noua hæc ei deferret; Imperatrix perhumaniter eum ſalutauit, agitans intra ſe de proponenda ei certa aliqua pecuniæ ſumma, quã ei numerare, & donare deſiderabat pro ſuſtentatione Monachorum, qui ſub eius ductu & directione Deo militabant: verùm, Sanctus hic vir penetrans cogitationes eius cordis, ei dixit: Domina, Imperatrix Auguſtiſsima, noli te vexare propter pecuniã, in ſuſtentationem meorũ Monachorũ dandam; alia enim inſtant negotia, quæ magis premunt: ſcito tibi breui emigrandum eſſe ex hoc mũdo; proinde vnica nunc tantùm cura tibi debet incumbere: ea autem eſt, vt animam tuam in eo ſanctitatis ſtatu, nunc conſerues, in quo eam deſideras ex hac vita, ad alteram proficiſci.

Eudocia primo ſtatim congreſſu, auditis iſtis verbis, nonnihil fuit attonita. Videntur animæ, vt ait Plato, nonniſi cum difficultate, & deſiderio diutius viuendi, è pulchris corporibus emigrare. Verùm hæc remotior erat ab omni macula & inordinatione, quàm vt, ſub vitæ finem, aliquam actionem committeret minus conſideratam.

Poſtquam diu cum Euthymio, velut cum ali-

quo

quo Angelo, locuta fuiſſet; vltimū ei dixit vale, plena ſpe cum reuidendi in loco, in quo omnes boni conueniunt. Reuerſæ Hieroſolymam duo cōprimis fuerunt curæ: I. vt omnibus ſuis operibus ex charitate factis vltimum appenderet ſigillum; II. vt diſtributis pauperibus fortunæ bonis, quæ ei reſtabant, animo libero, reſignato & intrepido, fatalem mortis ictum expectaret. Anima tota quanta cœlo matura, è corpore non ſecus excepta eſt, atque fructus aliquis, qui nonniſi Domini ſui manum exſpectat, vt decerpatur. Agebat annum circiter ſexageſimum. Superuixerat Theodoſio marito ſuo, ſuperuixerat & Pulcheriæ, eiuſque omnibus ſororibus, Flauillæ, Marinæ, & Arcadiæ: qui omnes ex hoc mundo emigrantes, & ad alterum properantes, eam præceſſerant. Viginti annis vixerat antequam iniret Matrimonium, viginti nouem tranſegit in Aula; & ferè vndecim Hieroſolymis. Deſijt autem viuere anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo nono; vigeſimo primo Leonis Papæ; Imperatoris autem Leonis, Martiani Succeſſoris, quarto. Fœmina certè, ſi paucis dicendum eſt, miraculum inter fœminas. quæ tanto interuallo videtur præiuiſſe alias mulieres, quanto homines antecellunt animantes. Sæculum vnum non ſatis eſt naturæ ad tales partus edendos. Eduntur enim, vt Phœnix, intra quingentos annos ſemel, vel etiam rarius. Magnam pulchritudinem, magnum ingenium, magnam fortunam, excellentem virtutem, ardua prælia, inſignes victorias naſci in exigua domuncula, velut limacem in ſuo putamine, indeque

exire,

exire, vt excludatur, ac edatur in clariſsimam lucem, ſuper ſolium vnius potentiſsimi Imperij, ac deinde mori in vno Eremitorio. Omnia quidem ſunt magna; omnia admirabilia in iſta Principe: at nihil eſt maius, nihil admirabilius, quàm videre nauim inauratam cum velis lineis, & tomicibus ſericis, impetitam, tot tempeſtatibus, demerſam, & propemodum iam perditam, tandem, omnibus ſuperatis, ita feliciter ad portum appellere. En eius imaginem & elogium.

EVDOCIA
AVGVSTA.

EVDOCIA AVGVSTA, THEODOSII IVNIORIS CONIVX, EX HVMILI FORTVNA IN MAGNVM IMPERIVM TRANSCRIPTA, SCEPTRVM VIRTVTIBVS SVPERAVIT, CAELESTIS INSTAR PRODIGII FOEMINA, INGENIO, FORMA, VITA, SCRIPTIS, ET RELIGIONE, CLARISSIMA: CVM VICENNIS NVPTA ANNOS XXIX. EGISSET IN IMPERIO, ET VNDECIM FERME IN PALAESTINA, HIEROSOYLMIS RELIGIOSISSIMO EXITV VITAM CLAVSIT: ANNO CHRISTI CDLX. AETATIS LIX. In

Digitized by Google

Ad Imaginem Eudociæ.

Non artis ſpecimen forma hæc, nulliq; ſecunda
Mens incluſa latet, quâ fortunatior vlla
Non fuit; hæc orbem cùm Maieſtate repleret
Viſa Dea eſt, ſedes certè fuit illa Tonantis.

Eius exemplum infinitas propemodum nobiles & illuſtres fœminas in contemptum deliciarum & vanitatum mundi induxit, inductaſque ex Aulis extraxit, & , vt quietē in ſolitudinibus terræ ſanctæ omni ſtudio requirerent, effecit. Inter alias autem, Regina Eudocia eius ex filia neptis, quam ſupra diximus nupſiſſe in Africa Regis filio, generoſo animi decreto, mundum conculcans pedibus, venit ad tumbam Auiæ ſuæ maternæ, ad deferenda ei coronæ ſuæ debita, clientelari iure, obſequia; & ad exoſculandos religioſè eius cineres, veluti ſanctæ Imperatricis. Ita autem admirata eſt eius virtutum monumenta , quæ in terra ſancta paſsim dum viueret , extruxerat magnificentiſsima, vt ibi , quod ſupererat vitæ tempus tranſigere voluerit : eligens ſibi ſepulchrum ad pedes illius , cuius ſanguinem & nomen gerebat.

Interitum doctiſsimorum librorum, quos regia ſua manu conſcripſerat, vt maximam pretioſiſsimæ rei iacturam ſentimus; nam miſcellanea illa Homerica, quæ in manibus habentur, non ſunt Eudociæ. Photius longè acutior Zonora ad diiudicandum labores antiquorum, in enumeratione operum diuini iſtius ingenij, eorum nullam omnino facit mentionem ; facit autem Octoteuchi:

quod opus fatetur eſſe illuſtre, heroicum & admirabile.

En, quæ maximè notabilia occurrunt, ex aula Theodoſij.

Et certè quod ad perſonā Imperatoris attinet, non parum præſtitit, quòd in virum ſanctum euaſerit, & viuens in delicijs florētiſsimæ Aulæ, prauos affectus rationi ſubiecerit. Stultitia eſt, & veriſsima mentis humanæ peſtis, ac illuſio, Principes nihil magnifacere, quàm vanos aliquos, cerebroſos, & turbulentos, homineſné dicā, an nebulones? qui ſuis inſolentijs, libidinibus, homicidijs, & perfidiæ fraudibus hiſtorias infarciunt. Illi, illi ſunt, quorum ſpiritus, ſola carne conſtans, inimicus eſt Deo, qui & inani tubarum ſono falſas, loco verarum, laudes ad vſque ſidera facit reboare; cuique omnia magna & ſublimia videntur; quæ credit vim & potentiam habere ad malum patrandum; Spiritus autem tranquillus, æquabilis, docilis, & moderatus, eſto non tot naturæ donis ſit ornatus, millies tamen eſt præferendus vanis illis, iactabundis, & nimiùm de ſe præſumptibus: qui ſapientes non ſunt, niſi iuxta ſui cerebelli imaginationem; non ſtrenui, niſi in temeritate; non felices, niſi in vitio, non magni, niſi in ſtolidis ſuis cogitationibus. Bonum eſt habere pietatem Theodoſij, ſed bonum etiam carere nimia eius facilitate, bonum agere orando, & orare agendo: bonum item habere roſtrum, & alas aquilæ (quę ſunt eius fortitudo & velocitas) & ſimul manſuetudinem columbæ; bonum etiam eſt ad pedes ſtatuarum pietatis leonis exuuias adiungere.

Quan-

Quantum ad Pulcheriam attinet, quis non videt eam omnibus mundi Principibus fœminis eſſe perfectionis ſpeculum, quæ & oſtendit maculas, & aquam ad eas eluendas ſubminiſtrat? Ex Eudocia autem habes, quæ tibi applices, & quæ euites, multa imitanda, pauca reijcienda, infinita autem, quæ admirere.

Ecce tamen pietas fortunata, quam tibi ob oculos, tanquam auream ſtatuam, pono; non vt obiter præteriens, & quaſi per tranſennam tantùm eam aſpicias; ſed vt aureis eius radijs mores tuos inaures, reddaſque DEI hominumque oculis amabiliores; & vt tuas, quas fortè, vt magnum quid iactitas, dignitates eius gloria ſuffoces.

Quis proſperitatem Imperij Conſtantinopolitani in manibus Theodoſij, Martiani, & Pulcheriæ conſtituti, & duce pietate adminiſtrati, non admiretur? En totus mundus quaqua verſus contremiſcit ſub prodigioſis Barbarorum copijs, quæ videntur terram vniuerſam euerſuræ, omniaque igne, ferro, & ſanguine è ſuo loco ac centro emoturæ, ſubmerſuræque; en Imp. Rom. quod ſceptra, totiuſq; orbis diademata pedibus ſuis ſubſtrauerat, & velut lecticā vnā ex ijs ſibi cōſecrat, in præceps datū, diſcerptū ac mille in partes dilaceratum, inter manus vitioſiſsimi Imperatoris, qui ſub aſſeclis ſeu fragmentis ſui ſceptri miſerè ſepeliuit. Iam verò Deus ſuum Theodoſium, ſuam Pulcheriam, ſuumque Martianum inter horribiles inundationes, quæ pene totum mundum in ſuo diluuio ſuffocant, ſaluos conſeruat: vti quondam in aquis vltricibus, quæ è cælis magno impetu defluentes omnes mundi impietates

ſubmerſerunt, incolumem Noë cum tota domo ſua conſeruauit. Ecquæ vnquam nutrix in abigendis arcendiſque incommoditatibus à corpore infantuli ſui dormientis tam fuit ſolicita, atque DEI prouidentia ſe ſolicitam oſtendit in conſeruatione electarum ac ſublimium iſtarum animarum?

Oculos in iſtas perſonas liberè ac fidenter conijcito, & vnamquamque in particulari conſiderato. Quam non deprehendes felicitatem in Imperatrice Eudoxia, dum pro gloria, pro incremento Eccleſiarum & altarium, ſtrenuè pugnat? I. enim in eius manus DEVS illi cor mariti dedit; II. mundum ad eius pedes venerabundũ adduxit; III. paruulum noſtrum Theodoſium ad eius latera currentem elargitus eſt: qui Theodoſius adhuc ſua in infantia omnes maternas ſpes fecit germinare. Verùm quàm primùm miſera hæc Princeps, oblita ſui ipſius, ſuique officij cœpit agere contra Sanctum Ioannem Chryſoſtomum, en ſub mortis falce demetitur, & in flore ætatis abripitur; priuatâ voluptate & gloriâ, quorum poſſeſsionem in manu tenebat. Videns qualem ruinam, nõ muro alicui, ſed ſuo inferet honori? talem nimirum, quæ nulla vnquam ſæculorum memoriâ poterit reparari. Eius, oſſa, ipſæque eiuſdem reliquiæ velut magno terrore & tremore agitabantur, vſque dum Sanctus Chryſoſtomus mortuus, ab exilio (quod eius iuſſu coactus fuerat ſubire) reportatus Conſtantinopolim, quaſi anchoræ loco fuit huius infelicis Imperatricis fluctuantibus cineribus.

Conſi-

Conſidera paruum Theodoſium, qui naſcendo iam deijcit idola, Paganorum demolitur templa, & ſub ſuis pedibus facit infernum vlulare. Quæ gloria ſepelire reliquias pudendæ idololatriæ? quale trophæum tempore Imperij ſui hæreſum monſtra extirpare? quàm decorum, imò quàm diuinum fuit videre tempore ſui regiminis tot doctiſsimorum virorum ſcripta ad ſuos pedes deponi ac deijci? videre item tam multos, tam excellentes, tamque ſanctos viros florere? nã floruerunt tunc Leones, Cyrilli, Chryſoſtomi, Simeones Stylitæ; videre etiam DEI Eccleſiam maximis viris, velut aſtris quibuſdam lucidiſsimis totam quantam reſplendere? videre quoque illum ipſum Theodoſium ſpatio quadraginta annorum ſceptrum, in magna imperij pace, inter tot tempeſtates tenere? & quod plus eſt, defectu ſufficientis conſiderationis, & examinis in aliquos defectus & errores cadere, & viciſsim reſurgere, lapſumque ſalutari pœnitentiâ continuò expiare. Adde, maximum DEI in eum amorẽ fuiſſe, quod potenti eiuſdem DEI manu à præcipitio præſenti fuerit retractus; & tandem animã DEO inter palmas, & bonos glorioſæ vitæ odores reddiderit. Nónne iſthæc eſt pietas fortunata.

Contemplare Pulcheriam velut Aquilam quampiam, in ſummitate alicuius pyramidis cõſidentem: cuius oculus fixus ſemper in ſuum ſolem DEVM, videt omnes procellas & tempeſtates ſub ſuis pedibus diſſolui, & in nihilum redigi. Viſáne, audítáue eſt aliquando pietas fortunatior? quàm quòd puella quindecim annos nata

gubernans Imperatores, & Imperia, ſibi catenatim iungens mundi totius corda, quibus in terris ſibi contexat coronam immortalitatis, omni iure poſsit gloriari ſe habere cœtum vniuerſalis Eccleſiæ ſuarum laudum encomiaſten? & ex gubernatione rerum terrenarum per mortem multùm felicem domicilia Beatorum conſcendere; dicere debueram vehi, curru liberalitatis & munificentiæ? Dic age, lector, vbinam clarius vnquàm viſa eſt felicitas veræ & ſolidæ pietatis, quàm in hac diuina puella?

Statue tibi ob oculos Athenaidem, pauperem puellam, quæ, ne domunculam quidem habeat, in quam ſe recipiat: tamen, vt primùm totis vlnis pietatem complectitur, & ſolertis ingenij ſibi à DEO collati, gloriæ & honori altarium offert talenta, ecce rapitur potius, quàm ducitur ad thorum primi Imperij totius mundi: deinde cùm ſe, veteremque ſuam conditionem obliuiſceretur, DEVS ei afflictionem comprimis acerbam & ſenſibilem immittit: at verò ſimulatque recurrit ad conſueta ſibi pietatis arma, nubes opprobrij, quod eius fronti imprimendum parabatur, ſubitò tota diſſoluitur, & ceſſante momento omni tempeſtate, eius facies incredibili gloria illuſtratur. Et quod magis admirandum eſt, DEVS eam extractam ex profundo erroris gurgite, in quem maledictus ille hypocrita, fictus Monachus, eam præcipitarat, ad rectam viã, catholicam ſcil. Eccleſiam, reducit: tandemq; eius animam, magna cum pace, in ſedem Electorũ recipit, eamque regnare facit, tum per ſeipſam,

tum

eum per ſuum ſanguinem in tribus totius mundi partibus. Nam illa per ſeipſam tenuit ſceptrum Aſiæ; filia eius Eudocia nupta Imperatori Romanorum, Domina fuit totius Europæ; neptis autem eius ex dicta filia, quæ ex captiua, non ſine miraculo, facta eſt Regina Africæ. Nonne & iſta eſt pietas fortunata.

Iunge his etiam Martianum, hominem infimo loco natum, qui iam habeat collum ſub gladio carnificis, accuſatus falſi criminis, à quo, erat immunis, DEVS eum apprehenſum, velut per vnum capitis pilum, & ab opprobrio & periculo liberat, & miraculosè ad gubernacula vnius imperij transfert; in eumque innumera confert beneficia, alterumque efficit Conſtantinum. Inſaniat quantùm velit impietas, velit, nolit, eam fateri neceſſe eſt, quòd felicitas, amplitudo, dignitas, benedictiones, & fauores cæleſtes militent pro pietate.

Hic fortaſsis adhuc animum tuum ſubibit memoria aulæ Herodianæ, in qua dices, & verè dices, Mariamnam nihil non egiſſe ex virtutis præſcripto, & tamen per quam indignè tractatam fuiſſe: indeque forſan concludes pietatem non ſemper eſſe fortunatam. Verùm, admiſſa iſta tua cogitatione vt vera nonne neceſſe haberes Martyres, cæteroſque Sanctos omnes condemnare, quorum tamen vita iudicanda eſt felicisſima, ſiquidem ſuperato eo, quod *in præſenti eſt momentaneum &* 2. Cor. 4.

 leue 17.

leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, id eſt, quòd eam facit pertingere vſque ad ipſiuſmet æternæ felicitatis ſinum. Dic, age, nónne vel vnica hora vitæ in patientia tranſactæ, & tranquillitas mentis, quam Sancta hæc Regina, inter tot admiranda infortunia habebat, pluris eſt facienda, quàm triginta ſeptem anni eius mariti, vndique criminibus cooperti, ſpirituſque inquietudine & furore cõtinuò agitati? Dic item, nonné egregia eſt felicitas, & incomparabilis gloria, quòd DEVS ſuas perſecutiones cum hac Principe diuiſerit, volens eam per illum eundem perſecutionibus exerceri, qui cauſa & inſtrumentum fuerat omniũ eius afflictionum? nihilné eſt, in patientia, in innocentia, & in honore, per illum ipſum gladium, qui poſtea euaginatus fuit contra Chriſtum, vitam ponere? nihilné etiam dare vitam vnius formicæ in commutationem immortalis gloriæ in terra & quietis ſempiternæ in cælo?

Si etiam deſideres hìc videre pietatem, ſecundùm mundum, fortunatam, quid videtur? nonné opus eſt à Patre luminum, quòd intueamur vniuerſam Herodis propaginem, ortam, non ex Mariamna, ſed ex aliis vxoribus, fuiſſe ſiniſtram, infelicem, execrabilem, priuatam ſceptro paterno, expulſam proſcriptamque regno, paucis, iuſtâ DEI ira ex hominum cœtu vniuerſim exterminatam; Nepotes autem, ſicut & nepotes Mariamnæ vltimos in thronis reſediſſe? Tigranes eius abnepos deſcendens recta linea ab eius filio Alexandro, fuit Rex Armeniæ, coronatus, non quorum-

rumcunque manibus, ſed Imperatorum Romanorum. Agrippa verò maior, natus Patre Ariſtobulo, qui quidem primò Tiberij crudelitate Romæ ferrea catena fuit vinctus, & in captiuitate detentus; ſed poſtea benignitate & clementia Caij Cæſaris cum catena aurea eiuſdem ponderis, cuius erat ferrea illa, qua fuerat Romæ conſtrictus, in ſuum Regnum remiſſus eſt. Agrippa autem Iunior, ſub quo Sanctus Paulus contra Iudæos vitæ ſuæ inſidiantes, cauſam ſuam perorauit, ab horribili illa populatione & clade ciuitatis Hieroſolymitanæ, velut alter Loth ab incendijs Sodomæ & Gomorrhæ, ita fuit præſeruatus, vt deinde in Tiberiade & Iuliade vſque ad extremam ſenectutem regnauerit. Berenice abneptis eiuſdem Mariamnæ ab Imperatore Tito qui mundi deliciæ dicebatur, magno in honore fuit habita. alia autem ex eiuſdem ſanguine, dicta Druſilla, nupſit Felici Gubernatori Iudææ; de quibus in actis Apoſtolorum eſt mentio. Viden', Lector, vt DEVS etiam matris virtutem in filijs & filiabus, per aliquos fauores temporales remunerarit? & omnes, qui vel mediocriter virtuti ſtuduerunt, fortuna aliqua terrena beauerit, ad clarius oſtendendum per euidentia teſtimonia, quòd infelicitas non proueniat, niſi ex impietate?

Hæ duæ Aulæ, quarum hactenus retulimus hiſtoriam, meo iudicio, ſatis oſtendunt infelicitatẽ eſſe ex vitijs, & ſceleribus: proſperos autem exitus vitæ magnorũ, eſſe ex vita iuxta præſcriptũ legum diuinarum tranſacta.

Si laborem hunc poſthac continuauero, exponam, iuxta ordinem, & ſeriem ſæculorum, elogia ſublimium ac ſanctarum animarum, quæ in ipſo mundo exiſtentes eximia pietate floruerunt: & hoc ad verecundia & pudore perfundendos eos, qui cùm ſeſe iactitent eſſe hæredes, & ſanguinis, & ſubſtantiæ eorum, toto tamen cælo ab eorum meritis recedunt. Abſolutè tamen & præcisè loquendo nihil poſſum promittere. I. quia munus concionandi parum admodum mihi concedit otij ad ſcribendum, & licet aliquid temporis eam in rem poſſem nanciſci, tamen præ manibus opus habeo ex ſacra ſcriptura, quòd, cùm magni ſit moliminis, ſuum ordinem & tempus requireret quàm maximè. II. quia video tot egregiè eximieque doctos homines, qui longè melius me id poſſunt præſtare. Mea enim talenta, cum parua ſint, & penna minimè expedita, me feſtinare non ſinunt: nam opera, quæ ſubinde do in lucem, licet ſint imperfecta, tamen diu multumq; ea ſoleo conſiderare. Adde, quòd & poſtquam ſæpius ad limam reuocaui, mihi ſemper videantur adhuc nimis citò in publicum prodire. Quare, ea vellē quaſi ſemper per alas tenere. III. & vltimò, quia non exiguum experior laborē tot ſanctos in Aulis inuenire. Meminiſti enim, Lector, Philoſophum illū, qui accenſa in ipſo meridie lucerna homines quærebat quidem, adhuc ſatis habuiſſe negotij, vt aliquos, quales volebat, inueniret; quantò putas mihi eſſe difficilius ſanctos inuenire, his præſertim ſæculis in ſeniū declinā-

tibus,

Digitized by Google

tibus, in quibus parũ eſt fortitudinis, plurimùm autem infirmitatis? ſi à me petis codices, petam & ego à te viciſsim Sanctos: quanquam in veritate rei deberem potius ſtudere, vt meis moribus magis, quàm codicibus, inſculperem ſanctitatem. Veniet enim aliquando tempus, quando opuſcula à tineis ſub terra deuorabuntur; bona autem opera in cælo beata immortalitate coronabuntur.

LAVS DEO.

BREVIS ADMONITIO AVCTORIS AD LECTOREM CIRCA QVÆDAM IN HAC SAXOnum Conuerſione, quæ videntur excedere fidem.

ALiquot iam anni præterierunt, quando, legens hiſtoricos, incidi in ſectam & mores veterum Saxonum: qui tandem poſt multa bella, armis & Prudentiâ Caroli Magni, domiti & conuerſi ſunt ab Ethniciſmo ad fidem Chriſtianam. Vidi circa hanc Conuerſionem Auctores quotquot inuenire potui: nam præter Cranzium, Godefridum VViterbium, Reginonem, (qui de his populis loquuntur) legi Cronica & Annales Fuldenſium, Relationes Schamburgij, Euodi, Albini, & nonnullorum aliorum monumenta. Ex quibus excerpſi hanc hiſtoriam, & illuſtra-

luſtraui admirandis quibusdam diuerſorum Auctorũ narrationibus, (quæ prodigiosè contigiſſe videbantur) vt eas repræſentarem Regiæ Maieſtati in exordio primarum ſuarum Victoriarum contra rebelles regni ſui Caluiniſtas Rupellam aliaſq; munitiones obtinentibus: Cum vero deinceps ad alia peragenda me conuertiſſem propoſito labori parcens, veluti ſepultum manſit opus nondum natum, & fors ſepultum omnino manſiſſet, niſi amica manus è feretro eam extrahens, indicaſſet oppidò expedire, vt in magna hac temporum, ac progreſſuum Regiorum luce ac die publicè ederetur.

Quod ſi ſtilus, ac ratio ſcribendi hoc loco nonnihil audacior fortaſsis videbitur, rogo prudentem lectorem, vt conſideret maiorem hiſtoriarum partem illius ſæculi fuiſſe longè alterius conditionis, quàm ſit eorum in quibus nos verſamur, & luctamur; & opus hoc eâ tempeſtate conceptum fuiſſe, quâ magis theatri Regij delicijs ſeruiebatur, quàm vt modò preſſus Politices ſtilus patiatur; tandem etiam conſideret nihil adeò eſſe præter ordinem & inſolens, cui antiquarum hiſtoriarum ſimilitudine veri ſpecies induci non poſsit. Adde quòd qui velum remouere voluerit, & videre deſtructionem Idololatriæ, per Carolum Magnum factam, clarè introſpiciet deſolationem hæreſeos in ſuo regno procuratum armis noſtri Chriſtianiſsimi Regis, quem DEVS pro ſua gloria, pro ornamento Eccleſiæ & tranquillitate eius populorum conſeruare benigniſsimè dignetur.

VETE-

VETERVM SAXONVM, CAROLI MAGNI OPERA, E PAGANISMO AD FIDEM Catholicam conuerſio.

Seu

IMPIETAS ARMIS ET AVSPICIIS CAROLI MAGNI DOMITA.

Diuina prouidentia in hoc inferiori mundo eo ferè loco habet homines, quo ipſi homines habent calculos, quibus in computanda magna aliqua pecuniæ ſumma vtuntur, modò enim dicti calculi minuta pecuniarum, modò ſcutos aureos valent. Aliqui totius vitæ ſuæ decurſu velut profunda nocte adeo latent, vt de eorum in mundum ingreſſu, & egreſſu nihil ſciatur; alij ſi quid nacti ſint quo agnoſcantur nō alia ſane re celebres euadunt niſi miſeriarum multarum exaggeratione; alij autem in magna quidem verſantur luce, ſed in ea magis ſubinde ardent, quàm lucent; &, poſthabita ſui ipſorum notitia, toti mundo, vt innoteſcant, plurimùm laborant: dum & longas de ſua vita contexunt hiſtorias; & de ſua fortuna cōfingunt fabulas. Sunt & alij, qui, poſtquam longo tempore incogniti latuerunt, more nonnullorū fluuiorum (qui longo itineris interuallo abſconditi ſub terra fluunt, & tandem oculis hominum ſe viſendos exhibent) per eximios feliceſque euentus ex illa ipſa ſua obſcuritate emergentes, lucidiſsimo gloriæ fluxu per hominum ora & admirationem decurrunt. *Diuerſi hominum ſtatus.*

Quod

Digitized by Google

Quod ex hac, quam tracto, hiſtoria maniſeſtiſsimè apparebit: in ea ſiquidem principia incerta, progreſſus oppidò implicatos, exitus autem fortunatiſsimos conſpecturus lector eſt. Fuit Clodoaldus inſignis ac illuſtris quidam in Regno Daniæ, in quo aliàs idem vnam ex maximis illius Regni prouincijs adminiſtrarat, viduus pater trium liberorum, quorum duo ab eo erant abrepti, filius ſcilicet, qui primò Clodoaldus Patris nomine, pòſt Iſchyrion vocatus, & filia, Hildegardis dicta: Filius per prædones marinos ſublatus fuit; recuperatus autem & nutritus inter opiliones. A quibus cùm obſcuram aliquam ſuorum natalium accepiſſet cognitionem, eum inuaſit deſiderium vnà cum Fauſtino filio Paſtoris, à quo fuit educatus, regiones peragrandi: ambo in diuerſis occaſionum illecebris, magna quædam, & admiranda geſſerunt.

Filia agens annum circiter ſeptimum, artificio aliquorum ſacerdotum idolorum fuit ſubtracta, vt inter Veſtales ageret in templo idoli dicti Irminſul in Saxonia ſito, quo in templo horribiles committebantur abominationes: nam dicto idolo, præter alia quæ iſtic nefanda gerebuntur, etiam homines immolabantur, ad leones & vrſos, qui ibidem ſuperſtitiosè aſſeruabantur, paſcendos. Tertia vero proles Clodoaldi Hyacinthus, ſorte deſignatus fuit vt in templo funeſti huius idoli ſacrificaretur. Verùm, infortunium iſtud, vt deinceps intelliges, impeditum, & omnino ſublatum fuit victricibus armis Francorum: qui idololatriam exterminantes, eius loco multâ feli-

felicitatem, poſt magnam diuerſarum calamitatum confuſionem, introduxerunt.

Hîc te, beneuole lector, rogatum volo, vt, quemadmodum Hiſtoria hæc de reliquijs idololatriæ, quæ Carolinis tẽporib. adhuc in Europa inueniebantur intendit triumphum de eis actum demonſtrare; ita tu eadem legendo percurras, non ſolius oblectationis gratia, ſed vt ſimul recognoſcas nomina, quibus Chriſto (qui te extraxit à ſeruitute dæmonum) Saluatori tuo obſtrictus teneris. Quin etiam vna agnoſcas beneficium & donum, quo idem mundi Redemptor dignatus eſt Carolum Magnum Francorum Regem & Monarcham potentiſsimum ad idolorum capita cõminuenda, & ex rerum natura exterminanda excitare, qua ratione noſtris temporibus noſtrũ Ludouicum excitauit, ad regnum ſuum indies magis, & magis à peſtifero hæreſis veneno, tum vitæ innocentiâ, tum felice armorum ſuorum progreſſu expurgandum.

Nota, lector, hiſtoriam hanc ſcriptã eſſe ab auctore eo tempore, quo Rex intra Galliã expugnabat ciuitates, quas Caluiniſtæ tenebãt, vt Rupellam &c.

Præclarè dixit Sapiens: *nefandorum idolorũ culturam omnis mali cauſam eſſe, & initium & finem*; quia ex ea prouenit furioſum ignorantiæ bellum, perpetua vitæ illuſio, omnium rerum confuſio, DEI obliuio, naturæ corruptio, & tandem Sanguinis commixtio, nec non ſacrilegia, & omnis generis impudicitiæ, & luxûs.

Sap. 14. v. 27.

Res omnibus lacrymis deploranda, quòd, cùm peſtis iſta paulò poſt diluuium cœperit, & omnes mundi regiones peruagata, nec dum penitus tempore Caroli Magni extincta fuerit, & à Chriſti natiuitate ad id vſque tempus, totis octingentis

tis annis in nonnullis Europæ locis perdurârit. Verùm cùm iam inde à mundi principio malignus ſpiritus fuerit conatus ponere pedicas, & impedimenta ſalutis, quid mirum, quòd, exiſtimans ea eſſe neruum & firmamentum ſui imperij, continuare voluerit?

Cyril. li. 1. contra Iulian. Didymus l. exegeſeon. S. Hieron. in epiſt. ad Titum. Non ignoro viros doctos diſputare de primo idolo, quod vnquam in mundo extitit: Sanctus Cyrillus putat fuiſſe ſtatuam Iouis, conſecratam per Cecropem Regem Athenienſium: Didymus & S. Hieronymus primam inuentionem attribuunt Regi Cretæ; dicto Meliſſeo; Diodorus autem, & Euſebius, Phrygibus, Athlantes verò, Africæ populi, maximè ſe iactant ſui Dei antiquitate; eum autem inſigniunt nomine ipſiuſmet Cæli. *οὐρανός. In Antiquit.* Porphyrius putat principium ſectæ Paganorum originem habuiſſe à Phœnicibus. Sed Ammonius valde probabiliter autumat primum idolum fuiſſe Nemrod de quo ſermo eſt in ſcriptura: *Gen. 10. 8.* niſi iuxta relationem Fulgentij, dicere velimus, quendam Synophanem Ægyptium natione, perdito filio, primum omnium ſtatuam doloris cõſecraſſe. *εἰδωλον.* Adeo ſollicite inquiritur de primis idololatriæ initijs. Sed hem quanto vtilius quæreretur de poſtrema. Interea opinio omnium probabiliſsima eſt, nefandum illum cultum incœpiſſe ſtatim poſt ædificatam turrim Babel: quo omnium primi Babylonij & ægyptij fœdè ſe contaminarunt. Qua peſte quam ſe antiqui Galliæ populi infecerint, docent dæmones qui eis in quercubus & ſtatuis oracula reddebant adeo grata, vt homines immolarent ad Tarami cuiuſdã altare, audi Lucanum:

Et Taramis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Idem

Idem malum erat in vſu apud Saxones, vt videbimus in progreſſu huius hiſtoriæ. Nam contigit, vt Clodoaldus, afflictus Pater, luſtratis diuerſis mundi regionibus, continue quærendo amiſſam prolem, veniret in Saxoniam, ibique occaſione fortaſsis aliquorum propinquorum, ſedem figeret: & cùm omnia inquireret media quibus & diuerteret, & leniret dolorem ſui infortunij, venit in mentem venatio qua & multùm afficiebatur, & in qua aliàs tum ardoris, tum dexteritatis facta, abſoluto venatore digna, ediderat quàm plurima.

Vnde quodam die, cùm magno animi ardorê aprum inſequeretur, intrauit ſyluam magnam, ſpatioſam & aſpectu horrídam: erat enim veriſſimum antrum & latibulum dæmonum: vbi multa & cruenta ex mactatis hominibus facta fuerant ſacrificia: ibidem magnum videbatur idolum ex ære Cyprio fuſum, quod dedicatum erat fictæ cuipiam diuinitati: ſub hoc ergo idolum aper ille fortè fortuna, ad ſe tuendum, recepit. *Venatio Clodoaldi in ſyluis Irminſul.*

Qui tunc in Clodoaldi comitatu erant, eum monuerunt, ne quicquam temerè circa aprum illum atentaret, nemus enim illud, & idolum eſſe Irminſul, in quo nefas ſit venari, nedum ſub ipſo idolo feram occidere: ſed ille, ſiue ſurda aure præterire voluerit patrias ſuperſtitiones, cuius ritus, religionem & mores adhuc tunc ignorabat; ſiue quòd inflammatus, & veluti ineſcatus voluptate, quam capiebat in venatione, rem cœptam perſequens, aprum ſua occidit manu, caputque abſciſſum magnificè oſtentauit.

Digitized by Google

Inter hæc, cùm plus ſatis conſuetum eſſet malignis ſpiritibus per idola loqui, & anni tempeſtatibus ſterilitatem, & corporibus viuentium infirmitates inducere, è ſtatua audita eſt vox terrifica, & peſsima quæque minitans, tum afflicto Clodoaldo, tum vniuerſæ patriæ; niſi pro illata iniuria ille promptè ſibi faceret ſatis. Et quod fidem fecit eius minas non futuras inanes, & abſq; effectu eſt, quod Clodoaldus repente tali oculorum caligine percul ſus fuerit, vt ad tempus aliquod omni viſu priuatus fuerit.

Hic Cloboaldus, qui alioquin ſat fortis erat, adeò ſuperſtitione illa fuit oppreſſus, vt veniam petiturus, abijcens ſe ad pedes falſi DEI, eas adhibuerit ſupplicationes, quæ longe plus de ſeruitute horroris, quo erat ipſe correptus; quam de generoſitate animi (quam alias præ ſe ferebat) habebant. Videns diabolus eo in ſtatu eſſe, in quo omnia facturus ſit, ad viſum recuperandum, eum adegit ad pollicendum ſe ei ſacrificaturum id, quod primò ſibi occurreret domum redeunti. Sed prô, nimis citò ſui voti temeritatem expertus eſt, dum ô malum! primus omnium ei occurrit filius Hyacinthus; qui erat vnicus ſcopus omnium eius cogitationum, & calumen ſenectutis, id vero qua ratione acciderit accipe: Audierat filius patrem iuiſſe venatum: quare, excogitatis eius gratia nonnullis iuuenilibus facetijs, ad eum exhilarandum, ei obuiam redeunti proceſsit. Triſtis & afflictus Pater, qui iam geminas oculorum portas clauſerat ſpectaculis ſuarũ calamitatũ, auriũ ianuas, prô, nimis ſuo infortunio apertas habebat.

Triſtis occurſus.

bebat.

Digitized by Google

bebat. Quo factum eſt, vt intelligens vocem Hyacinthi, horrore totus expalluerit, & trahens ab imo pectore ſuſpiriũ, nihil aliud dixerit quã hoc: filius meus eſt, perij : reliqua enim verborum intenſus animi dolor ſuffocauerat. Altera ex parte videns paruus Hyacinthus patrem ſuum lumine eſſe priuatum, & ſimul conſiderans moleſtiam, quâ eo momento, quo ei occurrerat, affectus fuerat, exiſtimauit ſe eſſe cauſam iſtius infortunij: vnde tãtos, tantæq; cõmiſerationis plenos edidit clamores: vt & præſẽtes ad maximã cõmiſerationẽ excitaret, & ingenti vociferatione totum nemus reſultare faceret. Nihil vtq̃ hiſtoriã Iephte melius repræſentauit. Paruus & innocẽs Hyacinthus firmiſsimè adhærens patris genibus, eũ per id, quod ei erat religioſiſsimũ & auguſtiſsimũ in mundo hoc rogabat, ſibi vt declararet quo remedio poſſet ſanari: vel certè, ſi nullum eſſet, de ſe vindictã ſumeret, venabulo, quod manu gerebat, ſe è medio tollendo : promittebat inſuper ſe ita ictum directurum, itaq; patenter pectus apertură ferro, vt minimè defuturum illi eſſet ſpatium ad cor parricidæ transfigendum.

Pugna pietatis inter Patrem & Filium.

Verùm, miſer Clodoaldus, iſtis ex filio auditis, horribiliores animi conuulſiones ſentiebat, quàm quiſquam ſibi imaginari valeat; quippe, qui magis remedium apprehendebat, quàm ipſum quo laborabat, malum. Atque ita Pater & filius longo tempore æquali pietatis certamine inter ſe pugnârunt. Ea res & maximè inſenſibiles lacrymas exciebat, & omnes ſummam in admirationem rapiebat.

Tandem cùm Clodoaldus, ad conferendũ cum

Digitized by Google

amicis, qui ſe ad venationem euntem erant comitati, paululùm receſsiſſet, & vidiſſet eos, qui gaudebant poſſe ſe declinare tempeſtatem, eam in alios conuertendo, magnopere ſibi ſuadere, vt crudele iſtud ſacrificium conſummaret, ira vehementer fuit commotus; quod ipſum adeò elatis & ferocibus eſt conteſtatus verbis, vt eorum aliqua ad aures Hyacinthi pertigerint, qui continuò intelligens in quo cardo totius negotij verteretur: liberrima ſe voluntate Patri obtulit ſacrificandum. Ac Pater æſtimans tantò ſe magis obligari ad conſeruandũ tam pium filium, quantò ſe ipſe magis perdere volebat, vt Patrem ſuperſtitem & ſanum ſeruaret in vita; cucurrit ad filium (amore, qui abundè ſatis videt, oculorum ſupplente defectum) eique ex ſuis brachijs tam fortes confecit catenas, ijſdemque tam arctè eum eſt complexus, vt ne mors quidem ſatis virium ad diſſoluẽdos diſrumpendoſue tantæ charitatis nodos habere videretur: plorans autem hæc illi dicebat:

Hyacinthe, fili mi chariſsimè, cogita me eſſe Patrem, & non ſaxum quodpiam; meque proinde omnes habere ſenſus, quos natura in huiuſmodi accidentibus dare poteſt. Noſti quomodo frater tuus natu maior, & ſoror, in ætate admodum tenera mihi exrepti ſunt, & hoc ad complementum dolorum ex matris tuæ obitu prouenientium: Teque ſolum eſſe ſuper ex calamitoſo illo, quod paſſus ſum, naufragio, minimè latet: dum autem te relictum inter brachia teneo, tenere mihi videor quaſſatam aliquam tabulã ex nauigio, quod

omnem

omnem meum, antequam naufragio obrueretur, vehebat theſaurum. In tua infantia videbam omnes ſpes meæ poſteritatis reuireſcere: videbā fulcrum, cui ætas mea iam declinans in occaſum innitebatur; paucis, videbam meam carnem, & ſanguinem. vt autem te nunc dem! mihi vt tam caro pretio comparem oculos! vt te viuum ac vegetum in tumbam mortuorum conijciam! vt ex tuo ſanguine mihi collyrium conficiam, vt crudeli ſanitate, & vitâ, quæ magis ſit infamis, quàm ipſa mors, fruar. Non fero fili mi, ſine me in meis potius mori miſerijs, quandoquidem etiam nunc pedem alterum habeo in ſepulchro.

Deplorandus hic cæcus, dicens hæc, conabatur ſuis ex lacrymis miſeræ victimæ balneum facere; dum alij aliud eidem ex ſanguine præparabant. Non fuit poſsibile Patrem reddere quietū, donec filius ei promitteret nihil futurum circa ſe abſque eius conſenſu. Nihilominus tamen relaxatus ab amplexu parentis, ſuauiter ſe ſubduxit, intentione videndi idolorum Sacerdotes, & tractandi cum ijs de ſua libertate: ſed Clodoaldus, qui ſemper voluiſſet ipſum ſibi eſſe incorporatum, animaduertens quod filius ſe ſubtraxiſſet, in tam furioſum incidit dolorem, nullam vt omnino admitteret conſolationem.

Interim cùm ventum eſſet ad tractandum de negotio ſupplicantis cum idolorum ſacrificulis, cùm prætextus deuotionis ſemper minus ſint exorabiles, illi in vijs ſanguinarijs obſtinatiſsimè perſtiterunt, tenentes hoc in negotio cum populo non minus timido, quàm rudi; quippè qui nullâ

Digitized by Google

re impetuoſius mouebatur, quàm ſuperſtitione. Iniectis proinde in Hyacinthum manibus, vt mitis agnellus quiſpiam capitur, & pro futuro ſacrificio diſponitur: & hoc tanto agitur ardore, vt ſol, ventus, pluuia & fertilitas ſequentium annorũ effuſione eius ſanguinis emenda videantur.

Hic paululùm, ſi lubet, amice Lector, ſubſiſtamus, & velut per tranſitum conſideremus tyrannidem ſuperſtitionis, quæ libertati hominum horribiles fabricat catenas, & pro religionis actibus crimina obtrudit, ſubq́ue falſæ pietatis colore malum efficit perenne.

Exterunt nonnulli Tyranni, qui res longè iniuſtiſsimas cōtra homines liberos moliti ſunt: inter quos nō fuêre poſtremi Baſilides, & Octolinus: ille, Dux Moſcouiæ, populos ſuos pro tributo vitra, quæ ſudorē ex ſe emitterent, & hyemis tempore luſcinias ſibi adferre, imperabat; hic autem afflictos fundere lacrymas prohibebat: quæ tamē ſunt viæ omniũ ſuauiſsimæ, & rationi maximè conſentaneæ, quas natura reperit ad exonerandum & releuandum cor oppreſſum amaritudine.

Sciendum tamen eſt, quod huiuſmodi crudelitates nunquam adæquauerint ſæuitiam hominis ſuperſtitionibus vniuerſim dediti; Sic enim non ſolùm alijs, ſed ſibiipſi theatrum eſt mortis, ſupplicium & carnifex, credens ſe magnum acceptumq́; facere ſacrificium, quando ſeipſum conſtituit inſtrumentum perennis ſuiipſius ruinæ: Quis non horreret intelligens homines hominibus potuiſſe perſuadere, quod filios & filias voluntariè occidere, & fuſo eorum Sanguine idola aſpergere,

gere,

Digitized by Google

gere, ſit actus, qui & coronas mereatur, & dignum quid quod poſteritas imitetur!

Abundè notum eſt, votum tribus conditionibus, velut partibus integrantibus, vt loquuntur in Scholis, debere conſtare, iuſtitiâ ſcilicet, iudicio & veritate: iuſtitiâ, quia debet eſſe de rebus iuſtis & legitimis. Ideo qui crimen vouet, vt Iudæi, qui vouerant non manducaturos ſe, neq; bibituros priuſquàm D. Paulum occiderent, duplex committit ſcelus, & ſi illud mandet executioni, adijcit tertium; iudicio, quia votum comitari debui cognitio, deliberatio, diſcretio & libertas: rationi ſiquidem repugnat in re tanti momenti cæcè procedere; veritate denique, fieri ſiquidem debet vni & Soli DEO. *Conditio votorum.*

Ecce quomodo lex Saluatoris cõtinetur & terminatur obſequijs rationabilibus; Dæmonis autẽ connectit impias actiones nodis, qui ademptâ omni modificatione, inferunt omnimodam neceſſitatem. Nemo eſt, qui iuuenis iſtius innocẽtis ſanguinẽ defendat, ſed oẽs ſtultè credunt id præſtari adimpleriq; poſſe ſine crimine, quod votũ eſt ſine ratione. Si exemplũ Iephte hic obijciebatur, qui votũ prorſus ſimile, voto Clodoaldi fecit, reſpõdendũ eſt promiſsionem illã magnã fuiſſe temeritatẽ, executionẽ aũt iuxta ſententiam & deciſionẽ S. Hieron. maximũ crimen. Etiã Lyra in ſua in Sacram S. gloſſa ſecutus maiorẽ Hebræorum Doctorum partẽ, tenet filiã Iephte non fuiſſe ſacrificatam, ſed perpetuò recluſam in monaſterio: in quo & intactam ſeruabat virginitatem & orationibus, ieiunijs, vitæque aſperitatibus, more *An filia Iephte fuerit immolata.*

Digitized by Google

Nazarenorum, aſsiduè ita vacabat: vt non niſi quater in anno in parentum veniret conſpectum. Hoc quidem ex textu Hebræo aliquo modo videtur poſſe inferri; Sed quia Tertullianus, S. Auguſtinus, S. Hieronymus, S. Epiphanius, S. Chryſoſtomus, Theodoretus, & alij magno numero Patres antiqui tenent re ipſa fuiſſe immolatum, opiniones illæ antiquæ non poſſunt moueri, multò autem minus afferi citra temeritatem.

Vnde quod factum fuerat ſine lege & ratione, non debuit in exemplum adferri: ſed dæmones ſanguinis humani perquam auidi, falsè perſuaſerunt ſuis Sacerdotibus, quòd maxima miſericordia, quam facere poterant in hoc negotio, eſſet ſe crudeles exhibere: quare dæmonibus obſequentes, paruulum Hyacinthum omnes morti adiudicârunt.

Dum autem victima præpararetur quantocyus idolo offerenda, & nobilium aliqui ſe diſponerent ad eam liberandum: ecce præter alios, duo equites ad nemus, conſecratum ſæpius dicto Irminſul, appellũt ita opportunè, ac ſi fuiſſent Patris & Filij Angeli Cuſtodes de cælo miſſi. Vnus erat Iſchyrion, qui mundum luſtrabat, vt aliquid certi indageret de ſua Origine; alter Fauſtinus eius indiuiduus comes. Cæterùm duo hi equites nacti occaſionem & argumentum oſtendendi quid armis poſſent, aliquamdiu iam in Saxonia ſe detinuerant, magnamque egregijs ſuis factis auctoritatem apud milites ſibi pepererant.

In ipſo ſtatim Syluæ ingreſſu admirandum habuerunt

buerunt occurſum: nam nocte crepuſculo veſpertino tenebras inducente, cùm in vicino dumeto aliquid ſe mouere animaduertiſſent, Fauſtinus, qui vnquam non manu erat promptus, iudicans eſſe feram aliquam, ſagittam arcu ſubitò emiſit, non abſque effectu; nam continuò hominem è dumo egredientem conſpexerunt: qui, cùm vix, iam tunc, hominis formam, ob labores & afflictiones, quas erat perpeſſus, retineret, nunc ex ictu ſagittæ totus ſanguine coopertus, longè adhuc magis ab humana ſpecie receſſerat; repſit tamen ad eorum pedes, inſtanter eos rogans, vt quod primus ſagittæ ictus reliquerat vitæ, ſecundus tolleret. Verùm, factum ex animo deteſtantes, & homini, quem feram putârant, vulnerato miſerantes, ſanguinem ei ſtiterunt, plagamque, non vſque adeo grauem, minimè autem mortalem, colligarunt: deinde nonnulla ex eo, reſumpto iam nonnihil animo, quæſiuerunt: &, inter reliqua, didicerunt eum aliquando in Thracia militaſſe, ſub quodam Duce Mammuchano, quem ſummi faciebat. Eo autem mortuo, referebat ſe diuerſas regiones peragraſſe; ac deinde ocaſione quadam, ſibi minimè fauente, captum & venditũ fuiſſe, vt vel eſſet ſpectaculo in aliquo ferocium beſtiarum certamine, populo; vel victima alicui idolo. Qui incidens in manus ſacrificulorum Irminſul, ad ipſas vſq; aras ductus fuerat cum multis alijs captiuis, vt immolaretur; ſed alicuius amici conſilio & auxilio ſe aufugiſſe aiebat; iam autem exſpectantem commoditatem nauigandi quò ſe deferret mare Germanicum, coactum fuiſſe in

Digitized by Google

tis annis in nonnullis Europæ locis perdurârit. Verùm cùm iam inde à mundi principio malignus ſpiritus fuerit conatus ponere pedicas, & impedimenta ſalutis, quid mirum, quòd, exiſtimans ea eſſe neruum & firmamentum ſui imperij, continuare voluerit?

Cyril. li. 1. contra Iulian. Didymus l. exegeſeon. S. Hieron. in epiſt. ad Titum.
οὐρανός. In Antiquit.

Non ignoro viros doctos diſputare de primo idolo, quod vnquam in mundo extitit: Sanctus Cyrillus putat fuiſſe ſtatuam Iouis, conſecratam per Cecropem Regem Athenienſium: Didymus & S. Hieronymus primam inuentionem attribuunt Regi Cretæ; dicto Meliſſeo; Diodorus autem, & Euſebius, Phrygibus, Athlantes verò, Africæ populi, maximè ſe iactant ſui Dei antiquitate; eum autem inſigniunt nomine ipſiuſmet Cæli. Porphyrius putat principium ſectæ Paganorum originem habuiſſe à Phœnicibus. Sed Ammonius valde probabiliter autumat primum idolum fuiſſe Nemrod de quo ſermo eſt in ſcriptura: niſi iuxta relationem Fulgentij, dicere velimus, quendam Synophanem Ægyptium natione, perdito filio, primum omnium ſtatuam doloris cōſecraſſe. Adeo ſollicite inquiritur de primis idololatriæ initijs. Sed hem quanto vtilius quæreretur de poſtrema. Interea opinio omnium probabiliſsima eſt, nefandum illum cultum incœpiſſe ſtatim poſt ædificatam turrim Babel: quo omnium primi Babylonij & ægyptij fœdè ſe contaminarunt. Qua peſte quam ſe antiqui Galliæ populi infecerint, docent dæmones qui eis in quercubus & ſtatuis oracula reddebant adeo grata, vt homines immolarent ad Tarami cuiuſdā altare, audi Lucanum:

Gen. 10. 8.

εἰδωλοδύνη.

Et Taramis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Idem

Idem malum erat in vſu apud Saxones, vt videbimus in progreſſu huius hiſtoriæ. Nam contigit, vt Clodoaldus, afflictus Pater, luſtratis diuerſis mundi regionibus, continuè quærendo amiſſam prolem, veniret in Saxoniam, ibique occaſione fortaſsis aliquorum propinquorum, ſedem figeret: & cùm omnia inquireret media quibus & diuerteret, & leniret dolorem ſui infortunij, venit in mentem venatio qua & multùm afficiebatur, & in qua aliàs tum ardoris, tum dexteritatis facta, abſoluto venatore digna, ediderat quàm plurima.

Vnde quodam die, cùm magno animi ardorē aprum inſequeretur, intrauit ſyluam magnam, ſpatioſam & aſpectu horridam: erat enim veriſſimum antrum & latibulum dæmonum: vbi multa & cruenta ex mactatis hominibus facta fuerant ſacrificia: ibidem magnum videbatur idolum ex ære Cyprio fuſum, quod dedicatum erat fictæ cuipiam diuinitati: ſub hoc ergo idolum aper ille fortè fortuna, ad ſe tuendum, recepit. *Venatio Clodoaldi in ſyluis Irminſul.*

Qui tunc in Clodoaldi comitatu erant, eum monuerunt, ne quicquam temerè circa aprum illum atentaret, nemus enim illud, & idolum eſſe Irminſul, in quo nefas ſit venari, nedum ſub ipſo idolo feram occidere: ſed ille, ſiue ſurda aure præterire voluerit patrias ſuperſtitiones, cuius ritus, religionem & mores adhuc tunc ignorabat; ſiue quòd inflammatus, & veluti ineſcatus voluptate, quam capiebat in venatione, rem cœptam perſequens, aprum ſua occidit manu, caputque abſciſſum magnificè oſtentauit.

Digitized by Google

Inter hæc, cùm plus ſatis conſuetum eſſet malignis ſpiritibus per idola loqui, & anni tempeſtatibus ſterilitatem, & corporibus viuentium infirmitates inducere, è ſtatua audita eſt vox terrifica, & peſsima quæque minitans, tum afflicto Clodoaldo, tum vniuerſæ patriæ; niſi pro illata iniuria ille promptè ſibi faceret ſatis. Et quod fidem fecit eius minas non futuras inanes, & abſq; effectu eſt, quod Clodoaldus repente tali oculorum caligine perculſus fuerit, vt ad tempus aliquod omni viſu priuatus fuerit.

Hîc Cloboaldus, qui alioquin ſat fortis erat, adeò ſuperſtitione illa fuit oppreſſus, vt veniam petiturus, abijcens ſe ad pedes falſi DEI, eas adhibuerit ſupplicationes, quæ longè plus de ſeruitute horroris, quo erat ipſe correptus; quam de generoſitate animi (quam alias præ ſe ferebat) habebant. Videns diabolus eo in ſtatu eſſe, in quo omnia facturus ſit, ad viſum recuperandum, eum adegit ad pollicendum ſe ei ſacrificaturum id, quod primò ſibi occurreret domum redeunti. Sed prô, nimis citò ſui voti temeritatem expertus eſt, dum ô malum! primus omnium ei occurrit filius Hyacinthus; qui erat vnicus ſcopus omnium eius cogitationum, & calumen ſenectutis, id vero qua ratione acciderit accipe: Audierat filius patrem iuiſſe venatum: quare, excogitatis eius gratia nonnullis iuuenilibus facetijs, ad eum exhilarandum, ei obuiam redeunti proceſsit. Triſtis & afflictus Pater, qui iam geminas oculorum portas clauſerat ſpectaculis ſuarũ calamitatũ, auriũ ianuas, prô, nimis ſuo infortunio apertas habebat.

Triſtis occurſus.

bebat.

bebat. Quo factum eſt, vt intelligens vocem Hyacinthi, horrore totus expalluerit, & trahens ab imo pectore ſuſpiriũ, nihil aliud dixerit quã hoc: filius meus eſt, perij: reliqua enim verborum intenſus animi dolor ſuffocauerat. Altera ex parte videns paruus Hyacinthus patrem ſuum lumine eſſe priuatum, & ſimul conſiderans moleſtiam, quâ eo momento, quo ei occurrerat, affectus fuerat, exiſtimauit ſe eſſe cauſam iſtius infortunij: vnde tãtos, tantæq; cõmiſerationis plenos edidit clamores: vt & præsẽtes ad maximã cõmiſerationẽ excitaret, & ingenti vociferatione totum nemus reſultare faceret. Nihil vt q̃ hiſtoriã Iephte melius repræſentauit. Paruus & innocẽs Hyacinthus firmiſsimè adhærens patris genibus, cũ per id, quod ei erat religioſiſsimũ & auguſtiſsimũ in mundo hoc rogabat, ſibi vt declararet quo remedio poſſet ſanari: vel certè, ſi nullum eſſet, de ſe vindictã ſumeret, venabulo, quod manu gerebat, ſe è medio tollendo: promittebat inſuper ſe ita ictum directurum, itaq; patenter pectus aperturũ ferro, vt minimè defuturum illi eſſet ſpatium ad cor parricidæ transfigendum.

Pugna pietatis inter Patrem & Filium.

Verùm, miſer Clodoaldus, iſtis ex filio auditis, horribiliores animi conuulſiones ſentiebat, quàm quiſquam ſibi imaginari valeat; quippe, qui magis remedium apprehendebat, quàm ipſum quo laborabat, malum. Atque ita Pater & filius longo tempore æquali pietatis certamine inter ſe pugnârunt. Ea res & maximè inſenſibiles lacrymas exciebat, & omnes ſummam in admirationem rapiebat.

Tandem cùm Clodoaldus, ad conferendũ cum

Digitized by Google

amicis, qui ſe ad venationem euntem erant comitati, paululùm ſeceſsiſſet, & vidiſſet eos, qui gaudebant poſſe ſe declinare tempeſtatem, eam in alios conuertendo, magnopere ſibi ſuadere, vt crudele iſtud ſacrificium conſummaret, ira vehementer fuit commotus; quod ipſum adeò elatis & ferocibus eſt conteſtatus verbis, vt eorum aliqua ad aures Hyacinthi pertigerint, qui continuò intelligens in quo cardo totius negotij verteretur: liberrima ſe voluntate Patri obtulit ſacrificandum. Ac Pater æſtimans tantò ſe magis obligari ad conſeruandũ tam pium filium, quantò ſe ipſe magis perdere volebat, vt Patrem ſuperſtitem & ſanum ſeruaret in vita; cucurrit ad filium (amore, qui abundè ſatis videt, oculorum ſupplente defectum) eique ex ſuis brachijs tam fortes confecit catenas, ijſdemque tam arctè eum eſt complexus, vt ne mors quidem ſatis virium ad diſſoluẽdos diſrumpendoſue tantæ charitatis nodos habere videretur: plorans autem hæc illi dicebat:

Hyacinthe, fili mi chariſsime, cogita me eſſe Patrem, & non ſaxum quodpiam; meque proinde omnes habere ſenſus, quos natura in huiuſmodi accidentibus dare poteſt. Noſti quomodo frater tuus natu maior, & ſoror, in ætate admodum tenera mihi exrepti ſunt, & hoc ad complementum dolorum ex matris tuæ obitu prouenientium: Teque ſolum eſſe ſuper ex calamitoſo illo, quod paſſus ſum, naufragio, minimè latet: dum autem te relictum inter brachia teneo, tenere mihi videor quaſſatam aliquam tabulã ex nauigio, quod

omnem

omnem meum, antequam naufragio obrueretur, vehebat theſaurum. In tua infantia videbam omnes ſpes meæ poſteritatis reuireſcere: videbā fulcrum, cui ætas mea iam declinans in occaſum innitebatur; paucis, videbam meam carnem, & ſanguinem. vt autem te nunc dem! mihi vt tam caro pretio comparem oculos! vt te viuum ac vegetum in tumbam mortuorum conijciam! vt ex tuo ſanguine mihi collyrium conficiam, vt crudeli ſanitate, & vitâ, quæ magis ſit infamis, quàm ipſa mors, fruar. Non fero fili mi, ſine me in meis potius mori miſerijs, quandoquidem etiam nunc pedem alterum habeo in ſepulchro.

Deplorandus hic cæcus, dicens hæc, conabatur ſuis ex lacrymis miſeræ victimæ balneum facere; dum alij aliud eidem ex ſanguine præparabant. Non fuit poſsibile Patrem reddere quietū, donec filius ei promitteret nihil futurum circa ſe abſque eius conſenſu. Nihilominus tamen relaxatus ab amplexu parentis, ſuauiter ſe ſubduxit, intentione videndi idolorum Sacerdotes, & tractandi cum ijs de ſua libertate: ſed Clodoaldus, qui ſemper voluiſſet ipſum ſibi eſſe incorporatum, animaduertens quod filius ſe ſubtraxiſſet, in tam furioſum incidit dolorem, nullam vt omnino admitteret conſolationem.

Interim cùm ventum eſſet ad tractandum de negotio ſupplicantis cum idolorum ſacrificulis, cùm prætextus deuotionis ſemper minus ſint exorabiles, illi in vijs ſanguinarijs obſtinatiſsimè perſtiterunt, tenentes hoc in negotio cum populo non minus timido, quàm rudi; quippè qui nullâ

Digitized by Google

re impetuoſius mouebatur, quàm ſuperſtitione. Iniectis proinde in Hyacinthum manibus, vt mitis agnellus quiſpiam capitur, & pro futuro ſacrificio diſponitur: & hoc tanto agitur ardore, vt ſol, ventus, pluuia & fertilitas ſequentium annorũ effuſione eius ſanguinis emenda videantur.

Hic paululùm, ſi lubet, amice Lector, ſubſiſtamus, & velut per tranſitum conſideremus tyrannidem ſuperſtitionis, quæ libertati hominum horribiles fabricat catenas, & pro religionis actibus crimina obtrudit, ſubque falſæ pietatis colore malum efficit perenne.

Ext terunt nonnulli Tyranni, qui res longè iniuſtiſsimas cõtra homines liberos moliti ſunt: inter quos nõ fuêre poſtremi Baſilides, & Octolinus: ille, Dux Moſcouiæ, populos ſuos pro tributo vitra, quæ ſudorẽ ex ſe emitterent, & hyemis tempore luſcinias ſibi adferre, imperabat; hic autem afflictos fundere lacrymas prohibebat: quæ tamẽ ſunt viæ omniũ ſuauiſsimæ, & rationi maximè conſentaneæ, quas natura reperit ad exonerandum & releuandum cor oppreſſum amaritudine.

Sciendum tamen eſt, quod huiuſmodi crudelitates nunquam adæquauerint ſæuitiam hominis ſuperſtitionibus vniuerſim deditі; Sic enim non ſolùm alijs, ſed ſibiipſi theatrum eſt mortis, ſupplicium & carnifex, credens ſe magnum acceptumq; facere ſacrificium, quando ſeipſum conſtituit inſtrumentum perennis ſuiipſius ruinæ: Quis non horreret intelligens homines hominibus potuiſſe perſuadere, quod filios & filias voluntariè occidere, & fuſo eorum Sanguine idola aſpergere,

gere, ſit actus, qui & coronas mereatur, & dignum quid quod poſteritas imitetur!

Abundè notum eſt, votum tribus conditionibus, velut partibus integrantibus, vt loquuntur in Scholis, debere conſtare, iuſtitiâ ſcilicet, iudicio & veritate: iuſtitiâ, quia debet eſſe de rebus iuſtis & legitimis. Ideo qui crimen vouet, vt Iudæi, qui vouerant non manducaturos ſe, neq; bibituros priuſquàm D. Paulum occiderent, duplex committit ſcelus, & ſi illud mandet executioni, adijcit tertium; iudicio, quia votum comitari debui cognitio, deliberatio, diſcretio & libertas: rationi ſiquidem repugnat in re tanti momenti cæcè procedere; veritate denique, fieri ſiquidem debet vni & Soli DEO.

Conditio votorum.

Ecce quomodo lex Saluatoris cõtinetur & terminatur obſequijs rationabilibus; Dæmonis autẽ connectit impias actiones nodis, qui ademptà omni modificatione, inferunt omnimodam neceſsitatem. Nemo eſt, qui iuuenis iſtius innocẽtis ſanguinẽ defendat, ſed oẽs ſtultè credunt id præſtari adimplerìq; poſſe ſine crimine, quod votũ eſt ſine ratione. Si exemplũ Iephte hîc obijciebatur, qui votũ prorſus ſimile, voto Clodoaldi fecit, reſpõdendũ eſt promiſsionem illã magnã fuiſſe temeritatẽ, executionẽ aũt iuxta ſententiam & deciſionẽ S. Hieron. maximũ crimen. Etiã Lyra in ſua in Sacram S. gloſſa ſecutus maiorẽ Hebræorum Doctorum partẽ, tenet filiã Iephte non fuiſſe ſacrificatam, ſed perpetuò recluſam in monaſterio: in quo & intactam ſeruabat virginitatem & orationibus, ieiunijs, vitæque aſperitatibus, more

An filia Iephte fuerit immolata.

Digitized by Google

Nazarenorum, aſsiduè ita vacabat: vt non niſi quater in anno in parentum veniret conſpectum. Hoc quidem ex textu Hebræo aliquo modo videtur poſſe inferri; Sed quia Tertullianus, S. Auguſtinus, S. Hieronymus, S. Epiphanius, S. Chryſoſtomus, Theodoretus, & alij magno numero Patres antiqui tenent re ipſa fuiſſe immolatum, opiniones illæ antiquæ non poſſunt moueri, multò autem minus aſſeri citra temeritatem.

Vnde quod factum fuerat ſine lege & ratione, non debuit in exemplum adferri: ſed dæmones ſanguinis humani perquam auidi, falsè perſuaſerunt ſuis Sacerdotibus, quòd maxima miſericordia, quam facere poterant in hoc negotio, eſſet ſe crudeles exhibere: quare dæmonibus obſequentes, paruulum Hyacinthum omnes morti adiudicarunt.

Dum autem victima præpararetur quantocyus idolo offerenda, & nobilium aliqui ſe diſponerent ad eam liberandum: ecce præter alios, duo equites ad nemus, conſecratum ſæpius dicto Irminſul, appellũt ita opportunè, ac ſi fuiſſent Patris & Filij Angeli Cuſtodes de cælo miſſi. Vnus erat Iſchyrion, qui mundum luſtrabat, vt aliquid certi indageret de ſua Origine; alter Fauſtinus eius indiuiduus comes. Cæterùm duo hi equites nacti occaſionem & argumentum oſtendendi quid armis poſſent, aliquamdiu iam in Saxonia ſe detinuerant, magnamque egregijs ſuis factis auctoritatem apud milites ſibi pepererant.

In ipſo ſtatim Syluæ ingreſſu admirandum habuerunt

Digitized by Google

buerunt occurſum : nam nocte crepuſculo veſpertino tenebras inducente, cùm in vicino dumeto aliquid ſe mouere animaduertiſſent, Fauſtinus, qui vnquam non manu erat promptus, iudicans eſſe feram aliquam, ſagittam arcu ſubitò emiſit, non abſque effectu; nam continuò hominem è dumo egredientem conſpexerunt: qui, cùm vix, iam tunc, hominis formam, ob labores & afflictiones, quas erat perpeſſus, retineret, nunc ex ictu ſagittæ totus ſanguine coopertus, longè adhuc magis ab humana ſpecie receſſerat; repſit tamen ad eorum pedes, inſtanter eos rogans, vt quod primus ſagittæ ictus reliquerat vitæ, ſecundus tolleret. Verùm, factum ex animo deteſtantes, & homini, quem feram putârant, vulnerato miſerantes, ſanguinem ei ſtiterunt, plagamque, non vſque adeo grauem, minimè autem mortalem, colligarunt: deinde nonnulla ex eo, reſumpto iam nonnihil animo, quæſiuerunt: &, inter reliqua, didicerunt eum aliquando in Thracia militaſſe, ſub quodam Duce Mammuchano, quem ſummi faciebat. Eo autem mortuo, referebat ſe diuerſas regiones peragraſſe, ac deinde ocaſione quadam, ſibi minimè fauente, captum & venditũ fuiſſe, vt vel eſſet ſpectaculo in aliquo ferocium beſtiarum certamine, populo; vel victima alicui idolo. Qui incidens in manus ſacrificulorum Irminſul, ad ipſas vſq; aras ductus fuerat cum multis alijs captiuis, vt immolaretur; ſed alicuius amici conſilio & auxilio ſe aufugiſſe aiebat; iam autem exſpectantem commoditatem nauigandi quò ſe deferret mare Germanicum, coactum fuiſſe in

 medijs

Digitized by Google

medijs ſyluis, velut infelicem quempiam lupum, oberrare: quia ſcilicet nulli mortalium ſe fidere audebat. Ita timebat ille, ne iterum caperetur, & ad locum, quem non minus inuitè, quàm in matris ventrem, introiret, reduceretur! Addebat enim quòd vel videre ſolummodo idolum Irminſul, & cruenta, quæ ad eius aras, ſacrificia, immolatis nullo diſcrimine cuiuſcunque ætatis hominum, fiebant, eſſe ſpectaculum adeò horridum, vt poſſet animam è corpore, quæ minus tamen adhæreret carni, quàm ſua, auellere.

Referebat præterea magnum eſſe rumorẽ, quod die inſequenti ſolenniſsimum Sacrificium ex immolatione iuuenis claris orti natalibus pararetur: quæ res omnibus bonis ſummo erant dolori. Quare noſtri duo hi equites ſtimulo gloriæ incitati, ſtatuerunt eũ liberare. Verùm hic miles vidẽs eos eſſe egregios, & magnæ expectationis iuuenes, rem iſtã, quia certi periculi plenã; victoriã autẽ incertiſsimã iudicabat, plurimũ ijs diſſuaſit. Cùm aũt oſtenderent ſe eius rationes nõ magnifacere, adiunxit eos nõ ſolum pugnare debere cõtra homines, ſed vel maximè cõtra beſtias naturâ ferociſsimas, quæ erant conſtitutæ ad profani iſtius Irminſul aras cuſtodiendas. Addebat, leones nullũ facere diſcrimen inter carnẽ ruſticorum & nobilium. Sed ſurdis canebat. Quod enim maximè à tali facinore deterrere poſſe videbatur, hoc ipſum horũ iuuenũ, & egregiorũ militum animos reddebat audaciores: ita vt, cùm ſe recepiſſent in vnam paruam caſam, quam hic ſauciatus miles ijs oſtenderat ad noctem tranſigendã, ibi ſe die in ſequenti ſummo mane rem effectui daturos cõcluſerunt.

ſerunt. Propoſitum hoc ijs minimè videbatur temerarium: ſibi enim nihil aliud imaginabantur futurum obſtaculum, quàm idolorum ſacerdotes, protectos fortè aliqua parui momēti cuſtodiā; re autem ex ſententia ad finem deductā, ſatis ſe præſidij inuenturos in nobilitate illius patriæ credebant, ad habendum aſylum & ſecuritatem.

Sol tardius ſolito ijs curſum ſuū peragere videbatur: tanto illi flagrabant deſiderio certamen ineundi! Et cùm omnia circūſpicerent, expectātes egregium, ſi ſuperis placet, ſpectaculū, viderunt eminus apparatū ſacrificij è caſtro egredientē, & ad interiora nemoris tendentē. Tota illius apparatus magnificentia, ſagarū potius cōuentus, quàm pompa religionis videbatur. Pueri quidam parum venuſti, multùm autē deformes, nigrâ veſtiti tunica, partim faces, partim turibula manib. geſtantes principium agminis procedentis faciebant; hos ſacrificulus vnus, geſtans rotundum vas aquæ plenum, quo ſpectamen ederet iſtius elementi maximè omnium neceſſarij, ſequebatur; pone deinde hos incedebant duo alij ſacrificuli, humeris portantes paruum altare argenteum, in quo erant craticulæ, per quas ſacer ignis, qui intus continebatur, foris emicabat. *Sacrificij apparatus.*

Infelix Hyacinthus, deuotus crudeli iſti Sacrificio, medium tenebat, & vultu geſtuq; externo, ſatis conſtantem animi conſtitutionem oſtendebat. Eum veſte ex holoſerico raſo, & albo amicinerant, eiuſque capiti coronā ex floribus contextam impoſuerant. Vnde inter miniſtros Irminſul velut lucifer eminens ſuper tenebras nocturnas,

clariſ-

Digitized by Google

clariſsimè lucebat. Poſt illum vir toga ſoluta abſque manicis, conſtante tela ſubtiliſsima veſtitus, incedens, nudum enſem, quo deplorandæ victimæ caput truncandum erat, oſtentabat.

Tribus aut quatuor paſsibus ab his remota, procedebat Sacerdos Heldegardis, ſingulari pulchritudine dotata, quæ cùm alijs ornamentis die illo conſpicua eſſet, tum maximè veſte phrygia, lapidibus pretioſis vndique velut ſtellulis quibuſdam proſeminata, induta, inſtar parui cæli reſplendere conſpiciebatur: ſparſis inſuper incedebat crinibus, & in capitis vertice parua redimita erat mitra. Portabat præterea magnam paropſidem cum forficibus inauratis, ad reſcindendam exuberantem immolandæ victimæ capillorũ longitudinem. Quando ſolis radij ſupra flauam eius capitis comam, & fulgorem veſtimentorum eius vim ſuam exeruerunt, non aliter, atque aſtrũ aliquod refulſit. Tanto claritatis nitore erat circumfuſa! Cæterùm, fracto ſuo inceſſu, nec minus deiecto vultu, abundè teſtabatur horrorẽ, quem gerebat corde aduerſus deteſtabilia hæc ſacrilegia. Poſt hanc Summus idoli Pontifex, dicamne maieſtate, an toruitate horribili? Sat magno ſanguinariorum Sacerdotum numero, qui in crudeli iſto miniſterio ſuam habebant partem comitatus, gradiebatur.

Duo hi generoſi equites ex inſidijs erumpentes, & velut aquilæ, loco & tempore peropportunis, inuolantes in prædam, conati ſunt eripere iuuenculum Hyacinthum, qui, vt dixi, corona redimitus ducebatur, futurus hoſtia Irminſul. Horum

Digitized by Google

rum equitum vim aliqui ſatellites, qui Pontifitem pro ſecuritate ſacrificij cingebant, viſi ſunt velle ſi opus incurſum reprimere. Verùm cùm animaduertiſſent ſtatim in ipſo pugnæ principio adeò durè ſe tractari, & nonnullorum ſuorum brachia per aëra rapi, non minus ſui ſanguinis tenaces, quàm innocentum prodigi, in tutum ſe receperunt. Re ſic conſtitutâ, non minus in animis, quàm in ordine funeſtæ proceſsionis exorta eſt confuſio: dum quilibet plus momenti in vitâ ſaluanda pedum velocitate ponit, quàm in adimplendo ſacrilegæ ſuperſtitionis ſacrificio. Res iuxta animi votum erat facta, niſi Pontifices furore & inſania agitati, vitæque vt videbatur, prodigi, ſe ſuper victimam proieciſſent, eamque ſuorum corporum obiectu à raptu prohibuiſſent. Nihilominus cùm nequirent reſiſtere ingruenti turbæ, generoſis his leonibus, Summus Pontifex, vſus artificio, dixit, honori minimè ijs futurum, ſi iuuenem violenter eriperent: verùm, ſi ſtatutum ijs eſſet iuſto & honeſto bello referre victoriam, iuxta morem patriæ in arenam ijs deſcendendum, & pugnandum eſſe cum beſtijs: quæ erant cuſtodes nemoris Deo patrio conſecrati. Generoſi equites, qui & verebantur ne maiori vi premendo, ſuffocaretur inter eorum manus Hyacinthus, qui & ſummè deſiderabant offerri ſibi aliquas occaſiones, quibus arma ſua ſemper magis ac magis celebrarent, volentes ac lubentes conditionem acceptârunt. Itaque concluſum certamen cum beſtijs ineundum, quod in tempus pomeridianum dilatum eſt. Hoc exercitij genus tam erat

ſolemne

ſolemne nationi illi, vt nonnulli inuenirentur, qui vltrò ſe venderent, vt populo ſpectaculum exhiberent; alij furioſa ſolummodo ambitione gloriæ incitati periculo contẽpto, ſe offerebant.

Pugna intra amphitheatrum. Sparſa fama futuri cum beſtijs tẽpore pomeridiano certaminis, cateruatim vndiq; concurrerunt ſpectatores, quib. ſummæ erat voluptati extraneorũ periculum contemplari, de ſua interim perſona ſecuri. Pontifex ſpectabat ex loco omniũ eminentiſsimo; Hildegardis autẽ ex alio aliquantulum humiliore inter matronas, velut pretioſus adamas inter communes lapides, mirè reſplendebat. Hæc quidem primo ſtatim aſpectu magnã de virtute vtriuſq; bellatoris opinionem cõceperat; verùm quando vidit égregium Iſchyrionem audacter in arena ſaltantem, & periculum, quod alij ſpectare non poterant ſine ſummo timore, intrepidè expectantem, tunc maximè teneros ſenſit animi affectus aduerſus eum: quin & durante ſpectaculo, patenter notatæ ſunt diuerſæ in eius vultu mutationes, modò enim rubeſcebat, modò palleſcebat; modò oculos cælũ verſus attollebat. Vnde eam contemplanti nullum poterat eſſe dúbiũ, quin perdifficilem in anima ſua pugnam, amore illius, quem nunquam nouerat, experiretur.

Primo emiſſus eſt vrſus ingentis magnitudinis, qui inſurgens in pedes, allicere videbatur Iſchyrionẽ ad ſecũ colluctandũ: ſed eximius bellator agili & gratioſo flexu corporis primũ eius eludẽs cõgreſſum, iudicauit, quòd (cùm animal hoc debili ſit capite) expediret perturbari: quod fecit, ſubitò & promptè ſuper eũ inſiliens, & velut equo inſidens,

fidens, ita eum ſuccutiendo efferauit, vt pluribus vicibus, inſtar fulminis amphitheatrū percurrerit. Quo factū, vt magni clamores omni ex parte exorirētur; dum eques noſter abſq; vllo metu generosè beſtiā per ſequitur, quæ velut pudore cõfuſa in arenæ angulū ſe recepit, nec vllis adhibitis aculeis exſtimulari potuit, vt priorem curſum reiteraret. Vnde alius emiſſus eſt contra Fauſtinum, quē claua eueſtigiò trucidauit: quod viro forti tali armorum telo haud fuit difficile, complures ſiquidem alios vrſos in amphitheatro Romano athletarum pugnis mactati ſunt.

Summus Pontifex, longè maiori ſolito ira extimulatus magiſtro beſtiarū, quæ certamini cõmittuntur, voce elata demandauit, vt omnium furioſiſsimum emitteret leonem: quod Hildegardem, timentē generoſis equitibus malū, non parū fecit expalleſcere. Hic Rex animaliū Leo in principio pugnæ, ſat oſtendit nolle ſe certamē inire cū homine aduerſario: lõgo ſiquidē tempore in loco diſtanti hærens ſubſtitit, fixis in terrā oculis: vnde debuit Iſchyrion eū irritare: quod fecit, cùm alijs modis, tum paruo telo, quod erat principiū periculoſi iſtius duelli, eū petendo: tunc beſtia fortiſſimè rugire, & crebris caudæ ictibus latera diuerberare, magnoque impetu ad equitem cœpit currere, is illi obtulit venabulum, quod manu gerebat: ille autem ferrum cautè declinans manubrium ligneum inuaſit, extorſit inq; mille partes momento confregit, & viciſsim horribilē in modū rugiens, non mediocri terrore ſpectatores affecit. Tunc ſtrenuus Iſchyrion, vbi vno, alterouè paſſu prõptiſsimè receſsiſſet, euaginauit gladiū,

qui

qui excipiens ſolis radium, fulgorem ita viuum in aduerſarij oculos iniecit, vt iam tunc beſtia nonnihil obſtupeſcere cœperit: cum autem recordaretur audiuiſſe ſe animal hoc maiorem ſuæ fortitudinis partem habere in viſu, euoluens parumper palliolum, quod inuolutum circa brachium habebat, feliciſsime ſuper oculos leonis proiecit. Ex quo ita fuit perturbatus, vt Iſchyrion deſignans ſibi ictum, gladio ventrem ei transfoderit; quo ictu cadens in terram, in ſuo ſe moriendo aliquandiu volutauit ſanguine.

Hic per totum amphitheatrum clamores conduplicati ſunt, alijs ex lætitia, & rei approbatione eos edentibus, alijs autem ex indignatione & furore: quia Pontifex, qui, quocunque tandem pretio emenda eſſet, volebat mortem externorum equitum, acerrimè apud populum queſtus eſt his verbis.

Inſolentiſsimâ oſtentatione occiſos eſſe DEI nutritios, qui niſi illatam ſibi iniuriam quàm citiſsimè vlciſcatur, toto illo anno nihil expectandum eſſe aliud, quam ſterilitatem, quàm vaſtationes agrorum, & impetus inimicorum. Ad ſe quod attineret, ſibi ſatis eſſe dixit, eos admonuiſſe; & ſi ſua non habeant locum conſilia, lauare ſe manus ſuas à macula ſacri ſanguinis in eorum cōſpectu indigniſsimè effuſi. Res eſt admiranda, quòd motiua ſuperſtitionis pertingant vſque ad eum aliquando furoris punctum, qui imaginatione vix poteſt comprehendi. Docet nos hiſtoria Diodori, in AEgypto ob mortem vnius felis, quæ inter ſacra animalia (quæ idololatræ illi adorabant)

Capiūtur equites.

Digitized by Google

rabant)manebat, furioſam excitatam fuiſſe ſeditionem : quam non fuit poſsibile aliter ſedare, quàm per mortem vnius militis Romani, qui beſtiolam illam innocēter alioquin occiderat. Hinc nemo putabit incredibile, ſi populus oratione Pontificis inflammatus ad vindicandum mortem vrſi & leonis, ſubitò excitarit effrenatam ſeditionem, quâ ferè totum amphitheatrum ita in hos miſerandos equites excitatum eſt, vt nemo auſus fuerit ijs ſuccurrere. Nec dubium eſt, quin in mille partes fuiſſent dilacerati, niſi Pontifex, qui occaſionem quærebat crimen in Deum ſuum cōmiſſum pro meritis vlciſcendi, & longis hauſtibus eorum ſanguinem bibendi; feciſſet ſignum, vt reſeruarentur pro ſacrificijs. Non tamen prius ſe tradiderunt, quàm generoſi animi ſui effectus ſupra cumulos occiſorum & vulneratorum ad pedes ſuos corruentium gladijs ſuis deſignârint, ediderintq; : verùm cùm incredibili ac prodigio ſimili hominū perditorum numero obruerentur, omniq́ue ex parte cingerentur, locus neceſsitati fuit dandus, & manus ferro extendendæ, quæ alioquin palmas & coronas innumeras merebantur.

Honeſtus Hildegardis amor.

Exigit à nobis præſens hiſtoria, vt Virginis Hildegardis aduerſus ſtrenuos hoſce captiuos honeſtum amorem & affectum, quem nec prætermire ſine diminutione præſentis narrationis, nec etiam eundem referre, niſi multâ adhibitâ diſcretione, poſſumus, in medium proferamus. In eo proinde referendo magis lectoris inſtructioni, quàm delectationi ſtudebimus. Si ij qui olim ſuos

calamos oblectationibus aurium, & vanitatibus Romanorum conſecrarunt, ſimilem habuiſſent hiſtoriam, nullus dubito, complura diuerſis condimentis præparata ex eiuſdem actionis maſſa, fercula protuliſſent, & amores mundanos oſtentaſsēt cogitationibus & verbis ſimilibus margaritis illis, quæ licet in ſua natiuitate corruptæ ſint, in principio tamen promittunt eximiam ſubſtantiam, cum præter ventum nihil omnino pariant. Non poſſumus, neque etiam volumus tam eſſe diſerti, cùm à teneris annis noſtrum ſtilum æquè ac animam altaribus puritatis deuouerimus, contenti ſimus attigiſſe inſignem doctrinā de diuerſitate amorum, & puritate verarum amicitiarum, quæ & auxilium & ducatum in deſcriptione huius, quem præ manibus habemus amorem præbeat.

Concharũ phyſemata.

Diuerſitas amorum.

οἱ ἐρέται ψυχῆς.

Iuxta dictum antiquorum, anima eſt nauis, cuius remiges ſunt amores, vt ingenioſiſsimè notauit Maximus Tyrius: & ſicuti remigum valdè diuerſæ ſunt conditiones, nam alij ſunt miſerabilia mancipia, qui remigant neceſsitate coacti; alij autem vel propria voluntatis benignitate, vel virtutis amore ad hoc prouocati, vt incomparabilis Rex S. Ludouicus, qui minimè dedignabatur ſubinde remigare pro ſimplici remige, quē interim mittebat ad doctrinā Chriſtianā addiſcendā; ita & nos dicere poſſumus cum veritate, eſſe amores aliquos purè putè carnales, humiles, ac terreſtres, qui nullis alijs exornati ſunt inſignibus, quā vilium mancipiorum moribus; alios autem ſpirituales, nobiles, illuſtres, qui tamen videntur melius inſigniri nomine amicitiæ, quàm amoris.

Omnis

Omnis amor hoc habet proprium, vt ambulet extra ſe, vela faciat extra ſe, & viuat extra ſe; & hoc ad placendum amato; ſed notabiles accipit differentias ex obiectis, quibus ſe amabili nexu alligat. Carnalis enim, ſimilis coruo, quem Noë emiſit ex arca, cadaueri ſolùm adhæret, manetque in innata ſibi ſtupiditate; ſpiritualis autem tendit ad virtutes, ad perfectiones, & viuas honeſtatis imagines, quæ ei delectationes & delicias exhibent ineffabiles.

Verum quidem eſt Hildegardem, quæ adhuc tunc viuebat in gentilitate, non potuiſſe ita omnes ab omni imperfectionis labe expurgatas habere amicitias, quin aliqua adhærere ijs potuerit macula: nihil tamen erat enorme, nihil carnale. Nam ſentiebat intellectum ſuum bonitatis & ſtrenuitatis imagine occupari, quam relucere aduerterat in his equitibus, dum tam liberè ſe morti obiecerint pro conſeruatione illius, qui, vt totus mundus iudicabat, ad eos nihil pertinebat. Adde eam vehementer captam fuiſſe, dum vidit eos tam generosè ſe geſsiſſe in arena, pugnando contra beſtias.

En via, quâ communiter incedunt amicitiæ ſpirituales: incipiunt eæ per admirationem alicuius excellentiæ, quæ cùm ſit radius quidam diuinitatis intellectum ferit illuſtrando; & quemadmodum oculus carnalis induit ſe in pedicas & laqueos quos ei tendit caro; ita oculus ſpiritualis inflammatur & rapitur ab obiecto ſpiritualis pulchritudinis. *Progreſſus amicitiarum ſpiritualium.*

Admiratio hæc comitem habet gradum alium,

qui eſt conformitas voluntatis cum bono, quod illi proponitur: quo fit vt anima incipiat concipere ignem, & ſcintillas quaſdam deſideriorum emittere, ſibi exoptando bonum, quod imaginatur: indeque ſibi adnectit alium gradum, qui eſt complacentia quædam, ſuauiter acerba, qua velut deliciosè affixa detinetur circa cogitationes obiecti propoſiti: modò intra ſpem obiectum illud poſsidendi; modò intra metum illud ipſum amittendi, & intra multos alios animi affectus ac paſſiones, quæ gratum illud, quod tamen non eſt expers omnis omninò doloris, & tolerantiæ, comitantur. Ex complacentia proceditur ad indagationem & proſecutionem. Hîc amor aſſumit alas, quibus re ipſa ſe attollat in ſinum ſuæ quietis & deſiderij, quo vt perfruatur, nihil non agit: ſi in hac proſecutione ſecundetur & proſperetur, pertingit ad mutuam vnionem voluntatum, affectuum, beneficiorum, communicationum, & tantoperè deſideratorum congreſſuum: ex quibus reſilit alia complacentia, non iam laborioſa, & adhuc militaris, ſed quæ omnem contineat ſatisfactionem, & animi quietem in omnimoda fruitione obiecti.

Diuerſæ agitationes animi Hildegardis.

Puella hæc honeſtiſsimo amore ſaucia, breuiſſimo tempore, inſcia, omnes hos gradus percurrit. Poſtquam enim eius anima admiratione magnarum & heroicarum virtutum horum iuuenum bellatorũ fuit præoccupata, ſenſit ſe vehementer ferri ad volendum ijs omne bonum, quod valebat excogitare. Et cùm aduerteret eorum innocentiam indignè opprimi Pontificis Tyrannide, ac-

cedens

cedens commiſeratio ad admirationem, ei ſe immiſcuit: vnde velut duo venti exorti ſunt, qui certatim inſufflabant generoſas animi flammas, quibus accenſum eius cor, totum quantum ardebat. Intrauit inde in languores, qui minimè erant molles, minimè effœminati; in ardores animi dulces & viuos, qui eius cor ſolicitabant ad continuandam actionem, qua bonum quod ſibi imaginabatur cumulatè compleretur. Intenta huic indagationi & proſecutioni, magna animi cogitationumque audacia, omnia obſtacula, quæ metus ei proponebat, perrumpebat. Eſto ſcindēdi ei eſſent montes, tranſeundæ ſpinæ, calcandi igniti ſerpentes, corpus inſerendum enſibus & lanceis, vt adipiſceretur quod deſiderabat, vili omnia pretio ei emenda videbantur. Vnicum illius erat deſiderium, vt cor ſuum in illud funderet, quod tam glorioſis actibus ſibi conciliarat.

Poſt reditum ab amphitheatro in domum, volupè illi erat mentem ſuam occupare in eo, quod actum erat: & licet negotiorum ſtatus eſſet huiuſmodi: vt non permitteret eam liberè de eo loqui, nihilominus non poterat non oſtendere ſe magis ad pietatem, quàm ad rigorem propendere. Quo fiebat vt ſi aliquis quidpiam diceret in captiuorum fauorem, magni ab ea æſtimaretur, & loco fidelis ſerui, & idonei ſuis ſtudijs inſtrumenti haberetur.

Vbi autem in ſuum conclaue aliquid quietis captura ſe receperat, vt ſolitudinis, & profundæ noctis ſilentia propria ſunt fouendis paſsionibus inſtrumenta, tunc curæ, quæ in intimo animæ eius

Digitized by Google

ſinu reconditæ ſilebant, longo tractu confuſorũ & male digeſtorum animi deſideriorum foras erumpere, & ſe euoluere cœperunt. Certamen iam iam intra pugnæ clauſtra tranſactum, in abdito eius cordis receſſu ſeſe renouabat, eximius bellator Iſchyrion nunquam non in mentem redibat: modò inſequens vrſum; modo proſternens leonem, modò coopertus ſudore & ſanguine inter ingentes cumulos occiſorum, qui forti & victrici eius manu mortui ad eius pedes corruebant, eius oculis obijciebatur. At quando eum coniectum in compedes, deliteſcentem in obſcuro carcere conſiderabat, & dirum ac infernale ſibi imaginabatur ſacrificium, cui oportebat eam præſentem adeſſe & cooperari in ruinam perſonæ, quam omnium, quæ totius mundi ambitu continebantur, chariſsimam habebat, tota quanta in horrore & terrore ſuarum cogitationum abſorbebatur. Centies millies diei illi, quod ad iſtam conditionem adducta fuerat, maledicebat; Pontificem autem, altare, ſacrificia, quibus hactenus per ſuperſtitionem, quæ non minus infamiæ, quàm crudelitatis habebat, operam ſuam præſtiterat, diris omnibus deuouebat.

Omnes tunc creaturæ noctis velo cooperiebantur, & ſuaui ſopita dulcedine animalia ſomnus habebat, quando miſeranda Hildegardis, ſimilis oculo graui infirmitate præoccupato, vigilabat, plorabat, ſcintillaſque oculis emittebat ob gratiam illius, quem vnicè diligebat. modò non valens lecti inquietudinẽ ferre, quaſi is eſſet cauſa eius curarũ, per cubiculum vti ſpectrũ aliquod

deam-

deambulabat; modò feneſtram aperiebat, & intuens cælum innumeris ſideribus, velut vario ac iucundo encauſto depictum ac exornatum, dicebat ſuis cogitationibus: an non inter tot oculos, qui vigilant in magno Dei tẽplo, aliquis eſt, qui res humanas reſpiciat, curamque gerat mundi euentuum, quiq; radium aliquem in tanta rerum negotiorumq́; confuſione exſuſcitet? Deinde in mentẽ reducens ſuauitates Domûs paternæ, quos in innocentibus annis deguſtarat; ſuum item violentũ ab eadem domo raptum; ſuã fortunã; genus ſuarũ occupationum, & longã annorum ſeriẽ, qui in miſerabili illa ſeruitute eã macerari videbant, altè ſuſpirabat, ſinumq́; copioſis madefaciebat lacrymis, quas iudicabat eſſe debere ſine menſura, ſiquidẽ & malum ſuũ ſine remedio eſſe credebat.

Alijs temporibus ei incidebat cogitatio, miſſos fortaſsis à quapiã diuinitate duos hos equites ad ſe liberandam: nõ oportere proinde bonã fortunã, quæ forte iam ſuã pulſabat portam, reijcere; ſed & paulò pòſt, ſubitò ſuas ipſa irridebat imaginationes; & præ nimia ſolicitudine, quam gerebat ad conſeruandam perpetuò inuiolatam ſuã virginitatẽ, credebat animum ſuũ nimis occupari imagine chari ſui Iſchyrionis quin & eius iuuenile cor, quod non didicerat eo modo quemquam amare, primas flammas reformidabat; vnde illi ipſi ſuum ſecretum timebat reuelare: &, ſtatim pòſt ſuam damnabat ſimplicitatẽ, tanquam nimis anxiam, & plus æquo religioſam, ſibi perſuadens non eſſe reſiſtendum inſpirationibus tam ſanctæ & ſinceræ amicitiæ, & quòd ignis iſte eſſet

ſimilis radio ſolis, qui accendit lectum Phœnicis.

Si in agitatione ſuarum cogitationum conabatur oculum claudere, eius quies continuis terroribus & phantaſmatibus, quæ ei horribiles ſuæ calamitatis imagines ingerebant, interturbabatur: modò ei obijciebatur charus Ichſyrion, in partes in enormi illo ſacrificio diuidendus, &, voce ſimili morientis, ſe in auxilium aduocans; modò cum eo effringere carceres, renixus oppidò moleſtos reperire exiſtimabat qui impensè ſuos omnes conatus impediebant; modò nemora & ſolitudines ſpinis & ſentibus horridas, comite Iſchyrione, percurrere ſibi videbatur; modò, conſcenſa naui, maria monſtris & tempeſtatibus plena traijciebat; & ſtatim à Pontifice ſibi exprobranti ingratam animi notam & infidelitatem, ſe deprehenſam reperiebat: cuius & minitans vultus, eam, vt infernalis quædam vmbra ſequebatur, eamque includens ſubterraneo carcere, pedes pedicis, & manus manicis ferreis conſtringebat: quin &, vt ei videbatur, ad moriendum in flammis condemnabat: quô alijs, à quibus velut diuinitas aliqua adorata fuerat, terroris ſpectaculum exhiberet. Inter hos terrores conſtituta, nulla ei ſuauior incidebat cogitatio, quàm mortis; eam ſiquidem incipiebat amabili oculo intueri, vt portum ſcilicet omnium agitationum ſuæ mentis. Sibi perſuadebat eum, qui nihil poſſet ſperare, nihil etiam deſperare debere. Cogitabat inſuper remedium omnium miſeriarum ſecuriſſimum eſſe earundem miſeriarum extremitatem: quæ tandem accipiunt finem in vltimo violentiæ

ſuæ

Digitized by Google

ſuæ puncto: prouidentia ſiquidem diuina nullum fecit immortale malum pro rebus mortalibus.

Simulatque aduertit auroram, ſolis dieique nunciam, prodeuntem ſe ad fidelem ſuum Araſpum contulit: qui tum vnicus erat in mundo, in cuius corde proiectas ſuas cogitationes tutè ac ſecurè conquieſcere poſſe arbitrabatur. Erat is eius Pater nutricius: qui olim in eius paterna domo fuerat educatus: vir ſat claris ortus natalibus, prudens & animoſus, qui nulla vnquam nobilitatem ſuam labe commacularat. Is nunquam non per tenerè eximiam, velut filiam, adamarat Hildegardem. Et quidem, dum per prædatores ea raperetur, cùm coram præſens adeſſet, & conatus fuiſſet eam pro viribus à vi defendere, nonnulla accepit vulnera: quæ etiam tunc erant velut illuſtres quidam characteres eius aduerſus illam fidelitatis. Deinde cùm per illos ipſos prædones vnà cum illa fuiſſet abductus, & à barbaris animaduerſum eſſet puellam in manifeſto mortis periculo verſari, ſi eius præſentia deſtitueretur, minimè viſum eſt expedire, vt is ab illa ſepararetur. Cùm autem eſſet homo ſolers & induſtrius, magni fiebat à barbaris, curans magna cum dexteritate incolumitatē & tranquillitatem Hildegardis, vſque dum Deus aliquam occaſionem immitteret eam aſſerendi in libertatem.

Hildegardis aperit ſuum propoſitum Araſpo Patri ſuo nutricio.

Vt primùm Araſpus eam vidit ſuum conclaue ingredientem clarè animaduertit eius mentem non eſſe in tranquillo ſtatu: vnde eam ſic eſt affatus: Filia mea, quo te duce ad me confers? quiſquis tuum rectè intuebitur vultum, iudicabit

Digitized by Google

corditu o vel deeſſe aliquid, quod vellet adeſſe, vel, contrà, adeſſe, quod vellet abeſſe. Illa, prætéritis omnibus cæremonijs, & ſolum conata id, quod eam grauabat, à ſe amoliri, an accuratè conſiderarit, quod tranſactum erat in facto & negotio equitum, eum interrogat; cùm ille reſpondiſſet, dicens eum carere oportere oculis, qui eos non aperuiſſet ſpectaculo non minus prodigioſo, quàm generoſo. Verbum hoc poſtremum præterquam quòd fideliter Amanti plurimùm placuit, eidem occaſionem præbuit in eorum laudes fusè excurrendi, idque tam fauorabili diſcurſu, vt eum non potuerit, neque abrumpere, neque claudere, niſi commiſerando aduerſæ eorum fortunæ: ſummè enim deplorabat, quòd tot, & tam rara iſtorum equitum, animorum corporumque ornamenta ſubijci deberent nefarijs furiarum cultris. Et, cùm Araſpus ea ſuper re eam conſolari conaretur, oſtendens ei nos non melius hábere remedium in rem iam tranſactam, quàm eius obliuionem, inque rem factu impoſsibilem nullam omnino aliam nobis tributam eſſe poteſtatem, quam notitiam & iudicium noſtrarum infirmitatum. Tunc illa totum ſuum cor longo ei pandit ordine, qui eiuſmodi fuit.

Optime Araſpe, cùm te minimè lateat qualiter toti noſtræ Domui partus & acquiſitus ſis, quotque titulis te meum valeam compellare; illud etiam nolo te latere, quòd, poſt-

Digitized by Google

quam infortunium me in hanc captiuitatem redegit ac retruſit, ſemper vt Angelum meum tutelarem, tamquam à Dijs immortalibus mihi in cuſtodiam datum te reſpexerim: inque tuo ſinu omnes meas aduerſitates, moleſtias, conſilia omnia, cogitationes omnes depoſuerim: & ſi quam aliquando inter tot negotiorum confuſiones ſpem concepi, eam non prius in corde meo, figere radicem germenque proferre ſiui, quàm eam includere & plantare in intimo animi tui receſſu voluerim. Non ignoras quemadmodum poſt meam è paterna Domo abductionem, hucuſque in felle, & continua lacrymarum amaritudine vixerim; & quomodo in ea ætate, in qua puellæ meæ conditionis non niſi ſuper roſas conſueuerunt ambulare, mihi ſuper continuas ſpinas fuerit ambulandum. Quoties tu me vidiſti in acceſſu & exceſſu doloris adeò violentis, vt ſufficienter videri potuiſſent ad euellendam è corpore animam, niſi bonus genius ſuauiori vſus fortunâ illam, in eo retinuiſſet. Conſueueras mihi dicere habendam eſſe patientiam, venturum aliquando magnum & ſæpius exoptatum diem, qui frangeret meæ capiuitatis vincula, & exſiccaret lacrymas. Nunc ſcito, optime Araſpe, diem illum adueniſſe, & ſi ſemel fauentem mihi fortunam reiecero, ita ſe mihi ſubtrahet, vt ne vel plumulam quidem eius alarum valeam comprehendere.

Nullum mihi eſt dubium, quin ſuperi meis miſerti afflictionibus, mihi miſerint duos

iſtos

Digitized by Google

iſtos equites, quorum fortitudinem & animi generoſitatem ſatis tibi perſpectam eſſe mihi perſuades: ac proinde quocunque tandem modo & ratione fieri poterit, eos in libertatem aſſerere, & vt vnà me ſecum hinc tollant, inque domo paterna ſtatuant, ſinere decreui. Molimen hoc meum nemo poteſt reprehendere, niſi penitus humanis ſenſibus nuncium remiſerit.

Si contra hoc animi mei decretum, multas allegaueris difficultates tibi reſpondebo res & negotia magni momenti non ſolere aliter ad felicem exitum perduci, quàm per moleſtias & arduos labores.

Qui vult omnia conſequi, omnia audeat & tentet, oportet. Peſsimum quod mihi poteſt euenire, eſt miſerabilem hanc vitam ſemel perdere: ſi nolis hoc in negotio te exponere periculo, noli ſaltem tuum nobis ſubtrahere conſilium. Non pono rei ſubſtantiam, quæ apud me eſt extra omnem dubitationem, in deliberatione; ſed ſolummodo require vias & modos, quos putes nobis tenendos in executione.

Multùm territus fuit Araſpus, intellecto audaci hoc Hildegardis conſilio; eoque magis, quòd nunquam ante id tempus eo modo fuerat euolutũ & explicatum. Et licet cogitationem hanc adeò profundas in eius corde ieciſſe radices indicarit, vt perdifficilè videretur id, quod ſemel ſtatuerat, è mente excutere. Nihilominus ei dixit, quæ ſequuntur.

Filia chariſsima, eſſet ſuperfluum te remorari enumeratione ſeruitiorum, quæ deuoui illuſtri

tuæ

tuæ Domui, & multò adhuc magis commemoratione viuarum, & ardentium affectionum ac deſideriorum, quibus feror in tuam procurandam libertatem, ex qua video meam oriri.

Sed mihi credas velim, Filia ſuauiſsima, te optimam rerum omnium, quæ in mundo ſunt, male deſiderare, & tentando patrare rem, tempore & loco minimè opportunis, omnes poſthac tuos conatus reddis inutiles. Non vis, vt video è tuo ergaſtulo deſcendere, ſed te ipſam ſcientem ac volentem, ex eo præcipitem dare, & vt ſemel coneris te contra regulas Prudentiæ ſaluare, ita iacis aleam, vt per vias temeritatis te ipſam perdas ſempiternum.

Illud omne, quod bene conſtituta negotia deſtruere conſueuit, eſt id, quod nunc adhibes ad tuam proſperitatem. Praui affectus animi, inordinatio, impreſsio falſarum ſpecierum, & præcipitatio, ratione procul ablegata, nunc in tuo iuuenili corde agitant conſilia. Agis de reponendis in libertatem iuuenibus iſtis equitibus, quæro ex te, quomodo alijs id conferes, quo tu ipſa cares? Portæ carcerum ſunt ne cuſtodibus deſtitutæ? Vacatné arx præſidiario milite? Nonné paſsim, quæ diligentiſsimè vigilant diſpoſitæ ſunt excubiæ? Sed, fac omnes, ſui officij oblitos, profundiſſimo ſomno ſopitos eſſe, quis modus decipiendi Pontificem, qui Argi habet oculos, ſemper in tuã Perſonam apertos! ſi duas effregeris portas ferreas, tres aliæ tibi reſiſtent. Tota hæc arx vix eſt aliud, quàm continuus carcer: ex qua ægrè admodum vel ipſæ Cæli volucres ſaluæ poſſent euadere.

dere. Si ſemel contingeret te in flagranti crimine deprehendi, ad quod ſane magna ſeſe ingerunt irritamenta, periculum eſt ne vel viua comburaris, vel totam tuam vitam in maioribus miſerijs, quàm tibi poſsis imaginari, tranſigere cogaris. Sed, Filia mea, Eſto, ad votum in hoc audaci facinore omnia tibi ſuccedant, quantopere te dedecet committere iuuenibus extraneis, qui ſæpe non plûs habent fidelitatis, quàm maria & venti. Memineris te hucuſque conſeruaſſe pretioſum theſaurum virginitatis (in quo plurimum leges Patriæ tibi fauerunt) & in vna hora id in pace perdi poſſe, quod decem annis in bello conſeruatum eſt. Virtus hæc, ſcito, tota quanta eſt vitrea: vnicus digiti tactus male ordinatus, ſat potens eſt ad illam, etiam in ſummo ſplendore exiſtentem, confringendam.

En, in eo nunc es ſtatu, in quo magni æſtimaris: tibi proinde, vt Numini cuipiam, defertur honor. Sine tempus ſuauiter fluat, exſpecta donec fructus matureſcat, & tunc ſuopte ingenio decidet. Fama eſt Caroli Magni, primi totius mundi Monarchæ, bellũ huic Regioni minitari. Quis ſcit an non Cælites ſtatuerint per eum ſecundâ te beare fortunâ, perque eius arma ex hoc loco in libertatem aſſerere? Chariſsima & honoratiſsima Filia, ſi mea verba aliquo vnquam loco apud te fuerunt, ne, obſecro, meas hodie contemnas lacrymas. Te ipſam redde rationi, vt & tu te tibi reddas. Semper audiui dici hominum in annis iuuenilibus exiſtentium conſilia, magnam

nam in rebus inchoandis habere promptitudinem; ſed pænitentiam, alis velocibus aſſumptis, ſolitam ad eos aduolare; ab ijſdem autem non niſi plumbeis pedibus recedere.

Oratio hæc plena ſapientiæ & amoris plurimùm huius Veſtalis animum commouiſſe debuiſſet: verum, fatendum eſt, vnum è maximis, quæ nunc in mundo fiunt, miraculis eſſe, quando perſona aliqua è fœmineo ſexu præoccupata vehementi paſsione, liberè eam relinquit, vt manus det agnitæ veritati.

Affectiones animi, maximè prauæ, ita facilè nonnunquam aſſumuntur, atque induſium: ſed, ſi ſint remouendæ, deprehenduntur ipſa pelle firmius nobis adhærere. Poſtquam attuleris ſexcentas rationes menti poſſeſſæ à proprio amore, ea nonniſi vnam ſemper eliciet concluſionem, quæ eſt mordicus tenere quod animo ſemel ſibi propoſuit impreſsitque.

Paſſiones tenaces.

Adde, quòd in experientijs vitæ humanæ ſæpe animaduerſum ſit, nonnullas perſonas, quæ profitentur vitam cæteris eminentiorem, quæq; videntur deuotione, & ſcientiâ res diuinas exactiſsimè colare, atque ab omni ſcoria expurgare, niſi præmunitæ & præditæ fuerint inſigni humilitate, ita tenaciter ſuis opinionibus inhærere; vt earum aliquæ inueniantur, quæ poſtquam Dæmonem generosè vicerunt, illæ ipſæ aut Dæmones, aut Dæmonum mancipia efficiantur. Hildegardis in ea erat ætate & dignitate, in qua optimi huius nobilis verba nō amplius eum habebant effectum, quem olim habuerant in teneriori educatione.

Proprium iudicium timorem habet in deuotione.

Mira

Mira res eſt, eò vſque contra ſaluberrimas admonitiones, iracundiæ & indignationis prolapſa eſt, vt amantium & ægrotantium more ad indignationem commota, diceret bene ſuadenti Araſpo aut tu ignauus es, aut meæ fortunæ proditor: & tamen tui diſcurſus contra animi mei decretum, quod eſt, aut fugere, aut mori, nihil proficient. Araſpus, videns ingenium ſimile irato mari, iudicauit in tanta paſsionum tempeſtate loqui, nihil aliud eſſe, quàm verba perdere: ne omnino à ſuis conſilijs eam excluderet, ei ad tempus aliquid concedens, dixit quàm fieri potuit molliſſimè: ſi quid tentandum & experiundum eſt eo in negotio, id cautè admodum, & delicatè eſſe faciendum, nullique quicquam de eo detegendum, niſi cui plurimùm fidat: ſæpe enim euenit, vt nimis multi Medici, & Conſiliarij, & infirma hominum corpora, & dubia ac perplexa negotia penitus diſsipent & diſperdant.

Habito eius conſenſu, ita eſt exhilarata, vt eodem momento irruens in eius collum, complexa eum fuerit, ſupplex veniam petens, & promittens ita ſe omnia, quæ poſthac mente agitaret, contemperaturam, nihil vt executioni mandare tentaret, niſi id illi probaretur: nunc autem ſolummodo ſe eum rogare, vt pro abitu neceſſaria prouideret, ſe cætera curaturam.

Verùm eſt, & negari non debet: pollebat illa magna auctoritate: nam prterquam quòd à Barbaris illis, Princeps Virginum, quæ templo deſeruiebant, velut quædam diuinitas omni tempore ampliſsimo loco habita fuerit, laudabili ſua con-

conuerſatione, & morum ſuauitate intra ſpatium quatuordecim, vel quindecim annorum eos, per otium ſibi acquiſiuerat ſeruos, quos iudicabat nunquam officio ijs demandato (ita re exigente) de futuros. habebat eadem poteſtatem amplam, nedum abſolutam, carceres viſitandi, ergaſtula, etiam ſubterranea, liberè intrandi ſeu compe-rendinandi. Quæ omnia magnam admodum pollicebantur facilitatem rei, quam præ manibus habebat, ad finem perducendæ: iſtis enim deficientibus, omnia in nihilum recedere neceſſe erat. Accidit etiam bonâ fortunâ, vt cauſa reorum in alium diem deferretur, ob aliquas Antiquitus & Religionis cauſa receptas conſuetudines: quæ ſunt fortia vincula inter nationes: hoc ei percommodum dedit tempus ad conciliandas ſibi voluntates.

In diuerſis quotidie negotiorum occaſionibus videmus veriſsimum eſſe, quod dixit quidam priſcorum, qui poſtquam magnum catalogum contexuiſſet armorum naturalium, quæ Deus animantibus ad ſui defenſionem, & etiam offenſionem, contuliſſet, oſtendit fœminas omnia habere eminenter; nihilque omnino eſſe, ne ipſum quidem ignem, & ferrum, quod vel pulchritudini, vel earum artificijs, quæ ijs ſatis ſunt conſueta, non cedat. Audent, & poſſunt per vigiliarum ſtationes tranſire, rupes perrumpere, ſibique ijs in locis viam facere, per quæ nulli patet aditus, niſi ſolis radijs, & ventorum ſubtilitati. Hildegardis intra breue tempus ita ſuum adminiſtrauit negotium, vt centum ferreæ portæ ad ſe ipſas *Fortitudo Fœminarum.*

T reſerarẽ

reſerandas, eâ mandante, paratæ viderentur.

Hildegardis viſitat captiuos.

Diſpoſitis redditisque ſibi ad ſuum ſeruitium beneuolis tot voluntatib. nil morata, ad ſuos captiuos, in ergaſtulis ſubterraneis detentos, quos & naturaliter & ardenter ſciebat anhelare ad libertatem, nocte media deſcendit, comitata vnica nobili, & fida ſibi puella, & iuuene à pedibus, qui ijs facem præferebat. Afflicti equites, qui ſummè erant laſſati ex laboribus priori die exantlatis, quique poſt longam mentis agitationem triſtitia oppreſsi, incipiebant obdormiſcere: audientes magno cum ſtrepitu, & ex improuiſo, maiores carcerũ portas aperiri, ſubitò euigilarunt: deinde cum conſpexiſſent diuinum quendã vultum, qui negotijs ſuis plus lucis pollicebatur, quã præſens fax eorum oculis elargiri poterat; Numen aliquod afflictis ſuis rebus miſertũ, ad ſe conſolandos deſcendiſſe, primò ijs videbatur, ſed deinde intelligentes eſſe Hildegardem, Tẽpli Sacerdotem, quæ procurandis ſacrificijs Præfecta erat, nonnihil fuerunt territi: vnde generoſus Iſchyrion exclamans dixit: Domina, quid hoc ſibi vult? Tunè veniſti, vt nos ad macellũ deducas? Illa volens eorum animos tentare & explorare, reſpondit: Domine, ne turberis; ſed vti in arena ſtrenuè pugnaſti, ita generose ad moriendum te diſpone. Ad quod reſpondit Iſchyrion ſe iam eſſe diſpoſitum: ſed tunè forſan es illa, quæ nos immolatura eſt? Illa reſpondit hoc opificij, & artis genus homines immolandi, & mactandi nunquã ſe didiciſſe, ſed ſibi ſolummodo incumbere, vt coram præſens adſit ſacrificijs, & eminẽtiores

victi-

Digitized by Google

victimarum crines abſcindat, inque flammas inijciat, tanquam primitias, inſtantis ſacrificij.

Grates, inquit Fauſtinus, habeo meæ fortunæ, quòd in tam bonam manum inciderimus, & ſi nobis moriendum eſt, gaudeo noſtram mortẽ oculis tantæ ac talis pulchritudinis honoratum iri. Quo dicto Hildegardis ſenſit cor ſuum occupari ac perſtringi: & quidem adeò, vt aliquo temporis ſpatio, iactis in Hyacinthum oculis, qui in eodem ergaſtulo cuſtodiebatur, quique, nec præſenti lumine, nec ſtrepitu aduenientium excitatus, altè dormiebat, nihil locuta fuerit.

Viden', inquit, Iſchyrion, vt Puer hic iam fratrem ſociet ſorori, id eſt, ſomnũ morti? Cur ergo nos mori apprehenderemus, ſanè ſiquidẽ loquẽdo, mori vix aliud ſit, quã facere ſemel pro ſemper id, quod nũc facit Hyacinthus, & quod nos frequenter in die iteratò facimus? Deinde hilari vultu ad Veſtalem ſe vertens: Domina, ſinisné vnã vt à te petamus gratiam? Vitam, ne timeas, nobis donari nõ poſcimus: ſcimus enim nos numero & loco omniũ nigerrimarũ victimarũ haberi & cõputari; noſtroq; ſanguine furorẽ huius populi pacari, & mitigari oportere; verũ vt ſalues paruum hunc innocentẽ, parcas tenellę ætati, miſereare deſiderijs paternis, ſummis id à te precib. obtinere cõtendimus. Nec id nos petere, mirere: poſſe enim nos etiam nunc in hiſce ergaſtulis cõſtricti gloriari credimus, eũ eſſe noſtram prædã, & victoriæ partæ trophæum: in magno ſiquidem conflictu ſanguinis noſtri pretio eum comparauimus. Quò fit, vt longè magis eius mors nos affligat, quam propria.

Digitized by Google

Ad hoc verbum Hildegardis magnum ab imo pectore ſuſpirium, conata gratis id ſuffocare, traxit: & conuerſa ad Sociam, dixit: verè cor iſtius hominis omni ex parte redolet generoſitatem. Ecquid amabò, poſſet aliud facere, eſto fratris cauſam ageret? Viden' qualis in eo ſit mortis contemptus, quod animi decretum? Talium propriè debet eſſe vita, qui tam bene nôrunt eâ vti.

Inde paſſu vno vel altero progreſſa: Domine, inquit illa, ne graueris velim nomen tuũ mihi indicare, & quis ſis declarare. Ille reſpondit, vt quis immoletur, ſolùm opus eſt eum conſtare corpore & animâ; nomen autem ad id nihil prorſus ſeruire. Addidit, optimum, quod facere poſſunt miſeri, eſſe, quàm optimè ſe occultare; inter miſerias autem, maximè ſecretas ſemper eſſe optimas pro generatis animabus. Reſpõſum hoc magis inflammauit Hildegardem, ad inueſtigandum id, quod ille volebat diſsimulare. Quare preſſus omni ex parte, dixit: Domina, ſiquidem tantopere ſcire deſideras meum nomen, vocor Iſchyrion. Te autem rogo, vt credas me non primò hodie incepiſſe contra monſtra pugnare: vita enim mea fere ſimilis eſt tapetibus ac periſtromatibus, in quibus inter poma aurea conſpiciuntur dracones: eſt enim continua quædã ſeries miſeriarum, & ſplendorum: quâ nihil vnquam magis varium extitit. Intellexi quidem me ex regio ſanguine progenitum: verùm, dum adhuc in tenera admodum eſſem ætate, nullâ adhuc imbutus vllius rei notitiâ, ablatus ſum à piratis marinis; ac deinde repertus ab opilionibus, quorum primario ac principi,

Thoæ

Digitized by Google

Thoæ dicto, placuit me educare cum filio ſuo Fauſtino, qui, ecce coràm præſens adeſt, cui fideliſsimam, arctiſsimamque iuraui amicitiam. Pòſt, vbi excreuiſſem, me inuaſit deſiderium cum illo luſtrandi mundum: eâdemque operâ, meam inueſtigandi originem: quod hucuſque feci. Et quidem in hac, in qua me conſpicis iuuenili ætate, nullum in toto mundo habitabilem reor eſſe locum, quem non pertranſierim, quemque facto quopiam inſigni non celebrarim. Centies autem & vltra ambo vidimus portas mortis apertas, ad nos è viuis tollendos: verùm bonus Genius ſemper aliquid in noſtri gratiam molitus eſt, quo ab ea liberaremur. Nunc autem, cùm nullam intuear eam euadendi viam ab ea ſolùm reor poſſe mihi oſtendi, vbi meos reperiam parentes.

Hæc ſat ferociter, & parum ciuiliter orationis filum abſcidit; nolens videri neque glorioſus in ſuis factis referendis, neque ſupplex, emendo vitam relatione ſuorum laborum; ſed Amans, quæ eius diſcurſus non aliter conſiderabat, quàm picturas quaſdam & tabellas, quæ plura indicant, quàm exprimant, non valens amplius affectus cordis ſui, quod lacrymis diſtillare videbatur, occultare, emiſsis ab imo pectore crebris, acutiſque ſingultibus, illi dixit.

Eques amice mi, Deus non me rupem procreauit, vt miſerias humanas non ſentiam; video tuos caſus proximè accedere ad euentus Domûs noſtræ; quin & tramam ſeu licium noſtrorum Fatorum fere per eandem manum tranſijſſe: nam pater meus habebat filium, qui in tenera admodũ ætate, paulò poſt mortẽ eius cõiugis, matris meæ

honoratiſsimæ, illi fuit abreptus: quod ita ſummo eum affecit dolore, vt præ deſiderio vtriuſque, moriturũ ſe crederet. Tamen cùm me in annis innocentiæ exiſtentem, & ſat feſtiua indole prædi-tam contemplaretur, nonnihil hauriebat ſolatij, ſibiq́; ex me filium, in quo properantem ad occa-ſum vitã retineret reclinaretq́ue, naſciturũ promittebat. Verùm, quis ſatis poſſet perſpicere plicas, & futuras tẽporum magni Labyrinthi, & re-uolutiones, perturbationeſq́; negotiorum mundi? Sed ego paulò pòſt quã hæc ſic tranſacta ſunt, ei quoque per manifeſtum latrociniũ ſublata ſum, eum relinquens cũ infante vno, qui adhuc erat in cunis: & poſt plura, quæ mihi euenerunt, infortunia me redactã in hoc lanienæ domicilio cõſpexi, vt totius mundi eſſem infortunatiſsima creatura.

Porrò, vt nunc tandẽ remoto velo, aperto tibi loquar pectore: morior ſingulis momentis, & die vno millies deteſtor miſerã meam vitã, quam dira captiuitate, ſub infamiſsima tyrannide, quæ meæ cõditionis Puellæ poſſet euenire, oppreſſam nó ſolum cõtemplor, ſed & magno meo dolore experior. Vnde ego vos, egregij, & generoſi Equites, per ſanctã veſtram amicitiã, per veſtram ſtrenuitatẽ, per diuerſas veſtras ſortes, per veſtrum denique & meum periculũ adiuro, coniuroque: tollite me hinc, vt in Patris mei Domo reponatis. Veſtram ſaluate vitam, & vnà meam: neq; putetis vos exigua potiri victoria, dum vos ipſos redimitis, & me vnam veſtri triumphi partẽ facitis: nam, nulla dubito, erit vna è glorioſiſsimis victorijs, quam vnquam ſol conſpexit, & terra peperit.

Iſchyrion perbellè aduertit eã animo eſſe commotam,

motã, ac proinde & agere & loqui ſincere: quoduis ſiquidẽ verbũ ſuis tingebat lacrymis. Nihilominus, vt magis ſe adhuc aperiret, illi dixit: Domina, hæcne dicis, vt nos probes, & conſtitutos in mortis veſtibulo, poſitaq; nobis ob oculos eius imagine, exploręs, an eo in ſtatu exiſtentes, adhuc vanitatũ illecebris capiamur? Si tam bona in nos ferris voluntate, vt ſonant tua verba, ne dubites, per idoneos homines tibi exhibendis fideliſsimis ſeruitijs inueniſti. Quomodo, inquit illa, tune putas verba iſta, quæ aquis è meo capite defluentib. madefacio, eſſe ficta? Scito me hoc in domicilio imperare, poteſtatẽq; habere vos liberandi equos & arma vobis ſubminiſtrãdi, dũmodo gladio, quẽ vobis in manus dabo, ad mei cõſeruationẽ ſcitè & probè vtamini. Haut didici homines ſomnijs & vanitatib. paſcere. Ecce, nil apud vos diſsimulo, ſum filia Principis; Pater me⁹ peramplæ imperat Prouinciæ. Vnũ duntaxat à vobis peto, religioſo ſcil. & ſolenni vt vos mihi obligetis iuramẽto, quòd, ſaluo omni honore & pudoris integritate, me reſtituetis reponetiſq; in eo Regni Daniæ loco quẽ vobis nominaro: ꝙ vbi præſtiteritis, velim credatis Patrẽ meum ingratum minimè futurũ, neq; ad beneficia mihi exhibita à vobis recognoſcenda ac compenſanda impotem. Egregius Iſchyrion attonit⁹ tali tãtaq; bonitate omne id, ꝙ illa petebat, iurauit ſanctiſsimè ſe executurũ. Præſtito hoc iuramento, & aſsignata diſceſſus hora, nocte ſcil. media, eos ſolui iubet vinculis. En ſpes florentiſsimæ, ſuauiſsimæ maximè arridẽtes, ſed ſubito furioſa grandine fuerũt tactæ.

Erat quædam nobilis puella inter tẽpli Virgines, *Proditur Hildegardis.*

nes, nomine Geronda, malę indolis, vafriq; ingenij quæ à longo tempore quærebat modos & vias explendi ſuā rabiem, quā conceperat contra Hildegardem. Quare hæc occaſio id explendi ei viſa eſt opportuniſsima. Mirū eſt quomodo ardentiſsimæ arctiſsimæq; mundi amicitiæ perſæpe degenerēt in maximas inimicitias; quomodo itē capitalia odia ſint ea, quæ proueniunt ex amore minus bene ordinato. Quēadmodū ſunt aliqua corpora male diſpoſita, quæ (iudicio Phyſicorū) facilius putreſcunt in balſamo, ꝙ tamen ordinatum eſt ad impediendā corruptionē; ita etiam inueniuntur corda nonnulla, quæ ex amore cōcipiunt putredinē, cùm ex eo potius concipere deberent immortalitatē.

Quales ſint mundi amicitiæ.

Duæ iſtæ puellæ à tenera ætate ſimul erāt educatæ: & ita ſe inuicem arcta deuinxerāt amicitia, vt non niſi cor vnū eſſe viderentur. Geronda quæ erat ex primaria Patriæ ſuæ familia, cùm deducta eſſet à Parentibus in arcem Irminſul, vt ibi cum Virginibus alijs enutriretur; & eodē tēpore quo intrabat, adducta etiā eſſet parua noſtra Hermigildis, ita ab ipſa infantia laudabili eius agendi modo, & morum integritate fuit capta, vt neque vitā ducere, neq; delectationem vllam habere ſibi videretur, præterquam in eius cōuerſatione. Solis radij vix arctiori nexu iungi vidētur ipſi ſoli, neq; vmbra corpori, quàm duæ iſtæ puellæ ſibi ad inuicē adhærebant. Omne earum gaudiū vtriq; erat & cōmune, & æquale; omne itē incommodū, omnis iniuria, negotia omnia, recreationes oēs, eodem modo. Quin & ad ignē amoris liquefacta, ſua corda videbantur velle ſimul fundere, vti liquata vna cera infunditur alteri item liquatæ. Verùm,

eſt

eſt quædam in rebus humanis malignitas, quę efficit, vt nunquã ita vicinæ ſint lapſui & diſſolutioni, quàm quãdo ad vltimam ſuæ felicitatis periodum deuenerunt. Hoc ipſum obſeruatum eſt in mundi amoribus, qui inſenſibiliter flacceſcunt, quando ad ſupremum quietis gradum, quẽ natura poteſt prætendere, pertigerunt. Ingentes amoris flammæ iſtarum duarũ ſociarum ſe primò mutarunt in frigus, ex frigore in faſtidiũ, ex faſtidio in animorum auerſionem, ex auerſione in capitalẽ inimicitiã. Verum eſt, indoles Hildegardis magis erat ingenua, & generoſa, quàm vt tales ex ſe effectus produceret; ſed altera erat vafra, callida, aſtuta, malitioſa, & magis propriorum commodorum, ſuique ipſius amans, quam vt quemquam alium ſincero diligeret amore.

Eius rupturæ & receſſus ab amicitia ſocię cœperunt per minutã quandã Zelotypiam, & æmulationẽ, quæ iſti ſexui ſatis ſunt cõmunes: cõplures .n. earũ præoccupatę vehementibus & inordinatis affectibus, deſiderãt ſingulariter amari, & detineri neſcio quibus blanditijs, pene dixiſſem, ineptijs, putantes ſibi magnã fieri iniuriam, quando intra cõmunes rerum indifferentiũ terminos cõtinentur. Eximia noſtræ Hildegardis tum animi, tum corporis ornamenta, quę natura erat ei elargita, dum vnà cũ ætate, inſtar florũ, qui ſe ſe ad ſolis radios expandunt, foras protruderent, effecerunt, vt omnis generis obſequia, ſeruitia & cũ honore admirationes, nõ pro alia, ꝙ pro ipſa nata viderentur. Geronda, quæ ob contractã cum illa amicitiã æq; gaudere debuiſſet de bono ſecundæ eius fortunæ, atq; de bono eius cordis, dũ priuata

Digitized by Google

viueret, offenſa fuit nimio, vt illi videbatur, honore & obſequijs, quæ illi exhibebantur; credens honorē ſociç delatum in ſuum dedecus cedere. Ex iſta *Zelotypia* nata eſt inuidia, quæ & eius faciei liuorē, & venis induxit venenū, eam viuentem exſiccans, inducensq́; ad proſperitates admirandæ iſtius puellæ eo intuendas oculo, quo ſolem veſpertilio. Quando, exigentibus eius miritis, electa fuit in Antiſtitum Virginum, cor hoc, inſigni laborans inuidia, grauiſsimè iſta electione fuit ſauciatum. Vnde perpetuò poſt hoc eius regimen & agendi modum vituperabat, verbis cælum & terram miſcens, abſq; vllis tamen effectis. Ea tempeſtas fuit perquàm ſimilis nubi, quæ flammis & turbinibus conſpiſſata ſuper rupium cacumina in vanum, & ſine effectu crepat.

Contigit aliquando, vt innocens Hildegardis, quæ ſtudebat ſanare animā iſtam inuidentiæ veneno infectā, detectis nōnullis rebus minus bene factis, in quib. ea magnā habebat partē, illam reprehenderet: quod cum ſuperbus eius ſpiritus non facilè poſſet digerere, capitale odium peperit; quod eius incluſum ſinu vindictam fouebat: quæ cura tandem funeſta hac occaſione excluſa eſſet omnibus palam apparuit. Conſiderato iſto procedendi modo, facile notari poteſt, quomodo affectus purè naturales, nihilq́; habentes de igne diuini amoris, quo angeli in cælo aduruntur, ſicut & in mundo eorū hominum corda, quç expurgata ſunt ab omni cōtagione rerum terrenarum, ſint *nubes ſine aqua*, quæ ad leuiſsimam impreſsionem crepant, & ſolummodo ventum procreant.

Vidi aliquot homines plurimùm laborare, vt, deci-

deciderẽt quo in ſexu,amicitiæ ſint cõſtantiores. Nec ignoro quaſdã prænobiles honorataſq; matronas fuiſſe,quæ conatæ ſunt palmã eo in certamine obtinere: vti,negari non poteſt,extant in eo ſexu perfectæ felicitatis exẽpla ſingularia: & in ſpecie teſtem habemus principẽ Blancã, quæ cõtẽnens amores Aetolini,qui eã(eſto captiua detineretur)expetebat,elapſa è manib.militũ,ad mariti,cui primò cor ſuũ tradiderat, tumulũ celeri curſu cõtendit,vt ibi naturę debitũ perſolueret.

In quo ſexu amicitia ſit cõſtantior.

Ex parte etiã altera in medium adduci poſſunt viri pene innumerabiles,qui prodigia quædã ante eas in genere amicitiæ, non viſa, non cogitata patrarunt: vti eſt Dandamis,de quo loquitur Lucianus,qui inter ſagittas, quæ inſtar grandinũ in eum cadebant,emiſſas Tartarorum arcubus, magnum notãdo traiecit fluuium,ad ſuccurrendum amico capto.Pro cuius lytro,cùm ab eo oculi peterentur, eos liberè & minimè repugnanter ſibi euulſit, euulſoſque hoſti tradidit, iſta ſua cæcitate dans mundo incomparabilia amicitiæ lumina.

Quod longum exigeret tractatum, nolumus in breui in hac hiſtoria determinare, omnes eius difficultates exhauriendo ſed velut tranſiens poſſum dicere,quod,ſi amorem cõplurium huius ſæculi virorum cõſideremus,deprehenſuri ſimus pleroſq; brutorum inſtar amare;dum,nulla præmiſſa matura deliberatione, incipiunt ſuas amicitias cum ardore, progrediuntur in ijs cum furore, & eoſdem finiunt cum ingratitudine. Sed & fœminæ conſideratæ in infirmitate naturæ, vti ſupra omnia mundi animalia (vt ait quidam

Anti-

Plin. l. 7. c. 12. Antiquus) ſunt apprehēſiuæ, ita velocitas cogitationū, celeritas animi, & varietas ingenij multiformes ijs notas imprimunt. Quaſi diceret: affect⁹ & captus earū, cùm ſint varij & multiplices, facilè quibusvis adhærent obiectis; ſinentes ſe capi rebus apparentibus, trahi nouitatibus, angi & cruciari quibus vis offenſis, abripique faſtidijs. Vnde facile eſt colligere nullas amicitias conſtantiæ nomen mereri, niſi ſint honeſtæ, & fontibus gratiæ diuinæ irrigatæ. Qua gratia cum deſtituta eſſet Geronda, quid mirum, ſi omnes ſuos affectus in venenum verterit?

Quod maximè eius paſsionem fouit, fuit quidam Gandulphus qui (cum aliàs Hildegardis circa tractationem & adminiſtrationem ſuorum negotiorum plurima ei confideret) cum quid ageretur accuratè exploraſſet, ſiue offenſus, quòd ad conſilium non fuerit adhibitus, deſiderans plauſum oblata quacunq; occaſione; ſiue captus aliquo amore aduerſus Gerondam (cuius nuptias poterat prætendere, cùm illarum virginū caſtitas non eſſet perpetua) nihil non (vſus maxima indiſcretione) indicauit huic aſtutæ puellæ: docens practicè veteris dicti veritatem, quo enunciatur ſapere & amare vix Deo concedi. *Publius Lyrius.* Geronda audita totius rei relatione, conformi q̄ maximè ſuo odio, addidit ex ſuo odio, quæ malitia ei ſuggeſsit: Hildegardem ſtatuiſſe prodere auem inimicis, peſſundare ac in nihilum redigere auctoritatem Pontificum, mactare præſidiarios milites, bona & vitam ciuium in prædam dare. Hæc omnia non ſolum calidè, ſed & callidè in caſtro promulgauit, omnesque circumſtan-

tias,

tias, quas iamiam didicerat, in fauorem concepti ſui odij retulit.

Pontifex edoctus ea, quæ agebantur, ſatellitio ſtipatus ipſemet venit ad carcerem: vbi Hildegardem inuenit in porta conſiſtentem cum captiuis illis duobus, exſolutis vinculis. Ecquid iſthoc myſterij eſt, filia, inquit, quo ludis nunc ludo? Voluiſſet tunc afflictiſsima puella ſub pedibus ſuis terram vſque ad extremas abyſſos dehiſcere. Tanto illa afficiebatur dolore, & replebatur dolore, & replebatur confuſiones! nihilominus, vt erat ſolertiſsima & ingenioſiſsima, non oblita in tam repentina, & inexpectata deprehenſione ſui, neque artium & aſtutiarum ſuo ſexui maximè propriarum, dixit ſe ex officio veniſſe ad carceres, cauſa explorandi iſtos captiuos, & intentione addiſcendi an ij ſatis eſſent puri pro ſacrificio Irminſul offerendo; & ex diſcurſu cum ijs de ipſorum vita habito, deprehendiſſe ſe, quòd eſſent excurſores ita perditi, itaque in omnium ſcelerum voraginem proiecti, vt potius irrideri, quam honorari magnus Irminſul, tali ei oblata hoſtia, videri poſſet. Quantum autem ad vincula, quæ eis erant exempta, attineret ſe ab ijs rogatam, vt ſibi hoc indulgeret ad capiendam vel vnius horæ ſpatio quietem, quod ijs concedendum cenſuiſſet, adhibita ſufficienti cautela & cuſtodia, ne profugere poſſent. His auditis, voce ſtentoria exclamauit Pontifex: videre fœminam omni fronte exutam, & nos credemus eam eſſe Virginem? Cæſaries aurea extranei iſtius Iuuenis eſt, quæ in eius profano corde

Deprehēſa Hildegardis.

tetendit

tetendit retia, ſuntque eiuſdem oculi, qui ita eius affectus inflammarunt, vt DEVM eiuſque tẽplum derelinquere ſtatuerit, vt ſequatur adulterum. Vbi ita, quæ vehementer ſentiebat reprehenſiones, quæ vel minimùm tangebant honorẽ, audiſſet, accenſa comprimis feruente cholera, vocauit Pontificem hypocritam, raptorem, ſanguinarium & lycanthropum, prolatis ac coniectis in eum omnibus iniurijs, quas ei præſens paſſio ſuggerebat. Quibus auditis indignatus Pótifex illam cum ſua confidente comite apprehendi, & in peculiari ſubterraneo carcere arctè recludi; necnon captiuos grauioribus vinculis ferramentiſque onerari eorumque cuſtodes mutari e-ueſtigiò mandauit.

Miſerandus Iſchyrion oblitus ſui carceris, & catenarum, tota reliqua noctis parte charam ſuam Hildegardem ſuſpirauit: hoc vnicum querens, quòd cum ſemel potuerit mori, in præiudicium tam pretioſæ animæ voluerit viuere. Exoptabat is ſibi centum corpora, vt innumeris poſſet pati membris, ſi tot erant neceſſaria ad crudelitatem iſtorum Tartarorum ſatiandam, modo ei parcerent, quam iudicabat tàm longa vita dignam eſſe, quam longus futurus eſt mundi terminus.

Indomitæ Pontificis paſſiones. Orto die, ſparſa eſt fama per totam ciuitatem, Virginem Veſtalem noluiſſe templum prodere; ac proinde arcto carcere eſſe recluſam, iamque contra illam formari proceſſum. Et de facto ipſe ſummus Pontifex, qui à longo iam tempore aduerterat, eam eſſe remiſsiorem circa res, quæ

ex

ex officio illi incumbebāt; & proximè eius factis dictiſque grauiter fuerat ſtimulatus, ſtatuerat ſuæ paſsioni, ſub prætextu & colore accuratioris ſeruitij Dijs exhibendi, indulgere, & pauperculam hanc puellam perdere, vt aliam eius loco, quam iudicabat ſuis mandatis obſequentiorem futuram, ſubrogaret. Quam in rem Pontifices, Iudices, aliosque conuocauit Magiſtratus quorum plerique iam ſe obſtrinxerant, & velut vendiderant, vt, ad ſumendam vindictam, ei quaſi inſtrumenta, deſeruirent. Ad hunc malignantium conuentum & iudicium deploranda Hildegardis, vt rea acceſsitur. Adhuc manus conſtrictæ erant manicis, vt ſpectaculum hoc miſerabilius redderetúr apud eos, qui eam triumphantem viderant in delatione maximorum honorum, quos natio illa ei exhibere conſueuerat.

Cùm ad tractandam quæſtionem facti ventum eſt, & ſeuerè interrogata circa omnia ea, quæ tranſacta erant, generoſa puella, quæ non ſtatuerat vitam emendicare verbis ſui animi magnitudine indignis, quæ ſequuntur ad præſentes in illo conuentu audacter & confidenter pronunciauit.

Hic neque flammis neque torturis opus eſt ad eliciendam ex me veritatem: cùm enim eam ſemper maximi fecerim, eſto, de mea vita ageretur, nullo tamen modo vellem eam negare. Fateor me promeritam mortem ob duo crimina; I. eſt, quod diutius hoc in loco vixerim, quàm fas eſſet innocenti,

&ex-

& expediret infelici. Debui citiùs facere, quod tardius feci; & timor ſemel moriendi non debuit meum infortunium vſque eò prolongare, vt morerer quotidie. II. quod commiſi crimen, eſt, quod actionem multum glorioſam ita male aggreſſa ſim, vt accuſandæ & reprehendendæ hodie videantur intentiones & cogitationes meæ, quæ, ſi Cælites meliorē mihi fortunam dediſſent, vel fideliores fuiſſent ij, qui nequiter mea ſecreta explorarunt, ante executionem meæ voluntatis minimè reſcire debuerant.

Ecce quod meam onerat conſcientiam, meque inducit in odium propriæ vitæ, eò quòd ea male vſa fuerim. Nam, quod attinet ad accuſationes, eæ tam fragili innituntur fundamento, vt quemadmodum mei aduerſarij eas in medium, ſine ſui ipſorum confuſione proferre non poſſunt; ita nec ego eas refutare, niſi ſimul me ipſam laudare velim: quod nunc nolo. Magnum, ſcilicet, commiſi crimen, quòd libertatem deſiderarim; quòd lectioni, quam vox publica nos omnes docet, quam leges approbant, quam omnes exercent, quam denique natura paruula, philomelas auiarijs & caueis incluſas docet, ſtuduerim. Ponito me in bello captam, ideóne iure naturali, quod eſt, requirere bonum ſuæ natiuitatis, diſſoluere catenas captiuitatis, & euitare amolirique, quantum fieri poteſt, incommoda aduerſę fortunę, prohibita ſum? Ecquis nō videt me in hoc facto iuſtiorem habuiſſe titulum, quā habuiſſem, ſi capta fuiſſem bello, cùm innocens è Patris mei domo, principis illuſtriſsimi, per auda-

audaciſsimum facinus abrepta ſim, vt in locum lanienarum ac cædium deportarer, officiumque, quod ſolis furijs infernalibus conuenit, exercerem? Quid? nonné debebam ego tentare omnes vias & modos, vt me eriperem ex ea captiuitate, in qua poſtquam omnia perdidi, quæ perdere potui, etiam quotidie video meam innocentiam non ſolùm periclitari; ſed & propemodum perire?

Adite, ſi lubet, & conſulite Saxonum leges & ſtatuta, quæ vos me edocuiſtis, & clarè deprehendetis pœnas conſtitutas ijs, qui rapiunt fœminas: in quibus etiam (bene notandam) feciſtis diſtinctionem, in fauorem liberarum puellarum, volentes, vt ij qui circa earum perſonas aliquid auſi fuerint attentare, duplici puniantur pæna: ſed ipſum audite textum, qui ſic habet, quidquid in fœminam committitur, ſi Virgo fuerit, dupliciter componatur. *In cod. Legum antiquarum.*

Mira res eſt, videre quomodo vna manu deſtruatis, quod altera ædificaſtis; quomodo item publicetis leges, quæ hodie non alio fine videntur factæ, quàm ad veſtras actiones condemnandas.

Sed debuiſſem (dicitis) eſſe contenta mea libertate, & non inferre vim carcerib. ad aliorũ procurandam libertatẽ. Ad hoc reſpondeo, eos, quos intendebam liberare, debuiſſe eſſe inſtrumenta meæ liberationis. Vnde, cùm eos meis commodis alligaſſem, neceſſario debebant conditionem & ſtatum meæ fortunæ amplecti ſequique. Reſpondeo item eorum detentionem ita fuiſſe impiam & iniuſtam, vt quiſquis adhuc paululum

Digitized by Google

Zeli religionis & amoris æquitatis habeat, nequeat, neq; debeat, ſi adſint vires, eā vlterius tolerare. Nā, ſi nunc tēpus ſe ſe obtulit non parcendi veritati, dū nec cogitatio eſt parcēdi vitæ meæ, quis tā eſt excors, qui approbet ſacrificia, ex humano ſanguine cōfecta, paſsim offerri, niſi is fortè, cui ſtatutum eſſet naturæ bellum inducere?

Sapientiores inter vos confitentur DEVM eſſe puriſsimum ſpiritum, ac proinde ab omni concretione materiæ independentem. Et nos tam erimus vecordes, vt adhuc ei corpora offerenda eſſe arbitremur? efficiemusnè, vt is ad homines mactatos aduolet prout ſolent turtures & corui ad cadauera, vt inſtar muſcarum ex ijs ſugat ſanguinem? nonnè hoc eſſet admittere cogitationes eius diuinitate prorſus indignas? nonnè melius eſſet Deos penitus ignorare, quàm tali modo eos cognoſcere? Antiquiſsimi codices, aliaque litterarum monimenta, quæ etiam nunc quotidie voluitis, & legitis, nos docent DEVM eſſe Patrem naturæ; & quòd produxerit hominem, ſe ipſo adhibito pro exemplari, quomodo ergo in animam inducere poterimus, velle eum deſtruere canonem ſuorum operum omnium perfectiſsimum, eundemque minus affici aduerſus hominem viuum, qui tot illuſtres gerit characteres eius gloriæ, quàm vilem quempiam artificem ad idolum, quod ſuis manibus fabricauit?

Reſpondetur mihi, cruenta huiuſmodi ſacrificia ſtatuta & ſtabilita eſſe legibus patriæ: at ciuiliſ-

uiliſsæ lex aliqua poteſt damno eſſe, & claritatis gratiã, præiudicare magnæ illi & ineffabili legi naturæ, quæ imperat, vt quilibet ſui ſimilẽ amet; legi item nationum, quæ mandat etiam hoſtem aliqua humanitate tractari, ſicut & politiæ conuerſationis humanæ, quæ vult ſeruari pacta & promiſſa? Nonné promiſiſtis externis iſtis equitibus donare vitam, & libertatem paruuli Hyacinthi, ſi domuerint & confecerint leones & vrſos, quos vos nutritis ad cædes mortalium? Quare igitur poſt tot generoſas actiones, quas etiam ſtupidiſsimi quiſque ſummè admirarentur, & ijs, qui vel naturam humanam exuiſſent, amorem conciliarent, vultis obruere ac opprimere ſub proprijs eorum triumphis!

Iſtæ ſunt ruinæ, in quibus cupio ſepeliri, & ſi ſolùm mors mea deeſt ad explendas veſtras deſignationes & propoſita, moriar hodie perlibenter: & iam plus ſatis vixi, minimùm die vno, die inquã vno, & quidẽ hodierno mihi perquã infauſto, quo ſtatuor ante veſtros oculos catenis conſtricta, quæ neminem contigerunt, præterquam furciferorum corpora. Iſtane eſt humanitas, quã vos exhibetis infelici & externæ puellæ? Iſtudné auxiliũ, quod orphanæ debetis? Iſtané tractatio, quam à vobis præſtolari debuit Abneptis Regis, filia Principis, ſed quòd longè pluris facio, filiæ honeſtæ, & viro intactæ? Parùm mihi creditote, cõmendabimini apud Poſteros, quòd ita meũ ſexũ tractaueritis; quòd tam male ſeruitia, quæ vobis quindecim annorum ſpatio fideliter exhibui, indigno iſto mecum agendi modo compenſaueritis, quòd in meo ſanguine meam virginitatem, quàm

 ha-

hactenus tam cautè & circumſpectè cuſtodiui, ſubmerſeritis. At, quis ſcit, fors necdum ita à Cælitibus & mortalibus ſum derelicta, quin poſſit adhuc magna aliqua, & clara dies oriri, quæ detegat, & omnibus palam faciat meam innocentiam, quæ tam potentia ſubminiſtret arma, quæ etiam inter meos cineres ſcrutentur, & inueniant veritatem?

Vltima hæc verba, præterquam quòd plurimùm eius cor occuparunt, compluribus ex ijs, qui adſtabant, licet illa id minimè intenderit, lacrymas elicuerunt; qui probe intelligebant qualem aculeum os illud habere debeat, quòd roſeis labijs purum putumque mel diſtillat. Pulchritudo, quæ patitur perſecutionem, ordinariè loquendo, tot ſibi parit patronos & aduocatos, quot ſunt, qui virtuti aduerſantur, ne gratijs, quæ in tali pulchritudine ſedem fixerunt, aduerſari videantur, ſed illi vni omnia exoptant proſpera, inque eo omnia approbant, in quo naturæ deprehendũt dona. Verũ, vt magnũ eſt crimen auertere aurẽ à iuſtitia, vt oculos tradas amori; ita eſſet ſtupiditas maxima nolle miſereri afflictæ innocentiæ, quando præſertim ex ſua parte Veritatem, Eloquentiam & Pulchritudinem habet propugnatrices: quæ, vt plurimùm mouent cardines rerum humanarum ad ferendam pro parte eas habente exoptatam ſententiam.

Iam complures ex Conſiliarijs, audita Hildegardis defenſione, vijs humanioribus & clementioribus incedebant, & quilibet in eam ibat ſententiam, quæ ſibi commodior & aptior videbatur

batur ad diminuendum delictum ; quod alij augere conabantur, intentione ſumendi vindictam. Alij dicebant miſereri oportere ſexui, alij ætati, eſſeque aliquid condonandum naturæ, quæ iure ſuo vti, conata fuerat : ſed & alij monebant ſeriò aduertendum eſſe , quòd nulla omnino eius conatus ſecuta fuerit executio: quod item leges, iuxta commune illud dictum (non punitur affectus, ſi non ſequatur effectus) non ſoleant tanto cum rigore requirere & punire intentiones, quæ re ipſa effectum non ſunt conſecutæ : expedire quidem dicebant cautionem poſthac adhibere, ne tale aliquid attentetur : verum nullum iam eſſe vel apparens argumentũ quo inducamur ad malam eius voluntatem, quæ abſque vllius damno tranſijt, morte puniendam. Tandem, qui ad clemẽtiam propendebant plurimũ momenti ponebant in profeſsione Religioſa, inuiolatæ virginitati coniuniunctâ: dicebant enim futurũ ſpectaculum peſsimi augurij, ſi corpus Virginis tot annorũ ſpatio altaribus cõſecratum, & tanta cũ puritate conſeruatum in manus carnificis tradatur. Maximè cùm in eo plura admirationis, quàm reprehenſionis argumenta inueniantur.

Omnia iſta conſideratione digna videbantur clementioribus , ſed ſummus Pontifex, qui erat homo naturâ admodũ ferus, & qui ſua commoda & incommoda in hoc negotio accuratè perpendebat, omnia conſilia ſummi rigoris lance ponderabat, ſicque perorando loquebatur:

Domini, ſi habetis bonos ſenſus & affectus, de quibus non dubito , eos reſeruate Deo prodito,

templo polluto,& religioni prædonum libidino proſtitutæ;non autem vni elatæ puellæ,quæ omnem exuit frontem,& in ipſis exiſtens vinculis,erectâ criſtâ,nobis inſultat.

Eſto,nullum aliud haberetis argumentũ probationemué ad eam contemnendã, quàm propriam eius defenſionẽ,nullam,mihi credite, iuſtitiæ regulam læderetis,caſtigando arrogantiam effrontis iſtius puellæ, quæ , cùm Deos contempſerit, pluſquam ſatis oſtendit ſe,nec pudoris rationem vllam apud homines habere. Audiſtis eam in catenis exiſtentem non minori audaciâ & libertate loqui,quàm ſi in throno imperiali auguſta reſediſſet. Et ſi fidem ei habemus,eius agendi dicendique modus longè magis accedit ad rectam rationem,quàm noſtræ omnium ſententiæ;doctior eſt noſtris legibus,religioſior tẽplis, Dijſq; noſtris potentior:vult illa nos docere pietatem & iuſtitiam,quaſi verò virtutes hæ gauderent illius ore proferri ac nominari,quos aliter noluit cognoſcere,quàm eaſdem violando. Allegat illa naturã contra Dominum& factorem naturæ;vult defendere , ſe rectè & iuſtè hinc abitum per fugam tentaſſe; nõ ſecus atque ſi fuiſſet in aliquo carcere,non autem in templo,ligata quidem fuit, at nõ ferreis catenis, ſed ſuorum votorum & promiſſorum vinculis,quæ illa cõtexuit proprijs labijs, dum in omnimoda exiſteret libertate. Si natura proferatur rationi,nullum prorſus erit crimen, ad quod excuſandum ſenſus & naturalis amor nõ ſint plures modos inuenturi , quàm legislatores poſsint pœnas excogitare ad caſtigandum.Nimiũ hono-

Digitized by Google

honorata fuit, dum rapta eſt, vt hic velut Numen aliquod coleretur. Nō debet mirū videri, ſi quæratur de iniurijs ſibi illatis, quandoquidem ſolidiſsima quæque ſibi exhibita beneficia trahit in partem deteriorem.

Magnus ſcil. rerū diuinarum zelus eſt, qui eam induxit ad eos liberandos, qui, propria eius confeſsione, ſunt homines omni ſcelere ac egeſtate perditi, atq; profligati, ac proinde volens agere partes ſubtilis Theologi, taxauit noſtras leges & ſacrificia. Quaſi verò nos teneremur imperitæ ac ſimplici puellæ reddere rationē fidei Noſtrorum Maiorum, quam habemus cōmunem cum tot alijs nationibus; ac ſi nos rem iniuſtā & religioni minimè conſentaneam committeremus, immolando Iuſtitiæ eos, qui indigni ſunt, quos terra portet, quos mundus toleret; quē tot ſuis ſceleribus & flagitijs toties contaminarunt. Caueat illa ne amplius damnare præſumat noſtros leges & ſtatuta, ad excuſandos prauos animi ſui affectus: iam enim ſatis ſuperque notum eſt eam amore inductā ad attentandum, & moliendum id, quod attentauit, & molita eſt. Sed quid mirum, ſi illa prodiderit templa, poſtquam & ſuam prodidit pudicitiā, ſi & à Dijs immortalibus receſſerit, poſtquā à ſuo corpore id, quod eius carni æq; firmiter adhærere debebat, atq; anima, ſeparauit? nunquā, ô pudor! ſatis ea cenſetur eſſe Virgo, de qua an verè talis ſit, iure dubitatur. Agedū, decetne puellā ex illuſtri domo natā curare ſe abripi per homines, quorū in mundo maior nō eſt innocētia quā rapere, & ſeducere Virgines? Nos eam nocte cōcubiā

cum Iuuenibus exteris incluſam deprehendimus : totum quod egit neſcimus, ſed quid agere potuerit, conſideremus : pro eius honore alias probationes, alia argumenta non habemus, quàm illa, quæ dare voluerint prædones, illius amatores. Quibus illa procaciter manus dedit, quas toties ſacroſanctis altaribus tradiderat. Non amplius hic accuſo ſimplices voluntates, ſed peſsimos accuſo effectus, quos neque ſexus, neque ætas poſſunt vllo modo excuſare : eos ſiquidem Dij vindicant, Religio condemnat, leges puniunt : & vt verbo dicam, qui nequeunt expiari, niſi per ignem.

Caſta Hildegardis videns ſe tam durè & inhumanè tractari à Pontifice, directè id petente, quod pretioſiſsimum habebat, alta voce exclamauit, ſuæ innocentiæ nigerrimam impingi calumniam, & iniquiſsimam imponi turpitudinis notam. Et quandoquidem de igne Pontifex loquebatur, dixit ſe paratiſsimam eſſe, coram toto Senatu, ad tangendum candens ferrum, in teſtimonium ſuæ Virginitatis. Erat hæc probatio ſolennis, & ordinaria apud Saxones. Vnde cùm Conſilium in eam rem conſenſiſſet, mandatum adferri ferrum ignitum, quod generoſa Hildegardis, ſublatis in Cælum oculis, manu imperterrita contrectauit, conſtrinxit, inque altum ſuſtulit abſque vlla aduſtione, & quauis alia manus læſione ; quo viſo nonnulli in eius fauorem magnos admirationis clamores emiſerunt ; ſed ſtatim Pontifex voce penitus

Hildegardis probat ſuam Virginitatem.

Robertus Cãtuarienſis Archiepiſcopus.

penitus rabida exclamauit eam eſſe veneficam, ac proinde ab ea iſtud fieri arte magica: in quo venales Pontificis Conſiliarij, ignauiſsimè eius paſſioni ſubſeruientes, exclamarunt eam, tanquam Deorum inimicam, proditricem, & impudicam vltricibus flammis, eſſe tradendam. Hoc habito, infamis Sacerdotum Princeps cùm videret adhuc complures ex ſuis Aſſeſſoribus vacillare ac nutare, dixit neminem ſibi debere Religioni ducere, quod aut Dijs ſacram fecerit profeſsionem, quia iam eâ priuata eſt, & exaugurata; aut Virginitatem altaribus vouerit, quia iam ſatis conſtat illam ea ſe ſpoliaſſe: dixit inſuper quid tali in caſu faciendum ſit, clarè haberi exemplo Veſtalium Romanarum; & hunc vnicum modum eſſe optimum, ac ſupremum ad Deos placandos. Nihilominus concluſum eſt, vt ad carcerem remitteretur, nihilque præcipitando de ea ſtatueretur, prius quàm, conuocato Senatu, ſecundò audiretur.

dicit probationem iſtã vocat à Saxonum lingua, Ordaleum

Ex hac actione facile eſt proſpicere, quàm diuerſa ſint hominum iudicia, iuxta diuerſos motus, quos variæ paſsiones eorum animis imprimunt. Non eſt dubium, quin hæc probatio, quæ fit per tactum candentis ferri, fuerit recepta per leges antiquas complurium populorum; quin & aliquando apud nonnullos Chriſtianos, non abſque bonis effectis, fuerit in vſu. Scimus illuſtriſsimi Cardinalis Baronij relatu exemplũ de Imperatrice Maria, Filia Regis Aragoniæ, & Ottonis tertij vxore, quæ, cũ turpiter & flagitioſè vnum ex ſua Aula Nobilem, ſtudioſiſsimum caſti-

Probatio per ignem qualis!

Baron. an. 998. ſub Ottone tertio, Maria Aragonia.

Digitized by Google

caſtitatis ad peccatum ſolicitaſſet, & ſe contemptam in ſua petitione vidiſſet, innocentem, quaſi is pudicitiam illius lædere attentaſſet, accuſauit; accuſatoque, Imperatoris Mariti ſui decreto, caput amputari curauit. Verum, occiſi vxor certiſsima de eius innocentia, reciſo à ceruice capite accepto, ad Imperatorem, qui tunc, bona fortuna, in throno Iuſtitiæ ſedebat, properauit, de morte adeò tragica vindictam petens, & prouocans ad probationem per ignem & flammas faciendam: quam illa ſubiens abſque vlla corporis læſione, ita efficaciter perſuaſit Ottoni, vt ille impudicam ſuam coniugem effuſi indignè ſanguinis notam eluendam, confeſtim è medio ſuſtulerit.

Nihilominus, vti pronunciamus licitum non eſſe DEVM tentare, & ad res tam exoticas recurrere; ita fatemur minimè nos ignorare id prohibitum eſſe in conſtitutionibus Eccleſiaſticis, vt videre eſt in Conſilio Lateranenſi, & in decretis, tum Alexandri II. tum Stephani V. quia, præter rationes, quæ hic adferri poſsint, certum eſt malignos ſpiritus in his & ſimilibus rebus facilè poſſe ordinarios ſuos dolos & impoſturas exercere. Si tamen bonis rationibus oſtēdi poteſt admirandos huiuſmodi effectus, qui aliquando etiam inter Gentiles contigerunt, venire ex parte DEI, in fauorem Iuſtitiæ, crederem quòd, vti DEVS Pater luminum dedit Sibyllis ſpiritum Prophetiæ ob earum caſtitatem, prout cenſet Diuus Hieronymus; ita volens fauere Virginitati noſtræ Hildegardis, eam velut

Sina-

Smaragdum quempiam lucidiſsimum inter flammas ſplendere fecerit. Sed, en negotiorum admiranda reſolutio, quæ ſubitò in denſiſsimis tenebris oriri fecit maximam claritatem, & in deſperatiſsimis naufragijs tutiſsimum extruxit portum. Compello hic curioſiſsima totius mundi ingenia, exque ijs quæro, vnde in vita mortaliũ proueniant ſubinde maximæ mutationes fortunarum & conditionum; vt qui paulò antè omniũ hominum pedibus, vt lutum platearum, calcabantur, repentè abſumptis alis, ad templum honoris aduolent, ſeque in ſinu gloriæ ſuauiſsime collocent; nec non theatra ſumendis de ſupplicijs erecta, in magnificentiæ maieſtatiſque ſpectacula, dolores in voluptates, & omnes aduerſitatis ſpinas in iucundiſsimas coronas commutent? *Reuolutio negotiorũ.*

Auertat DEVS, ne vel cogitemus quidem euentus Chriſtianos, quos ſumus producturi, aſtris, aut Fatis attribuere. Nam ſi propriè Fatum velimus accipere, prout ſcilicet Gentilium ſapientiores illud intellexerunt, deprehendemus, ſecuti eorum opinionem, nihil aliud fuiſſe, quã ſecundam, aut aduerſam fortunam vitæ noſtræ, vti dicebant, infallibiliter ex aſtris prouenientem. At, qui hanc doctrinam vellet tueri, eum etiam impietatem pariter tueri oporteret.

Verùm, ſi per Fatum intelligamus ordinem & diſpoſitionem primæ cauſæ (quæ eſt DEVS) tam circa res naturales, quàm humanas & morales, nihil prohibet quò minùs poſsimus dicere eſſe Fatum aliquod; tamen cùm Fati vocabulum olim

fuerit

caſtitatis ad peccatum ſolicitaſſet, & ſe contemptam in ſua petitione vidiſſet, innocentem, quaſi is pudicitiam illius lædere attentaſſet, accuſauit; accuſatoque, Imperatoris Mariti ſui decreto, caput amputari curauit. Verum, occiſi vxor certiſsima de eius innocentia, reciſo à ceruice capite accepto, ad Imperatorem, qui tunc, bona fortuna, in throno Iuſtitiæ ſedebat, properauit, de morte adeò tragica vindictam petens, & prouocans ad probationem per ignem & flammas faciendam: quam illa ſubiens abſque vlla corporis læſione, ita efficaciter perſuaſit Ottoni, vt ille impudicam ſuam coniugem effuſi indignè ſanguinis notam eluendam, confeſtim è medio ſuſtulerit.

Nihilominus, vti pronunciamus licitum non eſſe DEVM tentare, & ad res tam exoticas recurrere; ita fatemur minimè nos ignorare id prohibitum eſſe in conſtitutionibus Eccleſiaſticis, vt videre eſt in Conſilio Lateranenſi, & in decretis, tum Alexandri II. tum Stephani V. quia, præter rationes, quæ hic adferri poſsint, certum eſt malignos ſpiritus in his & ſimilibus rebus facilè poſſe ordinarios ſuos dolos & impoſturas exercere. SI tamen bonis rationibus oſtēdi poteſt admirandos huiuſmodi effectus, qui aliquando etiam inter Gentiles contigerunt, venire ex parte DEI, in fauorem Iuſtitiæ, crederem quòd, vti DEVS Pater luminum dedit Sibyllis ſpiritum Prophetiæ ob earum caſtitatem, prout cenſet Diuus Hieronymus; ita volens fauere Virginitati noſtræ Hildegardis, eam velut

Sma-

Smaragdum quempiam lucidiſsimum inter flam-mas ſplendere fecerit. Sed, en negotiorum admiranda reſolutio, quæ ſubitò in denſiſsimis tenebris oriri fecit maximam claritatem, & in deſperatiſsimis naufragijs tutiſsimum extruxit portum. Compello hic curioſiſsima totius mundi ingenia, exque ijs quæro, vnde in vita mortaliũ proueniant ſubinde maximæ mutationes fortunarum & conditionum; vt qui paulò antè omniũ hominum pedibus, vt lutum platearum, calcabantur, repentè abſumptis alis, ad templum honoris aduolent, ſeque in ſinu gloriæ ſuauiſsime collocent; nec non theatra ſumendis de ſupplicijs erecta, in magnificentiæ maieſtatiſque ſpectacula, dolores in voluptates, & omnes aduerſitatis ſpinas in iucundiſsimas coronas commutent? *Reuolutio negotiorũ.*

Auertat DEVS, ne vel cogitemus quidem euentus Chriſtianos, quos ſumus producturi, aſtris, aut Fatis attribuere. Nam ſi propriè Fatum velimus accipere, prout ſcilicet Gentilium ſapientiores illud intellexerunt, deprehendemus, ſecuti eorum opinionem, nihil aliud fuiſſe, quã ſecundam, aut aduerſam fortunam vitæ noſtræ, vti dicebant, infallibiliter ex aſtris prouenientem. At, qui hanc doctrinam vellet tueri, eum etiam impietatem pariter tueri oporteret.

Verùm, ſi per Fatum intelligamus ordinem & diſpoſitionem primæ cauſæ (quæ eſt DEVS) tam circa res naturales, quàm humanas & morales, nihil prohibet quò minùs poſsimus dicere eſſe Fatum aliquod; tamen cùm Fati vocabulum olim

fuerit

ſpectans ad hunc diſcurſum, neceſſariò fuit producenda & præmittenda, antequam venires ad contemplandum exitum harum recognitionum, vbi videbis tractus ac lineamenta diuinæ prouidentiæ mirum in modum relucere.

Non paruum eſt DEI donum, Francos fuiſſe electos & ad reliquias idololatriæ in Europa exſtirpandas, & ad ſtatuenda ſanctiſsimæ crucis trophæa in locis coopertis ſanguine & tenebris, quæ ab immemorabili tempore in plenam poſſeſsionem dæmones ſibi vendicarant. Negare nō poſſumus, quin generoſa hæc natio præclara facinora armis geſſerit: etiam antequam Euangelij radijs eſſet illuſtrata. Illa enim fuit, quæ, imperante Probo, cum parua militum manu excurrit in Aſiam & Africam; quæ non parum terroris incuſsit Imperio Romano; quæ & cauſa fuit, vt illo tempore diceretur nullam expeditionem eſſe tam magnam, quæ non eſſet minor eorum animis. *Laus Frãciæ.*

Illa fuit, quæ prodigioſo illi Attilæ exercitui reſtitit eo tempore, quo ille vel vnica pedis percuſsione, tot omni ex parte homines armatos, quot ſe intus, & extra ſuas cauernas mouent formicæ, quando concutiuntur, ad ſibi ſubijciendū vniuerſum mundum excitaturus videbatur; Illa item, quæ videns eund. Attilam ſuarum victoriarum ſucceſſu inflatum eum edocuit virtutem Francorum ab ortu ſuo tam fortem eſſe, vt poſtea nihil aliud ab ea expectari poſſet, quam adeò admirandi rerum progreſſus, qui non immeritò videri poſſent ad ſupremum admirationis gradum aſcenſuri. *In Panegyri Maximiani.*

Verum

Digitized by Google

hactenus tam cautè & circumſpectè cuſtodiui, ſubmerſeritis. At, quis ſcit, fors necdum ita à Cælitibus & mortalibus ſum derelicta, quin poſſit adhuc magna aliqua, & clara dies oriri, quæ detegat, & omnibus palam faciat meam innocentiam, quæ tam potentia ſubminiſtret arma, quæ etiam inter meos cineres ſcrutentur, & inueniant veritatem?

Vltima hæc verba, præterquam quòd plurimùm eius cor occuparunt, compluribus ex ijs, qui adſtabant, licet illa id minimè intenderit, lacrymas elicuerunt; qui probe intelligebant qualem aculeum os illud habere debeat, quòd roſeis labijs purum putumque mel diſtillat. Pulchritudo, quæ patitur perſecutionem, ordinariè loquendo, tot ſibi parit patronos & aduocatos, quot ſunt, qui virtuti aduerſantur, ne gratijs, quæ in tali pulchritudine ſedem fixerunt, aduerſari videantur, ſed illi vni omnia exoptant proſpera, inque eo omnia approbant, in quo naturæ deprehendũt dona. Verũ, vt magnũ eſt crimen auertere aurẽ à iuſtitia, vt oculos tradas amori; ita eſſet ſtupiditas maxima nolle miſereri afflictæ innocentiæ, quando præſertim ex ſua parte Veritatem, Eloquentiam & Pulchritudinem habet propugnatrices: quæ, vt plurimùm mouent cardines rerum humanarum ad ferendam pro parte eas habente exoptatam ſententiam.

Iam complures ex Conſiliarijs, audita Hildegardis defenſione, vijs humanioribus & clementioribus incedebant, & quilibet in eam ibat ſententiam, quæ ſibi commodior & aptior videbatur

batur ad diminuendum delictum ; quod alij augere conabantur, intentione ſumendi vindictam. Alij dicebant miſereri oportere ſexui, alij ætati, eſſeque aliquid condonandum naturæ, quæ iure ſuo vti, conata fuerat : ſed & alij monebant ſeriò aduertendum eſſe , quòd nulla omnino eius conatus ſecuta fuerit executio: quod item leges, iuxta commune illud dictum(non punitur affectus, ſi non ſequatur effectus)non ſoleant tanto cum rigore requirere & punire intentiones, quæ re ipſa effectum non ſunt conſecutæ : expedire quidem dicebant cautionem poſthac adhibere, ne tale aliquid attentetur : verum nullum iam eſſe vel apparens argumentũ quo inducamur ad malam eius voluntatem, quæ abſque vllius damno tranſijt, morte punjendam. Tandem, qui ad clemẽtiam propendebant plurimũ momenti ponebant in profeſsione Religioſa, inuiolatæ virginitati coniuniunctâ: dicebant enim futurũ ſpectaculum peſsimi augurij, ſi corpus Virginis tot annorũ ſpatio altaribus cõſecratum, & tanta cũ puritate conſeruatum in manus carnificis tradatur. Maximè cùm in eo plura admirationis, quàm reprehenſionis argumenta inueniantur.

Omnia iſta conſideratione digna videbantur clementioribus , ſed ſummus Pontifex, qui erat homo naturâ admodũ ferus, & qui ſua commoda & incommoda in hoc negotio accuratè perpendebat, omnia conſilia ſummi rigoris lance ponderabat, ſicque perorando loquebatur:

Domini, ſi habetis bonos ſenſus & affectus, de quibus non dubito , eos reſeruate Deo prodito,

templo polluto,& religioni prædonum libidine proſtitutæ;non autem vni elatæ puellæ, quæ omnem exuit frontem,& in ipſis exiſtens vinculis,erectâ criſtâ,nobis inſultat.

Eſto,nullum aliud haberetis argumentũ probationemuè ad eam contemnendã, quàm propriam eius defenſionẽ,nullam,mihi credite, iuſtitiæ regulam læderetis,caſtigando arrogantiam effrontis iſtius puellæ, quæ, cùm Deos contempſerit, pluſquam ſatis oſtendit ſe,nec pudoris rationem vllam apud homines habere. Audiſtis eam in catenis exiſtentem non minori audaciâ & libertate loqui,quàm ſi in throno imperiali auguſta reſediſſet. Et ſi fidem ei habemus,eius agendi dicendique modus longè magis accedit ad rectam rationem,quàm noſtræ omnium ſententiæ;doctior eſt noſtris legibus,religioſior tẽplis, Dijſq; noſtris potentior: vult illa nos docere pietatem & iuſtitiam,quaſi verò virtutes hæ gauderent illius ore proferri ac nominari,quos aliter noluit cognoſcere,quàm eaſdem violando. Allegat illa naturã contra Dominum& factorem naturæ;vult defendere, ſe rectè & iuſtè hinc abitum per fugam tentaſſe; nõ ſecus atque ſi fuiſſet in aliquo carcere,non autem in templo,ligata quidem fuit, at nõ ferreis catenis, ſed ſuorum votorum & promiſſorum vinculis,quæ illa cõtexuit proprijs labijs, dum in omnimoda exiſteret libertate. Si natura proferatur rationi,nullum prorſus erit crimen, ad quod excuſandum ſenſus & naturalis amor nõ ſint plures modos inuenturi, quàm legislatores poſsint pænas excogitare ad caſtigandum. Nimiũ hono-

honorata fuit,dum rapta eſt, vt hic velut Numen aliquod coleretur. Nõ debet mirũ videri, ſi quæratur de iniurijs ſibi illatis, quandoquidem ſolidiſsima quæque ſibi exhibita beneficia trahit in partem deteriorem.

Magnus ſcil. rerũ diuinarum zelus eſt, qui eam induxit ad eos liberandos, qui, propria eius confeſsione, ſunt homines omni ſcelere ac egeſtate perditi,atq; profligati, ac proinde volens agere partes ſubtilis Theologi, taxauit noſtras leges & ſacrificia. Quaſi verò nos teneremur imperitæ ac ſimplici puellæ reddere rationẽ fidei Noſtrorum Maiorum, quam habemus cõmunem cum tot alijs nationibus; ac ſi nos rem iniuſtã & religioni minimè conſentaneam committeremus, immolando Iuſtitiæ eos, qui indigni ſunt, quos terra portet, quos mundus toleret; quẽ tot ſuis ſceleribus & flagitijs toties contaminarunt. Caueat illa ne amplius damnare præſumat noſtros leges & ſtatuta, ad excuſandos prauos animi ſui affectus: iam enim ſatis ſuperque notum eſt eam amore inductã ad attentandum, & moliendum id, quod attentauit, & molita eſt. Sed quid mirum, ſi illa prodiderit templa, poſtquam & ſuam prodidit pudicitiã, ſi & à Dijs immortalibus receſſerit, poſtquã à ſuo corpore id, quod eius carni æq; firmiter adhærere debebat, atq; anima, ſeparauit? nunquã, ô pudor! ſatis ea cenſetur eſſe Virgo, de qua an verè talis ſit, iure dubitatur. Agedũ, deceetne puellã ex illuſtri domo natã curare ſe abripi per homines, quorũ in mundo maior nõ eſt innocẽtia quã rapere, & ſeducere Virgines? Nos eam nocte cõcubiã

cum Iuuenibus exteris incluſam deprehendimus : totum quod egit neſcimus, ſed quid agere potuerit , conſideremus : pro eius honore alias probationes, alia argumenta non habemus , quàm illa , quæ dare voluerint prædones, illius amatores, Quibus illa procaciter manus dedit , quas toties ſacroſanctis altaribus tradiderat. Non amplius hic accuſo ſimplices voluntates, ſed peſsimos accuſo effectus , quos neque ſexus , neque ætas poſſunt vllo modo excuſare ; eos ſiquidem Dij vindicant , Religio condemnat , leges puniunt : & vt verbo dicam , qui nequeunt expiari , niſi per ignem.

Caſta Hildegardis videns ſe tam durè & inhumanè tractari à Pontifice, directè id petente, quod pretioſiſsimum habebat , alta voce exclamauit , ſuæ innocentiæ nigerrimam impingi calumniam, & iniquiſsimam imponi turpitudinis notam. Et quandoquidem de igne Pontifex loquebatur , dixit ſe paratiſsimam eſſe , coram toto Senatu , ad tangendum candens ferrum, in teſtimonium ſuæ Virginitatis. Erat hæc probatio ſolennis , & ordinaria apud Saxones. Vnde cùm Conſilium in eam rem conſenſiſſet, mandatum adferri ferrum ignitum, quod generoſa Hildegardis, ſublatis in Cælum oculis, manu imperterrita contrectauit , conſtrinxit , inque altum ſuſtulit abſque vlla aduſtione , & quauis alia manus læſione ; quo viſo nonnulli in eius fauorem magnos admirationis clamores emiſerunt ; ſed ſtatim Pontifex voce penitus

Hildegardis probat ſuam Virginitatem.

Robertus Cãtuarięſis Archiepiſcopus

penitus rabida exclamauit eam eſſe veneficam, ac proinde ab ea iſtud fieri arte magica: in quo venales Pontificis Conſiliarij, ignauiſsimè eius paſſioni ſubſeruientes, exclamarunt eam, tanquam Deorum inimicam, proditricem, & impudicam vltricibus flammis, eſſe tradendam. Hoc habito, infamis Sacerdotum Princeps cùm videret adhuc complures ex ſuis Aſſeſſoribus vacillare ac nutare, dixit neminem ſibi debere Religioni ducere, quod aut Dijs ſacram fecerit profeſsionem, quia iam eâ priuata eſt, & exaugurata; aut Virginitatem altaribus vouerit, quia iam ſatis conſtat illam ea ſe ſpoliaſſe: dixit inſuper quid tali in caſu faciendum ſit, clarè haberi exemplo Veſtalium Romanarum; & hunc vnicum modum eſſe optimum, ac ſupremum ad Deos placandos. Nihilominus concluſum eſt, vt ad carcerem remitteretur, nihilque præcipitando de ea ſtatueretur, prius quàm, conuocato Senatu, ſecundò audiretur.

dicit probationem iſtã vocatã Saxonum lingua, Ordaleum

Ex hac actione facile eſt proſpicere, quàm diuerſa ſint hominum iudicia, iuxta diuerſos motus, quos variæ paſsiones eorum animis imprimunt. Non eſt dubium, quin hæc probatio, quæ fit per tactum candentis ferri, fuerit recepta per leges antiquas complurium populorum; quin & aliquando apud nonnullos Chriſtianos, non abſque bonis effectis, fuerit in vſu. Scimus illuſtriſsimi Cardinalis Baronij relatu exemplũ de Imperatrice Maria, Filia Regis Aragoniæ, & Ottonis tertij vxore, quæ, cũ turpiter & flagitioſè vnum ex ſua Aula Nobilem, ſtudioſiſsimum

Probatio per ignem qualis!

Baron. an. 998. ſub Ottone tertio, Maria Aragonia.

caſtitatis ad peccatum ſolicitaſſet, & ſe contemptam in ſua petitione vidiſſet, innocentem, quaſi is pudicitiam illius lædere attentaſſet, accuſauit; accuſatoque, Imperatoris Mariti ſui decreto, caput amputari curauit. Verum, occiſi vxor certiſsima de eius innocentia, reciſo à ceruice capite accepto, ad Imperatorem, qui tunc, bona fortuna, in throno Iuſtitiæ ſedebat, properauit, de morte adeò tragica vindictam petens, & prouocans ad probationem per ignem & flammas faciendam: quam illa ſubiens abſque vlla corporis læſione, ita efficaciter perſuaſit Ottoni, vt ille impudicam ſuam coniugem effuſi indignè ſanguinis notam eluendam, confeſtim è medio ſuſtulerit.

Nihilominus, vti pronunciamus licitum non eſſe DEVM tentare, & ad res tam exoticas recurrere; ita fatemur minimè nos ignorare id prohibitum eſſe in conſtitutionibus Eccleſiaſticis, vt videre eſt in Conſilio Lateranenſi, & in decretis, tum Alexandri II. tum Stephani V. quia, præter rationes, quæ hic adferri poſsint, certum eſt malignos ſpiritus in his & ſimilibus rebus facilè poſſe ordinarios ſuos dolos & impoſturas exercere. Si tamen bonis rationibus oſtẽdi poteſt admirandos huiuſmodi effectus, qui aliquando etiam inter Gentiles contigerunt, venire ex parte DEI, in fauorem Iuſtitiæ, crederem quòd, vti DEVS Pater luminum dedit Sibyllis ſpiritum Prophetiæ ob earum caſtitatem, prout cenſet Diuus Hieronymus; ita volens fauere Virginitati noſtræ Hildegardis, eam velut

Sina-

Smaragdum quempiam lucidiſsimum inter flammas ſplendere fecerit. Sed, en negotiorum admiranda reſolutio, quæ ſubitò in denſiſsimis tenebris oriri fecit maximam claritatem, & in deſperatiſsimis naufragijs tutiſsimum extruxit portum. Compello hic curioſiſsima totius mundi ingenia, exque ijs quæro, vnde in vita mortaliũ proueniant ſubinde maximæ mutationes fortunarum & conditionum; vt qui paulò antè omniũ hominum pedibus, vt lutum platearum, calcabantur, repentè abſumptis alis, ad templum honoris aduolent, ſeque in ſinu gloriæ ſuauiſsime collocent; nec non theatra ſumendis de ſupplicijs erecta, in magnificentiæ maieſtatiſque ſpectacula, dolores in voluptates, & omnes aduerſitatis ſpinas in iucundiſsimas coronas commutent?

Reuolutio negotiorũ.

Auertat DEVS, ne vel cogitemus quidem euentus Chriſtianos, quos ſumus producturi, aſtris, aut Fatis attribuere. Nam ſi propriè Fatum velimus accipere, prout ſcilicet Gentilium ſapientiores illud intellexerunt, deprehendemus, ſecuti eorum opinionem, nihil aliud fuiſſe, quã ſecundam, aut aduerſam fortunam vitæ noſtræ, vti dicebant, infallibiliter ex aſtris prouenientem. At, qui hanc doctrinam vellet tueri, eum etiam impietatem pariter tueri oporteret.

Verùm, ſi per Fatum intelligamus ordinem & diſpoſitionem primæ cauſæ (quæ eſt DEVS) tam circa res naturales, quàm humanas & morales, nihil prohibet quò minùs poſsimus dicere eſſe Fatum aliquod; tamen cùm Fati vocabulum olim

fuerit

ſpectans ad hunc diſcurſum, neceſſariò fuit producenda & præmittenda, antequam venires ad contemplandum exitum harum recognitionum, vbi videbis tractus ac lineamenta diuinæ prouidentiæ mirum in modum relucere.

Non paruum eſt DEI donum, Francos fuiſſe electos & ad reliquias idololatriæ in Europa exſtirpandas, & ad ſtatuenda ſanctiſsimæ crucis trophæa in locis coopertis ſanguine & tenebris, quæ ab immemorabili tempore in plenam poſſeſsionem dæmones ſibi vendicarant. Negare nõ poſſumus, quin generoſa hæc natio præclara facinora armis geſſerit: etiam antequam Euangelij radijs eſſet illuſtrata. Illa enim fuit, quæ, imperante Probo, cum parua militum manu excurrit in Aſiam & Africam; quæ non parum terroris incuſsit Imperio Romano; quæ & cauſa fuit, vt illo tempore diceretur nullam expeditionem eſſe tam magnam, quæ non eſſet minor eorum animis. *Laus Fraciæ.*

Illa fuit, quæ prodigioſo illi Attilæ exercitui reſtitit eo tempore, quo ille vel vnica pedis percuſsione, tot omni ex parte homines armatos, quot ſe intus, & extra ſuas cauernas mouent formicæ, quando concutiuntur, ad ſibi ſubijciendũ vniuerſum mundum excitaturus videbatur; Illa item, quæ videns eund. Attilam ſuarum victoriarum ſucceſſu inflatum eum edocuit virtutem Francorum ab ortu ſuo tam fortem eſſe, vt poſtea nihil aliud ab ea expectari poſſet, quam adeò admirandi rerum progreſſus, qui non immeritò videri poſſent ad ſupremum admirationis gradum aſcenſuri. *In Panegyri Maximiani.*

Verum

Verùm, nunquam non fatendum eſt arma illa, quæ vexillis & labaris Chriſti crucis non proteguntur, eſto celebria hominum cædibus, & Prouinciarũ vaſtationibus, poſsint ſe reddere; nunquam tamẽ pertingunt ad eximia illa & illuſtria trophæa, atque ornamenta, quæ illis confert pietas, quæ quidquid iniuſtũ quidquid ferũ illis adhæſit, moderans, magnis & diuinis luminib. illuſtrat. Si quem inceſsit cupido videndi Franciam in flore & ſplendore ſuorũ armorum, illo eam tẽpore intueatur, quo ipſa pedibus Sarracenorum conculcat capita, demeſſa iuſtitiæ ferro, quod Deus illi in manus tradiderat. Illo item contempletur tempore, quo palmas colligit Idumææ: quæ toties eius ſudore fuerunt irroratæ: quo etiam illa eadem ſub Carolo Magno in locis, quæ tam clauſa erant fortitudini, quam inacceſſa pietate, fecit ſua lilia ſcintillare.

Virtus Caroli Magni. Secluſa omni aſſentatione, & veritatis diſsimulatione, dicendũ eſt ſincerè, quod res ſuo exigit iure: DEVS hũc Monarcham, vt rarũ aliquod opus ſuorum theſaurorum, ſe ipſo adhibito exẽplari fecerat, & in gradu dignitatũ totius terræ altiſsimo collocarat: vt eius magna cum admiratione à Populis conſpectæ virtutes; & à Regibus expreſſæ ſtudioſa imitatione, ad poſteros pro exemplis tranſmitterentur. Natura I. ſolidum in eo iecerat fundamentum, dum liberali manu ei elargita fuerat ornamenta, tam animi, tam corporis, quæ nihil mediocre, ſed alta omnia promittebant. II. Bona adueniens educatio, eas ſuperextruxit & induxit perfectiones, quæ toti mundo ſe amabiles exhibẽdo, mirum dictu quam

mundo

vtile ſeruitium ſupremo omnium Monacharum DEO præſtiterint.

Plinius iunior dixit eos primò inter omnes mortales ſibi videri fortunatiſsimos, qui actiones faciunt dignas, quæ in commentarios relatæ ad perpetuā rei memoriam aſſeruentur; ſecūdo eos, qui ea conſcribunt opera, quæ ab omnibus digna lectu cenſentur; tertiò autem eos, qui vtrumque præſtant ad altiſsimum ſecundæ fortunæ & perfectionis gradum pertigiſſe. At vtrumq; Carolū noſtrum præſtitiſſe quis ibit inficias? qui & inter litteratos fuit ſciētiſsimus; & inter bellatores animoſiſsimus: vnde cùm ſua edicta ſignabat enſis capulo, oſtendebat ſe reſeruare cuſpidē ad ſuos hoſtes edomandos; alteram autem extremitatem pro ſubditis ſibi populis: faciens tam ſuauē mixturam ex armis & legibus, vt innocentia & potentia, quæ raro eodem vtuntur domicilio in eius perſona laudabile inuenerint temperamentū.

Habebat cor latū, vt aliquod mare, quod includere ſua capacitate poterat omnia ornamenta, quæ ſolēt cōmendare & exaltare magnos Principes. Et vti nihil erat illi nimis altū, nimis arduum eius animo, ita nihil erat ita humile, nihil ita vile in eius imperio, quod ab eius cura, fauore & bonitate excluderetur: in exercitijs pietatis erat Religioſus, in ferendis Iuſtitiæ decretis æquus, in armis fulmen, in victorijs modeſtus, in aduerſitatibus patiens, in aula innocens, & in purpura ſanctus. Et quamuis nonnullus ſubinde huic magno ſoli fœminarum maculam impreſſerit, eam ita pœnitentia deleuit abluitque vt minimè impediuerit, quo minus inter alios

ſuos

ſuos titulos meruerit habere & audire, nomen Patris totius vniuerſi, & è cælo intueri conſecrata ſuæ memoriæ, populorum pietate altaria.

Hæc ad oſtendendum, quo DEVS homine vti voluerit ad Dæmones è ſuis locis pellendis, vti aues pelluntur, deſtructis earum nidis; & ad extinguendam penitus idololatriam, quæ extorris tribus penè mundi partibus, apud Saxones, in detrimentum & iniuriam humani ſanguinis, adhuc habebat templa & altaria. Carolus Magnus incomparabili ardebat zelo ſubijciendi legibus Chriſtianis omnes populos, qui ſuo parebant Imperio, non potens vllo modo ferre, vt longius ſe extenderet; lanceæ ſuæ ferrum, quàm viuificæ crucis imperium.

Bellum Saxonum. Vnde generosè & firmiter ſtatuit Saxones, ſuperſtitioni comprimis deditos, domare & ſuaui iugo Euangelij ſubmittere. Et quamuis non deeſſent complures, qui bellum hoc, allatis varijs argumentis, diſſuaderent: dicentes contra ſyluas & nemora pugnandum, quin & contra homines ipſis lupis magis efferos; qui vilè ſuum ſanguinem per caro venderent, vitæ ſcilicet pretio, generoſæ nobilitatis Francicæ; Prouinciam quæ armis quæritur, eſſe admodum laborioſam, exitum habere incertum, pericula certa, victoriam parum glorioſam: & dato, quod ſemel Saxones eſſent edomiti, tamen cum homines tales ſint, qui nihil conſtans habeant præter perpetuã inconſtantiam, contra eos quotidie noua bella eſſent inchoanda. Addebant, vias & aditus ad illos

illos eſſe per aſperos & difficiles; commeatum nonniſi ſummis difficultatibus poſſe eò deferri; ſitum locorum illis eſſe percommodum; exteris autẽ non ſolũ incommodũ, ſed penè intolerabilẽ.

Iſta omnia videri poterant ſufficientia ad retundendos & retardandos generoſos huius Principis conatus. Verùm magnus hic animus, qui ad generoſas actiones aggrediendas, illis ipſis obſtaculis & impedimentis, quæ ſe ſuperanda offerebant ſtimulabatur, cuique progrediendi curſus magis incitabatur. Quare poſtquam VVormatiæ in ſuo conſilio hoc concluſit bellum, ita conſtanter illud eſt proſecutus nunquam vt vmbonem demiſerit, niſi quando vidit rebellionem omnimodò ſedatam, & ſuis pedibus ſubiectam. Nullum eſt dubium, quin omnia illa bella, quæ per Idololatras & Hæreticos inchoantur & geruntur ad defenſionem phantaſticæ religionis, cùm ſint inſufflata halitu maligni ſerpentis, nec aliunde animentur, quàm ab inſano furore, pergant reſiſtere vſq; ad vltimum, vt dici ſolet, potentiæ Dæmonum, hominumque qui dæmonibus ſe mãciparunt. Res mira, quòd efferi illi homines inuincibilem hunc Monarcham annis triginta tribus in armis, diuerſis & iteratis vicibus ac occaſionibus detinuerint, manuſque Iuſtitiæ non dederint, niſi poſtquam per vim, hominibus, pecunijs, ſanguine exhauſti, adacti fuerunt. Quoties viderunt fluuios ſuorum ſanguine plurimũ intumuiſſe? quoties corpora ſuorũ ciuiũ ſimul cõgeſta non exiguos montes cõſtituere? Quoties admirandas Patriæ deſolationes conſpexerunt, quæ

X nudos

nudos omni omnino fructu campos eorũ oculis ſubijciebant, qui velut lacrymantes ad pacẽ inuitabant? Nihilominus Barbari iſti, quando Carolus Magnus eos armis ſubiugarat, & victos ſub pedibus tenebat, ſimulata deuotione baptiſmum petebant, & ſimulatque fortiores ſe videbãt furioſa hoſtilitate Patriam percurrentes cædibus & ferro omnia miſcebant, præſidia trucidabant, Sacerdotes occidebant, altaria, ad quæ antè refugerant, incendijs abſumebant. Quid multis? Athei iſti nunquam ſe noſtro Herculi, Carolo Magno, ſubmittebant, niſi ad nouas vires ſuo commodo acquirendas.

Septies aut octies bella renouarunt, in quibus, velut ſerpentum capita, contundendi, & in omnimoda ruina ſepeliendi fuerunt. Quod tunc contigit, quando Vitigindus eorum Dux, caput & fax ſeditionis, debilitatus tanta ac tam violenta ſuorum ſanguinis miſsione, parum dico, debilitatus, dicere debueram, tot diuerſis pugnis ac prælijs penitus fractus, ſe Regis clementiæ commiſit, & facta notabili conuerſione, fidem Catholicam ſincerè tandem complexus eſt. Quẽ ſecuta eſt nobilitas, & Populus: qui vt plurimum longis neceſsitatis catenis ita alligatus eſt fortunis Potentûm, vt vix valeat inuenire modum ab ijs ſe liberandi. Tunc fuit, quando ciuitas, & Arx Ereſburgenſis in qua fiebant execranda ac deteſtanda ſacrificia Idolo Irminſul, omnino fuit ſubiecta armis generoſi Patratoris Victoriæ Caroli: qui euertens primò cultũ falſorum Numinũ, Sanctæ Crucis plãtauit vexillum; deinde velut Angelus

Arx Irminſul tradita.

uiſpiam

quiſpiam de cælo miſſus, dictam intrauit arcem, ad liberandos dictos toties captiuos: nam infames illi ſacrificuli inopinato Cæſaris aduentu pręoccupati, & nimio fulgore victorioſorum labarorũ Franciæ perſtricti, ſtatim fuga ſalutem quæſiuerunt, non magis præſentiam huius Principis ferre valentes, quàm veſpertiliones ſolis radios.

Interim infelix Clodoaldus inconſolabiliter flebat filium ſuum Hyacinthum, quem iamdudum immolatum credebat: vnde cùm ſemel lumini clauſiſſet oculos, eos perpetuò lacrymis, quæ continuò ex cæcis oculis fluebãt, aperiebat. Quãdo is intellexit aduentum Caroli Magni, eum ſtatim acceſsit, & ad illius ſe abiecit pedes, rogans ſuppliciter vindictam, de fuſo iniuſtè filij ſui ſanguine; nullo penitus modo credens eum adhuc agere inter viuos: omnia enim illa, quæ ei dicta erant de certis quibuſdam equitibus, qui vitam ſuam ad impediendum, ne cruentè ſacrificaretur, deuouerant, iudicabat eſſe inuentionem amicorum, volentium ſibi exhibere hoc charitatis officium, & nonnihil edulcare acrimoniam tormentorum.

Clodoaldus ad pedes Caroli Magni.

Rex intuens hominem eximio aliàs corporis habitu conſtantẽ, ſed iam doloris vehementia ſupra quàm dici poteſt deformatum & deiectum, magna motus fuit commiſeratione: maxime cum videret eum loqui non poſſe, niſi interruptis ſingultibus, qui omnia pene eius verba ſuffocabant, facilè aduertit eum in vehemente verſari afflictione. Vnde illum blandè conſolans, iuſsit bono eſſe animo, ſuiſque cum

malis & doloribus tantiſper pangere inducias, & metus omnes ponere, memorem ſe coram eo Principe ſtare, qui nouit ex miſeris, qui, fortuna nouercante, miſeri facti ſunt, facere felices. Clodoaldus his auditis ſic Imperatori locutus eſt.

Auguſte Imperator, amabò, ne me tua maieſtas vocet miſerum, ſed ipſiuſmet miſeriæ veriſsimum ſimulachrum. Nam mala, quæ patior eiuſmodi ſunt, vt ex omnibus huius ſæculi malis nullum inueniri queat, quod quoquo modo illis valeat comparari. Præterquam enim quod hoc in mundo cælites diuite ſatis & eminente ſupra multos me fortunâ beauerant, etiam parentem trium liberorum fecerant: eorum duo in tenera admodum ætate mihi hominum malitiâ ſubrepti fuerunt. Quòd adeò, vt parens, ſenſi, vt vita propemodum vnà cum illis mihi fuiſſet erepta: ita eos die noctuque, nullam quietis partem capiens, ſublatos deploraui. Sed tandem vt tempus noſtrorum malorum eſt ſapiens Medicus, quod non ſinit, cùm tam breuis ſit vita, dolores eſſe perpetuos, mea plaga, quæ diu admodum cruda & ſanioſa fuerat, incipiebat obducere cicatricem, quando inaudita crudelitate renouata eſt. Cùm aliquamdiu in infelici hac Patria fixiſſem ſedem, vt, ſi fieri poſſet, veſtigium aliquod meæ iacturæ deprehenderem, die quodam me inceſsit libido eundi ad venationem: in qua vltra modum me incaleſcentem inuaſit deſiderium occidendi aprum, qui ſe receperat ad pedes ſtatuæ

Dei

Dei iſtius Patriæ, quæ erecta erat in ſylua, in qua venari cœperam.

Vix aprum confeceram, cùm, ecce vox terrifica & minarum pleniſsima ab Idolo profecta eſt, quæ & me condemnat cæcitate, & toti regioni inauditam prædicit ſterilitatem, niſi illata Numini offenſa quam primùm compenſetur. Sed & ego re ipſa ſubitò me cæcitate percuſſum deprehendi; & mei comites herbam ſub ſuis pedibus exſiccari animaduerterunt. Vnde haud parum territus & attonitus, perquem ſubmiſſe ad Dei pedes me proſtraui, rogans, quam à me exigeret ſatisfactionem? Is petiuit id, quod primum mihi domum redeunti occurreret, ſibi ſacrificari. Quam in rem libentiſsimè conſenſi, non perpendens quid ex infortunato hoc promiſſo ſequi poſsit: & ecce infelix meus Hyacinthus, filius mihi vnicus ſuperſtes, quem tanta cura & ſolicitudine educaram, qui & vnicus erat, ſufficiens ad me ſuper omnes meas iacturas conſolari, is, cùm reſciſſet me in ſylua Irminſul feras inſectari, omnibus incedens lætitijs ad me venit. Quàm primum vocem iuſtius innocentis agnelli auribus percepi, ita omnibus ſenſibus fui captus, vt quod ei dicerem, penitus ignorarem; ille autem amariſsimè meam deflens cæcitatem, nullam non adhibuit diligentiam, vt malo meo inueniret medicinam. Quando autem, neſcio quo referente, intellexit in quo totius rei cardo verteretur, incomparabilis hic filius ſe ſiſtit ad altare Irminſul: vbi, non dubito, illius ſacrificuli, ne hilum

relaxantes ſuam crudelitatem, tenellum eius corpuſculum inſtar carnis in Macello vænalis dilacerarunt.

Veruntamen, Auguſte Imperator, quandoquidem Arbiter es totius vniuerſi, ſanguinem meæ victimæ, vt vindices etiam atque etiam te rogo. Et ſi quid de eius cineribus, vel oſsibus ſupereſſe deprehendatur, iterum iterumque tuam obſecro Maieſtatem, mihi vt tradi mandet, quò id meo in ſinu ſepeliam animamque meam ſuperinfundam.

Rex vbi tragicos iſtos intellexit caſus, defluẽtibus vbertim ei lacrymis, Clodoaldo poſsibilem promiſit conſolationem & opem. Hic, ſublatis in cælum manibus, Dijs gratias egit. Sed monitus ab Epiſcopo, qui ibi præſens coram aderat, tollendam eſſe pluralitatem Deorum, & in vnum, qui eſt ſupremus cæli & terræ Monarcha, eſſe credendum, quique per incarnationem ſui Verbi mundum ſanctificauit, petijt inſtrui in Catholica Religione. Quod ſubitò factum eſt: ſimul enim atque fidei radijs eius intellectus fuit illuſtratus, omnis illa caligo, quæ eius oculis Dæmonum malignitate inducta fuerat, ſumma cum omnium, qui aderant, admiratione diſsipata eſt: & ipſe conſequenter Clodoaldus cœpit ex intimo corde Deum laudare, eique, quas potuit, gratias agere; inhærens continuè lateri Regis: à quo plurima, etiam vltra omnem ſpem, ſperare incipiebat.

Dij Saxonum.

Carolus Magnus arcem luſtrans vidit DEOS Saxonum, inter quos erat Idolum Crodonis, quem

quem Hiſtorici exiſtimarunt Græcorum Saturnum. Is erat verè Idolum ſanguinum & cædium: ei ſiquidem pluribus in locis immolatæ fuerunt hoſtiæ virorum & puerorum non exiguo numero, vti conſtat relationibus antiquitatum Ethnicarum. Ibidem viſebatur Irminſul totus cataphractus, vna manu tenens labarum roſa inſignitum; altera verò bilancem: præterea in eius thorace vrſum, & in ſcuto Leonem ſculptum gerebat. Quorum omnium ſignificata Cranzius alijq́ue Hiſtorici percommodè explicant: ſed & Veneris ibi ſtatua inueniebatur, quæ oſtendebat Idololatris illis minimè rem eſſe inſolitam, homicidijs & cædibus, quorum Irminſul figuram gerebat, iungere omne genus ſpurciciæ & impudicitiæ.

Eximius hic noſter Monarcha videns monſtroſa illa Numina, quæ hucuſque infelicis ac cæci illius populi oculos detinuerant, animos occuparant ac turpiter deceperant, magnum ab imo pectore traxit ſuſpirium: & cùm iam iam eſſet in procinctu ad eam in perpetuum eliminanda, ei ſignificatum eſt in carceribus ſubterraneis captos detineri homines alicuius notæ, qui in ijs aſſeruati fuerant, vt immolarentur dictis Idolis. Vnde ſtatim, qui eos ad ſe adducerent, quò eorum cauſam cognoſceret, ablegatos cum ſatellitibus miſit.

Infelix Hildegardis hærens in carcere priuato omni luce, in momenta ſingula nihil aliud expectabat, quam rogum, quàm flammas: ſatis enim illi conſtabat Pontificem, qui erat non minus *Hildegardis deſideriam.*

rabioſus qua factioſus, velle ſuum honorem, quē læſum arbitrabatur, ſignatum ſuo ſanguine reparare. Vnde ad mortem ſubeundam erat paratiſsima. Supra modum autem eam excruciabat, quòd vnà cum vita, crudeles illi carnifices ei honorem honeſtæ & intactæ viro puellæ tollere volebant: exſculpentes infami charactere ſupra ſuum ſepulchrum (ſi tamen cinis, qui committendus erat ventorum ludibrio, gaudere poterat funeralibus ſepulchri iuribus, opprobrium ſempiternum. Vehementer autem querebatur, quòd, cùm tam ſolicitè & cautè ſuam conſeruaſſet virginitatem, cui etiam ſeruatæ, ignis abſque vlla læſione tactus ſolenne paulò antè dederat teſtimonium, rabie inimicorum tractaretur, vt puella quæpiam omni flagitiorum generi obnoxia.

Lamentabatur inſuper remanſuros ſuos cineres in tam barbara Patria; ſeque perpetua obliuione obruendam, vt aliquam terræ filiam, quæ omnibus eſſet ignota, & abiectiſsima totius mundi puella, ab omniq́ue hominum genere comprimis derelicta. Sed nec exiguo tangebatur dolore, quod inter tot tum ſanguine, tum affinitate ac familiaritate coniunctos, nemo eſſet futurus, qui vel vnico floſculo locum veſtigijs ſui ſupplicij ſignatum aſpergeret.

Et cùm liberi ſimus in noſtris votis & deſiderijs, illa iuxta arbitrium ſuum, & præſentem phantaſiam ſummopere deſiderabat, vt, ſiquid aliquando ſuorum cinerum, eſto id eſſet minimum,

mum, reſidui remaneret, ad Patrem id deferretur eique diceretur:

En reliquiæ miſerabilis ac infelicis filiæ tuæ, à qua gratam & iucundam expectabas poſteritatem; filiæ inquam tuæ Hildegardis, quam adeo tenerè amauiſti & defleuiſti, nullum vt finem feceris eam inueſtigandi, & lacrymis proſequendi; infelix puella mortua eſt in crudeli tormento, relinquens vitam & memoriam ſuam in flammis infelicis rogi, quem capitales inimici ei præpararant, ſed mortua eſt, vt ſolent honeſtæ, & nobiles Virgines: nec à probitate parentum, degenerauit, nec à virtutibus anteceſſorum vel latum vnguem receſsit aliquando.

Omnes naturaliter deſideramus noſtri memoriam & æſtimationem aliquam remanere apud Poſteros: quod magnum eſt argumentum immortalitatis noſtrarum animarum.

Tria ſibi pergrata acceſſura credebat, ſi quis hoc ſuum deſiderium impleturum ſe promitteret: Primum longè ſuauiorem mortem; ſecundum, ingens Patris ſolatium; teſtium Iuſta ab eodem Patre, & poſtrema officia exiguæ iſtis corporis ſui particulæ magno affectu & ſtudio perſoluenda.

Poſtquam aliquo tempore circa hæc, dicamne mente diſcurriſſet, an deliraſſet? amariſſimè ſui Iſchyrionis, Hyacinthi & Fauſtini mortem deflebat: timens ne infelix illa ſu[illegible]deprehenſio ijs pænas duplicaret. Vnde quàm maximè deſiderabat ijs adhuc ſemel loqui, antequam moreretur, ijs præſtò eſſe; ijs ſolatium adferre, ſeque vnà cum

video ſanguine, & reum cædis eiuſmodi perſonæ, in qua nihil poteſt deſiderari, præter immortalitatem. Vbi, vbi amabò ſufficientia inueniam in meo corpore membra, ad expiandum grauiſsimum, quo me obſtrinxi, ſcelus? ex hoc momento omnes rotas, omnia patibula, omnes nouaculas, flammaſque omnes prouoco, &, ſi verum eſt, quod dicitur, rogum ſcilicet nobis iam eſſe præparatum, eius ego apicem volo conſcendere non ligatus; volo omnium primus ignis violentiam experiri; volo, vidente cælo & terra, ſubire ignominioſam traductionem, & pœnam, vt vocant, honorariam ſuſtinere. Sanctè promitto, futurum vt anima mea à corpore ſeparata tuum ſpiritum, quocunque ierit, aſſiduè ſequatur, non ſecus atque ſi eius eſſet vmbra: quæ ſi condemnari deberet ad tenebras, eò, quòd tam diuino lumini, quale es tu, obſcuritatem induxerit, hoc ſolummodo à te ſupplex peto, ò magna Intelligentia, vt ex ſphæra claritatum, quæ tuis debentur meritis, digneris aliquando radium aliquem tuæ clementiæ ad profundas mearum miſeriarum & criminum noctes illuſtrandas, iacere.

Orationi Iſchyrionis reſpondit Hildegardis lacrymantibus oculis: quorum iacula non ita fletu erant retuſa, quo minus cor Amici altè penetrarent, & diffinderet illa quantam voce poterat vehementia & pene continuo ſui cordis ſuſpirio, hunc in modum reſpondendo: Domine, ne tuam accuſes innocentiam, ſed meam infelicitatem: quæ me tam infortunatam naſci voluit, vt illa ipſa, quæ facio bona, me criminum ream conſtituant,

ant. Si mors ab inuicem noſtras ſeparet vitas, non minimè me conſolatur, quòd eadem fortaſſis noſtros cineres ſit vnitura, & nos immortalitatem noſtrarum affectionum in immortalitate animarũ, ſimus cõſeruaturi: dulce hoc ſpectaculum cõmouit, cor Ablegati & Satellitũ ita ad manſuetudinẽ, vt, mẽte procul ab iJs peregrinãte, ſui ipſorum propè obliuiſcerentur. Interim Carol. Mag. in alto reſidebat ſolio, coopertus imperiali papilione. Vix verbis poteſt explicari, quàm ſplendidè die illo camparuerit, Regio Cæſareoque amicta ornatus, & ſua nobilitate circumdatus: quæ id decoris illi impertiebatur, quod folia roſas conſueuerunt. Clodoaldum prope ſuum thronum conſedere iuſſerat, vt, ſi fortè adhuc eius filius eſſet inter captiuos, eum poſſet recognoſcere.

Iudicium Caroli Magni.

Cum captiui iſti iuberentur accedere, vt ſeſe ſiſterent Regi, Hyacinthus, qui ſat leuiter erat vinctus (eò quòd de ipſius libertate vix dubitaretur) videns patrem ſuum, excuſſis ſubitò vinculis, ad eum cucurrit & in eius collum, præſente Carolo Magno & omnibus, qui ei aſsiſtebant, irruit: cui parens, arctè illum complexus, voce multùm confuſa dixit: quid hoc fili mi, modonè exis ex ſepulchro? atat chare fili, quàm crudelis extitiſti Patri tuo, quando in hoc ipſo nemore eum deſerens, ad Irminſul altare te ſtitiſti. Dic age, ecquis te ab inferis ſuſcitauit? Filius contrà, magna captus admiratione, mixta ingenti gaudio, Patrem aſpiciebat, ex cæco factum clarè videntem, eique viciſsim dicebat: ecquis Deorum, mi Pater, tibi viſum reſtituit? Et inter hæc vterq; tantò.

Hyacinthi liber.

video ſanguine, & reum cædis eiuſmodi perſonæ, in qua nihil poteſt deſiderari, præter immortalitatem. Vbi, vbi amabò ſufficientia inueniam in meo corpore membra, ad expiandum grauiſsimum, quo me obſtrinxi, ſcelus? ex hoc momento omnes rotas, omnia patibula, omnes nouaculas, flammaſque omnes prouoco, &, ſi verum eſt, quod dicitur, rogum ſcilicet nobis iam eſſe præparatum, eius ego apicem volo conſcendere non ligatus; volo omnium primus ignis violentiam experiri; volo, vidente cælo & terra, ſubire ignominioſam traductionem, & pœnam, vt vocant, honorariam ſuſtinere. Sanctè promitto, futurum vt anima mea à corpore ſeparata tuum ſpiritum, quocunque ierit, aſſiduè ſequatur, non ſecus atque ſi eius eſſet vmbra: quæ ſi condemnari deberet ad tenebras, eò, quòd tam diuino lumini, quale es tu, obſcuritatem induxerit, hoc ſolummodo à te ſupplex peto, ò magna Intelligentia, vt ex ſphæra claritatum, quæ tuis debentur meritis, digneris aliquando radium aliquem tuæ clementiæ ad profundas mearum miſeriarum & criminum noctes illuſtrandas, iacere.

Orationi Iſchyrionis reſpondit Hildegardis lacrymantibus oculis: quorum iacula non ita fletu erant retuſa, quo minus cor Anici altè penetrarent, & diffinderet illa quantam voce poterat vehementia & pene continuo ſui cordis ſuſpirio, hunc in modum reſpondendo: Domine, ne tuam accuſes innocentiam, ſed meam infelicitatem: quæ me tam infortunatam naſci voluit, vt illa ipſa, quæ facio bona, me criminum ream conſtituant,

ant. Si mors ab inuicem noſtras ſeparet vitas, non minimè me conſolatur, quòd eadem fortaſſis noſtros cineres ſit vnitura, & nos immortalitatem noſtrarum affectionum in immortalitate animarũ, ſimus cõſeruaturi: dulce hoc ſpectaculum cõmouit, cor Ablegati & Satellitũ ita ad manſuetudinẽ, vt, mẽte procul ab ijs peregrinãte, ſui ipſorum propè obliuiſcerentur. Interim Carol. Mag. in alto reſidebat ſolio, coopertus imperiali papilione. Vix verbis poteſt explicari, quàm ſplendidè die illo camparuerit, Regio Cæſareoque amicta ornatus, & ſua nobilitate circumdatus: quæ id decoris illi impertiebatur, quod folia roſas conſueuerunt. Clodoaldum prope ſuum thronum conſedere iuſſerat, vt, ſi fortè adhuc eius filius eſſet inter captiuos, eum poſſet recognoſcere.

Iudicium Caroli Magni.

Cum captiui iſti iuberentur accedere, vt ſeſe ſiſterent Regi, Hyacinthus, qui ſat leuiter erat vinctus (eò quòd de ipſius libertate vix dubitaretur) videns patrem ſuum, excuſſis ſubitò vinculis, ad eum cucurrit & in eius collum, præſente Carolo Magno & omnibus, qui ei aſsiſtebant, irruit: cui parens, arctè illum complexus, voce multùm confuſa dixit: quid hoc fili mi, modoné exis ex ſepulchro? atat chare fili, quàm crudelis extitiſti Patri tuo, quando in hoc ipſo nemore eum deſerens, ad Irminſul altare te ſtitiſti. Dic age, ecquis te ab inferis ſuſcitauit? Filius contrà, magna captus admiratione, mixta ingenti gaudio, Patrem aſpiciebat, ex cæco factum clarè videntem, eique viciſsim dicebat: ecquis Deorum, mi Pater, tibi viſum reſtituit? Et inter hæc vterq; tantò.

Hyacinthi liber.

tanto redundabat gaudio, vt nequaquam verſa in melius fortunæ ſuæ cauſas valerent explicare. Pater tamē nonnullas diſtillans lætitiæ lacrymas, ei reſpondit: hoc, hoc fili mi, opus eſt DEI. Et ſtatim, cùm reflexiſſet ſe geſſiſſe, vt ſolent homines mente rapti, ne dicam capti, nulla habita ratione Regis, in cuius cōſpectu iſta quippe qui agebat, ſe ad eius pedes abijciens, dixit: Sereniſsime Rex, ac Imperator ſemper Auguſte, da obſecro veniā repentinis hiſce naturæ magis, quàm rationis moribus. Cæterum, puer hic longè maiori Iure tuus eſt, quam meus: deinde verſus ad Hyacinthum, ei dixit: accede fili mi, & pedes primi Monarchæ totius mundi oſculator, cui tuam & meam hanc ſecundam debemus fortunam. Eius Deus poſthac, erit tuus, eius aræ tua erunt altaria: nec deinceps aliam, quàm ipſius habebimus Religionem. Quo dicto, puer, debita veneratione exhibita, ad terram vſque ſe proſtrauit: ſed Rex continuò iuſſit eum ſurgere, & eius apprehenſa manu, illum tradidit Epiſcopo, vt fidei myſterijs inſtitueretur.

Actio hæc diu oculos adſtantiū, bona cū gratia, & rei nouitate, interros tenuit vſq; ad tēpus ſcil. quo iuſſa eſt Hildegardis ſuo loco accedere, & in Regis conſpectum ſe dare: nam tunc fuit quando oēs, qui præſentes aderant oſtenderunt ſe teneri magnodeſiderio curioſitati permixto ſciēdi, quęnam eſſet iſta puella, & ob quod & quale crimen relicta eſſet in carceribus catenis vincta. Erat enim facie eximia, cui reliquum corpus in membris omnibus, cōprimis proportionatum reſpondebat:

debat; vultui inerant lineamenta perquàm delicata; color albus & viuidus; geſtus grauis, qui puellam illuſtri loco natam repræſentabat.

Et licet tunc eius facies multùm eſſet deiecta, oculi liuidi, capillus neglectus ac diſperſus, nec non veſtis, qua tegebatur ſimplex, tamen illa ipſa non exiguã ei cõparabant gratiam. Nam eius pulchritudo non intermittebat lucere, licet plurima ei obijcerẽtur obſtacula, vt obijci conſueuerunt ſoli tempore hyberno: qui, eſto, tunc non luceat, non ideò tamen ſol eſſe deſinit, quamuis temporis rigor nobis vigorem & ſplendorem eius radiorũ ſuffuretur. Ipſemet Rex videns talem puellam, ad talem redactam conditionem non parùm quidem fuit attonitus: ſed addens animum, propius ſtatim fecit eam accedere, quod præſtitit illa gratioſiſſimè: & cum ſe ad eius pedes abieciſſet, ſic ei locuta eſt. Sereniſsime Rex.

Oratio Hildegardis ad Regem.

Immortales gratias ago magnæ illi Prouidentiæ, quæ negotia totius mundi ſapientiſſimè adminiſtrat, quòd ex cauernis & antris leonum, tam benignè me extraxerit, vt homo inter homines, tuis aduoluta pedibus, ô glorioſiſſime totius Vniuerſi Monarcha, morerer. Fama tuæ Maieſtatis non tantum terræ ſuperficiem circumuolet glorioſa, ſed etiam præpotens loca penetrat ſubterranea: ad nos ſiquidem in denſiſſimis terræ tenebris, vinctos catenis, deliteſcentes, (in hoc ſolẽ, mundi oculum, ſuperans) pertigit; noſq́ue copioſas benedictiones, quas tuis armis Cælites impertiuerũt, edocuit. Et propterea inter tot triſtitiæ fluctus habemus aliquod lætandi argumentũ:

hoc

hoc ſcilicet, quòd oculi noſtri, antequam rebus mortalibus penitus claudantur, ſint illuſtrandi clariſsima tuarum victoriarum luce. Nec tamen ideò hæc dico, ô inuictiſsime Cæſar, quòd vitæ meæ terminos velim protendere: nam cùm ludens fortuna me in ſtatum ſummarum miſeriarũ adduxerit, non video, quid magis fauere queat meæ conditioni, quam mors; quæ cùm ſit malorũ omnium extremum remedium, dubio procul, omnes meas afflictiones, omneſque pænas eſt ſepultura. Quod autem moriens deploro, eſt vnica iſtorum duorum equitum iactura, quorum proximè, poſt res inſigni ſtrenuitate & admiranda bonitate geſtas, vidi innocentiam tantis, & tam iniquis calumnijs, opprimi; vt ſummè admirer quomodo vincula ſequi potuerint eorum virtutem, quam iure omni coronare debuerant diademata.

Verùm Sereniſsime Rex, & Imperator inuictiſsime, quandoquidem ſummum Cæli Numen te totius humani generis arbitrum conſtituit, tibíque gladium, ad truncanda monſtrorum capita, in manum dedit: nulla dubito, quin etiam bilancem ad ponderandas iuſtorũ virtutes, & iniquorum crimina dederit. Vnde tuis genibus ſupplex accidens, te rogo, vt hos, quos coram præſentes innoxios intueris, ſalues: hoc enim faciendo, parabis tibi ſeruos, idoneos tuis labaris ad omnia ea loca, quæ ſol ſuis radijs illuſtrat, deferendis. Si hanc à tua Maieſtate obtinuero gratiam moriar perlibenter. Indignam enim me exiſtimo, quæ lumen ſolis conſpiçiam, poſtquam vixi in hoc loco

fune-

funeſto, quocum vita mea prorſus inſociabilis eſſe debebat.

Rex conſtantiam iſtius puellæ coniunctam tam inſigni amori, quo in duos iſtos captiuos ferebatur, plurimum admiratus eſt: vnde curioſè inquiſiuit quid in iſta arce egiſſet, quod tantopere eius mentem affligere videbatur. Ad quod, deiectis oculis, & depicto vultu honeſtiſsimo rubore, reſpondit, ſuam vnam rogans Maieſtatem, ſecum vt diſpenſaret, ne rem vnam, quam referre permultùm horrebat, dicere cogeretur; ſed ei ſufficeret, quòd promptam & paratam ſe offerret ad omnia ſua crimina igne expianda.

At, Rege ad viuum eam premente, eique omnis generis confidentiæ argumenta præbente, faſſa eſt officio Sacerdotis in Sacrificijs Irminſul ſe functam fuiſſe; ſeque non ſolùm ſpectatricem mortis eorum hominum, qui illi immolabantur, extitiſſe, ſed etiam adiutricem & operatricem: & vlterius rogante cauſas, quibus ad hoc turpe & funeſtum miniſterium deueniſſet? retulit ſe, aduerſante ſibi fortuna, anno ſuæ ætatis ſeptimo abreptam; & deinde per varios caſus deportatam ad hoc caſtrum fuiſſe: in eoque coactam officium Veſtalis templi, eò quòd & Virgo, & ex illuſtri domo oriunda eſſet, adminiſtrare.

Clodoaldus, qui adhuc præſens aderat, intelligens ſermonem eſſe de raptu puellulæ nobili loco natæ, ſenſit antiquum ſuum vulnus fatiſcere, ſeu quod idem eſt, renouato dolore, aperiri, dum in mentem ei redijt in eadem ætate, in qua hæc tunc fuerat, ſuam fuiſſe, quando illi eſt

Digitized by Google

ſublata; & cùm annos conferret, & geſtus lineamentaq́; faciei cōſideraret, apud ſe tacitè dicebat: talis nunc eſſet chariſsima mea filia Hildegardis, ſi adhuc vitali aura frueretur. Pergens autē Carolus Magn. ſuos continuare diſcurſus, ei dixit: ſi in ea ætate, quâ dicit, ſublata fuit, poſſe eam non difficile recordari nominis, quod tunc gerebat, nec non paternæ domûs, aliorumq; ſuæ originis indiciorum. Ad quod illa reſpōdit, optimè ſe meminiſſe Patrem ſuum ex Dania fuiſſe, amplamq́; Prouinciam gubernaſſe; nomen autem eius fuiſſe Clodoaldi: ad ſe autē quod attineret, nomen Hildegardis, quod ſibi natiuitatis tempore impoſitū fuerat, etiamnum retinere. Hæc verba audiens Pater, mirum dictu eſt, quanto fluxu & refluxu cogitationum fuerit agitatus: vnde velut ex magna ecſtaſi, & mentis emotione ad ſe rediens, exclamauit: atat, inuicte Imperator, puella hæc mea eſt filia, quam perdideram, quamque quatuordecim annorū ſpatio, confectis magnis & moleſtis itineribus, quæſieram; mea inquam eſt filia. Deinde verſus ad Hyacinthum dixit: ecce, fili mi, tua ſoror. & cum hoc dixiſſet, vna cum filio accurrit in illius complexum.

Illa autem, quæ inter relatos ſermones immobilis, velut ſtatua quæpiam, permanſerat, cū vidit Patrem ſuum ad oſculum ſibi figendū accedere, timens ne aliquid fraudis & deceptionis ſubeſſet, ſe cōtinuò retraxit, cōtenta illi dixiſſe: Domine, veniā dato, meq; excuſatam habeto: nō poſſum abſq; euidentiorib. argumentis, & manifeſtioribus indicijs te Patrem meū agnoſcere, multò minus

minus pronunciare. Clodoaldus repulſã paſſus, petijt adhuc an ſecũ Araſpus eſſet? qua annuente, rogauit ille Regẽ, vt Araſpus euocaretur: q̄, nulla interiecta mora factũ eſt. Araſpus ſuum recognoſcens Dñ n, eum velut hominẽ è Cælo miſſum in terras, ſummo excepit gaudio, eiq; incredibilia exhibens amoris teſtimonia, dixit Hildegardi: Domina, accede, nil dubites, tuus.n.iſte eſt Pater, & Dñs honoratiſsimus: at illa quaſi in profundiſsima ecſtaſi cõſtituta nil loquebatur; Pater aũt eius non niſi per interrupta loquens ſuſpiria, (quæ ex eius corde velut ex fornace amoris erũpebant) arctè eam cõplectebatur ſuiſq; lacrymis irrorabat. Oẽs quotquot illi aderant ſpectaculo, vel rapti à ſenſibus, vel prorſus infaſcinati videbantur. Ipſemet Rex, vix ſibi tẽperans à lacrymis, ad ſe euocauit Hildegardẽ, & manu apprehẽſam interrogauit, an non poſthac conſtituiſſet impijs Irminſul ſacrificijs nuncium remittere, & Patris ſui, qui erat Chriſtianus, religionẽ amplecti? Reſpondit illa, non centies, ſed millies cẽties ſuperſtitionem illius Lycanthropi, Pontificẽ intelligebat, deteſtatã fuiſſe; nunc autem ſe toto corde, totiſque animi viribus cupere Chriſtianorum ſacris initiari. Tunc Rex vertens ſe ad Araſpum eum interrogauit, quomodo puella hæc rapta fuiſſet? qui dixit, ea ludente in ſylua quadam luſu admodum puerili, magno numero gryphos (*Interpres. puto ego cum ijs, qui locum hunc, & locutionem penſiculatius examinarunt, fuiſſe homines raptores ſeu prædones*) per ſyluam oberrantes, aduolaſſe, ac vno temporis momento eam circumdediſſe, ſat manifeſtis argumentis oſtendentes, ſe illam

velle rapere: verùm ſe in illa tempeſtate conſtitutum cùm eius cuſtodia, velut pretioſi alicuius nauigij, quo oēs Patris theſauri vehebantur, ſibi eſſet cōmiſſa, illam pro viribus defendiſſe vſquedum tam multa in multis membris ſibi inflicta fuiſſent vulnera, vt amplius eam defendere nequiret, ac proinde tunc ſe vnà cum illa ab eiſdem beſtijs ſublatum fuiſſe. Adiunxit eam in miſerabili illo loco maiorib. in languoribus & anguſtijs vitam duxiſſe, quàm quiſquam cogitando ſibi poſſet imaginari, expectantē diem illum ſummis votis exoptatū, qui debebat eius vincula diſrumpere, & tandem aliquando lacrymis & vitæ finem imponere.

Ergo filia mea, inquit Rex, dies iſte hodiernus, quē tantoperè expectaſti, pro te illuxit felix: ſed, dic age, cur in abominabilē illum ſubterraneum carcerē eras detruſa? quid catenæ illæ & rogus, quorū paulò ante meminiſti, ſibi volebant? Generoſa puella, quaſi bonæ ſuæ fortunę oblita, vt aliis, ac in primis charo ſuo Iſchyrioni, fidele præſtaret obſequium, totum id, quod actū fuerat, tam in perſona Hyacinthi, quā in pugna cū vrſis & leonibus inita à ſtrenuis duobus, qui præſentes aderant, equitibus, quorum res, præclarè geſtas pro virib. extollebat, ſingulari cū gratia cœpit enarrare. Adiunxit deinde ſuū conſilium, quod inierat ad dictos equites liberandos, quid itē in ipſo liberationis actu aduerſum ſibi cōtigerat; ſed nec ſuū tacuit ergaſtulum, ſicut nec iudicium cōtra ſe latum, ſuæq; fortunæ deſperationē. Hic Pater iterū eam complexus, ac diu eius collo inhærens copioſas fudit lacrymas, ſic ei loquens: eheu! infelix

hactenus filia, quanta nunc felicitate faucibus luporum erepta es, & quò, tandē, ſeclusâ nō minus felice, quā potente Regis protectione, deueniſti?

Verū, Hildegardis inter inexpectatas iſtas mutationes, & vitæ melioris viciſsitudines, ſui ſemper Iſchyrionis memor, premebat Carol. Magnū, eiq́ dicebat: Sereniſsime Rex, tamdiu Pater meus dimidiā tantùm mei partem poſsidebit, quamdiu generoſus hic Eques (Iſchyrionē oſtendebat) catenis vinctus permanſerit. Quare, quod tua Maieſtas felici cœpit omine, amabò, ſi lubet, ad finem perducat. Tunc Rex iuſsit eum cum Fauſtino accedere, mandans vt è veſtigio catenis ſoluerētur. *Recognitio Iſchyrionis.*

Iſchyrion vidēs ſe vinculis liberatū, manum cōtinuò vtramq; tetēdit in cælū, & dixit: nunc, nunc aduenit hora, ô Cæli, quâ vobis gratias agā, quòd adhuc ſemel manus habeā liberas, vt vitam hanc, quā vobis acceptam refero, in conflictu quopiam reddam: ſi tamen beneficium hoc à vobis obtinere meruero. Minimū, vt animaduertere videor, euaſimus cruenta ſacrificia, in quibus nullo prorſus generoſæ mortis ſigno edito, ponenda erat vita, at, nunc, ſi profundenda eſt, in glorioſa aliqua occaſione ſupra Regum theatra profundemus.

Carolus Magn. audiens cordatū iſtum Equitē, rarâ animoſitate referentē iuuenem aquilā, & tāta cū generoſitate loquentē, eius inquiſiuit nomen, progeniē, profeſsionē, curſum & progreſſum vitæ. Hic, delato Regi debito honore, ſic reſpondit.

Sereniſsime Rex, obſecro, tua Maieſtas me habeat excuſatum, ſi iſti tuæ interrogationi minus, quàm par eſſet, & quàm vellem, reſpondero. For-

tuna enim me hominem oppidò imperfectum naſci fecit, ſine Patre, ſine Matre, ſine cõſanguineis, ſine affinitate, ſine Patria, ſine domo, ſine denique vllis opibus: proijciens me velut aliquem maris abortiuum, qui vi ventorum ac tempeſtatum propellitur ad ignotum aliquod littus: totum, quod ſcire potui de mea origine eſt, quòd in tam tenella ætate ſublatus fuerim, vt neque mei, neq; meorum vllius memoriam recolere valeam.

Hoc ſolùm mihi relatum eſt, me neſcio ex qua terrarum regione à piratis ſublatum fuiſſe: qui poſtea ad vnum quempiã Africæ portum appellentes, in eo anchoras iecerunt. Sed adeò ruditer excepti fuerunt, vt nauem vnam, in qua relictus inuentus ſum, in aduerſariorum poteſtate relinquere coacti fuerint. Cùm autem nullus ad partem prædæ capiendam non curreret, etiam opiliones, haud poſtremi, accurrerunt; inter quos vnus in me oculos conijciens, ſiue motus commiſeratione, ſiue quòd exiſtimarit me eſſe ex illuſtri aliqua familia, à qua, aliquando me ei reſtituendo, poſſe ſperare aliquam pecuniæ ſummam, me inde acceptum in domum ſuam duxit, cumq; filio ſuo Fauſtino, quem hic præſentem intueris, educauit. Creuimus ambo ſub eius alis & prouidentia, velut duæ iuuenes vlmi, plantatæ ſub fauente Cælo *ſecus aquarum decurſus*. Et quamuis nulla alia toto tempore, quo apud illum fui, mihi inciderit cogitatio, quàm quòd verè eſſem filius Thoæ, Patris mei nutritij: tamẽ agens inter ruſticellos meæ ſortis pueros, præterquam quòd ſemper eram Princeps, mihi ſummæ erat voluptati bella excitare,

tare, & ciere prælia: in quibus fere ſemper palmam referebã. Quo factum eſt, vt nomen Iſchyrionis, quod ſonat ſtrenuitatem & gloriam, mihi attributum fuerit.

Opilio Thoas, qui me æque tenerè, atque proprium filium amabat, aduertens in me duo, I^m. me non eſſe natum ad vitam in rurali domo perpetuò traducendam; II^m. me iam pertigiſſe ad grandiorem & vegetiorem ætatem, in partem me traxit, & quæ ſequuntur mihi dixit.

Chare Iſchyrion, oportet me hodie tibi ſecretũ quoddã patefacere, ꝙ hactenus te latere volui, timens ne magnitudo tui animi te in tuis annis iunioribus perderet: at nunc cùm prouectiori ſis ætate, & robore corporis ſolidiori, te filiũ meũ nõ eſſe, volo edocere. Scito igitur te inuentum à me in vna piratarũ naue, in qua exiſtens, ex nonnullis remigibus ſubobſcurè percepi, te ex certo quodã portu ſublatum eſſe, & Patrẽ tuũ in locis illis, ex quib. acceptus es, magnum eſſe Principẽ: nihil autem aliud vnquã de te, tuiſq; natalibus reſcire potui. Tua forſitan aliquando bona fortuna plus aliquid tibi declarabit. Hoc ſolùm te nunc rogo, vt te, prout tuã decet perſonã, quæ, quamdiu vixero, ſemper erit gratiſsima, geras. Et ſi aliquando ad fortunam te dignam pertigeris, velim te meminiſſe pauperis Patris tui nutritij: quod tamen fili mi, non ideò dico, quòd aliquid à te, & ex tuis poſſeſſionibus petam, aut prætendam: DEVS enim tantum mihi dedit, quantum ſatis eſt ad viuendum tenuiter iuxta meam conditionem; ſed, quòd vehementer me lætaturùm ſciam, ſi

aliquam memoriam mei, vt hominis, qui ſemper ſummè deſiderauit te honeſtè educare, apud te reſidere intellexero. Rogo te etiam, vt ſi quid aliquando vitæ tuæ ſuſtentandæ defuit, paupertatẽ meam excuſatam habere velis; Cælites, vt vides, nos plenos bonę voluntatis, ſed exiguam fortunã habentes naſci voluerunt. Narratio hæc haud incaſſum cecidit in terrã, lacrymas ſiquidẽ mihi & copioſas excuſsit, & cor ita profundè penetrauit, vt intra paucos dies decreuerim mundũ peragrare, & natiuitatis meæ locũ pro viribus indagare. Verũ, cùm Fauſtinus animi mei propoſitũ reſciſſet, per id, quod mihi chariſsimũ eſſet, me rogauit, ſe vt nõ derelinquerẽ, ſed ſecundæ & aduerſæ fortunæ participẽ facerẽ. Vnde eius Patrem, mihi vt eum ſociũ adiungeret, oraui, &, à Matre, licet multùm contradicente, exoraui. Poſt hoc nõ aliter, atq; vna eademq; anima in duobus corporibus diuiſa exiſtens, ſemper viximus. Cùm enim noſtra amicitia ex mutua quadam bonitate eſſet nata, & in morum humorumq; ſimilitudine fundata, familiaritate cõtinuâ ita coaluit, eoq; firmitatis deuenit, vt neque mors, neq; infernus eam poſſet diſſoluere. Bona & mala nobis ſemper fuere communia; quotidie mutuis obſequijs nos nobis deuincientes. Nihil vnquam fuit inter nos, quod vnus ſciret, & alter ignoraret. Corda & pectora habuimus ſemper tranſparentia.

Vera amicitiæ leges.

Diſsimulatio & contradictio tam procul abfuêre à ſinceritate amoris noſtri, quàm ſolent ſerpentes à vineis florẽtibus. Sed nec à tot annis, quibus vitã ſimul traduximus, vel minima vnquã

in no-

in noſtris affectibus & amoris conſuetudine, aut lenitatis alicuius, aut faſtidij, aut denique remisſionis impreſsio animaduerſa eſt: ſed eodē ſemper charitatis ardore nos inuicem ita dileximus, ac ſi quotidie amicitiam, eidem nunquam finem impoſituri, inchoaremus.

Poſtquam nonnullas Africæ regiones peragrauimus, tranſiuimus in Aſiam; & inde in Europam. Vbi contra Sarracenos militauimus, paſsimque complura monſtra expugnauimus, piratas item & graſſatores cōpeſcuimus, ſed & efferatas beſtias non paucas confecimus; conculcantes vbique quamplurimas humani generis peſtes, quæ ad aliud natæ non videbantur, quàm ad infeſtandos mortales. Et tandem hic catenis conſtricti, interueniente nequiſsima proditione, in ergaſtulis detenti ſumus: vti tua Maieſtas ex narrationibus iam ſibi factis intelligere potuit. Ad me quod attinet, firmiſsimè credo bonam fortunam voluiſſe nos videre tuis genibus aduolutos; credo etiam nos hic locum inuenturos, quem fruſtrà in omnibus alijs mundi partibus quæreremus.

Cùm abundè Regi narratione iſta factum eſſet ſatis, petijt, an non, eo tempore, quo inuentus fuit in naui Piratarum, aliquid reſtitutū fuerit, iudiciumvé aliquod etiamnum extet, quo poſſet ipſe aliquādo in notitiam ſuæ originis deuenire? Hoc audito, extraxit Iſchyrion paruam dactylothecam, quæ in eius collo, dum ex naui acceptus eſt, inuenta, & à Thoa fideliter ei conſeruata, illique ab eo diſcedenti reddita fuit. Rex cùm in manus eam accepiſſet, vt quid in ea cōtineretur,

cognoſceret, vidit complures ex ſibi adſtátibus, curioſitate ductos, capita mouere, oculosque in illam conijcere: inter quos non poſtremus erat Clodoaldus, qui in corde ſuo tacitè dicebat: quid ſi fata vellent hodie omnes meas iacturas compéſare ac reparare? equidé bona aliquando fortuna multis ac probis pediſſequis comitata ęquè venit atque aduerſa improbis. DEVS, quem nunc agnoſco, quemque in perpetuum Numen recipio, plus poteſt, ſcio, quàm deſiderare valeam. Cum in hac hæreret cogitatione, & quantùm poſſet Regi appropinquaret, ecce, inquit Carolus Magnus, ſat pretioſa dactylotheca; in qua inter alia inuenio pretioſum cöprimis achatem gemmã, quæ varios repræſentat colores. In ea duo ſunt pila in crucis modũ, ſeu decuſſatim, poſita. Audito hoc verbo, Clodoaldus altum trahens ſuſpirium, dixit Regi: Sereniſsime Rex, ea ſunt arma & inſignia, quæ ab omni hominũ memoria ſemper fuerũt domus noſtræ propria. Hoc dicto, propter vehementiã affectuum è corde erumpétium, loquela ei fuit intercepta: vox tamen adhuc fortiter luctans cótra præſentis paſſionis obſtacula, vt hæc effaretur, obtinuit? mi DEVS, quid hæc ſibi volũt, cor meũ armis ſpei ex parte vna, & ex altera timoris, ita nunc oppugnatur, vt an adhuc ſit cor, necné, penitus ignoret. Lacrymæ paululũ ceſſate, & vt hũc achatem contempler, finite. Cùm ei Rex illũ videndum exhibuiſſet, longo temporis ſpatio, priuatus voce, ſimilior ſtatuæ marmoreæ, quàm homini permanſit. Vbi autem aliquantulum deperditam loquendi facultaté recuperaſſe, hæc, voce

admo-

admodum debili & confuſa, effatus eſt: dactylotheca hæc eſt ex mea domo, eſt hic filius meus, & ego illius Pater. Iſchyrion, Hildegardis, & Hiacynthus, qui ex parte altera adſtabant ſpectaculo, non aliter hærebant attoniti, quàm ſi in cælum momento temporis fuiſſent tranſlati; in tota autem illa hominum, qui præſentes aderant, multitudine admirandum fuit ſilentium. Poſtquam Clodoaldus collapſas vires reſumpſiſſet; maioremque loquendi facilitatem recepiſſet, ſic Regi locutus eſt.

Res prorſus eſt admiranda, quòd infantes maſculi noſtra ex Proſapia orti, maximè autem primogeniti, in ſuis corporibus gerant ſimilia his pila, naturali charactere inſculpta. Et ſi huius rei euidentiam quæris, ô Auguſtiſſime Imperator, en ea, quæ gero ſuper brachium, expreſſa. Scio autem filium meum ea geſtaſſe ſupra dextrum humerum, quem, ſi bona Maieſtatis tuæ venia diſcooperire liceat, vellem ab omnibus, qui adſunt ea videri. Quod, annuente Imperatore, promptiſſimè factum eſt. Vnde familiarem olim notam humero inſculptam recognoſcens Pater in filio, ore obturato, ac vtriſque labris veluti bitumine ſimul iunctis, ſupra filij humerum (hæc verba magno conamine foras extrudens) eſt filius meus Clodoaldus, concidit. Eodem tempore Hildegardis & Hiacynthus in Iſchyrionem irruentes, omnes ſimul arctiſſimis amplexibus, profundiſſimis ſuſpirijs, copioſiſſimisque, ex abundante

lætitia

lætitia ortis lacrymis loquebantur, non valentes vel vnicum vocale verbum in medium proferre; ſed & ipſi Regi facultas loquendi pene eripiebatur: ita admiratione afficiebatur! vnde ſublatis in cælum oculis, exclamauit: iſta, iſta ſunt ſecreta diuinæ prouidentiæ iudicia!

Tandem fortunatus hic Pater deſinens eſſe extaticus dixit ſuo Clodoaldo ô fili, ô dulce oculorum meorum lumen, tempus ergo aduenit, quo, diſsipata tot annorum eclipſi, te eximio lumine illuſtratum coram præſentem licet intueri: te ſæui maris fluctibus abſorptum eſſe, amplius apud me nullum erat dubium. Vnde ad eius littus tibi extruxeram tumulum, qui erat monumentum meæ infelicitatis, titulusque dolorum ac deſideriorum. Ecquis enunciabit quoties illum meis lacrymis perfuderim, quoties floribus conſperſerim? quin & circa eundem cupreſſos plantaram, aliasque arbores, in quarum corticibus meas querelas & infortunia inſcripſeram. Volupe enim mihi erat videre in huiuſmodi plantis inſculptos characteres, quæ eadem menſura creſcebant qua ipſæ arbores. Quando tempeſtatem aliquam exoriri animaduertebam, Nymphis dicebam: ſedate, ſedate, obſecro, ventos, & procellas compeſcite: facite, vt quieto apud vos perfruatur hoſpitio paruulus meus Clodoaldus. Scio, ſcio equidem eum ſepulchro carere, ſed, amabò, aulæum quodpiam ex cryſtallinis veſtris vndis, ei præparate. Mihi videbatur ipſe Oceanus mea deſideria intelligere, nec non lætari, quòd meo ploratu augeretur; videbantur & ipſæ

rupes

rupes meos addiſcere ac imbibere dolores, vt tranſeuntibus nauibus & nautis eos enarrarent. At, modò vbi ſunt mea faſtidia, vbi pœnæ, vbi cruciatus, vbi tormenta? ô chara progenies, tu hodie primùm naſceris, hodie primò tuus incipio eſſe Pater. Id quod Iſchyrion, qui hucuſque in magna extaſi, velut in profundo aliquo mari, ſubmerſus fuerat, reſpondit.

Mi amantiſsime, honoratiſsimeque Pater, quãtis hodie emo laboribus ius pulchro & ſuaui hoc te compellandi nomine? & per quot ambages & errores, per quot curſus & recurſus, tandem, fauentibus ſuperis, rectam hodie reperi viam! ſed id, aut nihil aut admodum parum eſt. Scito me nunquam quieturum, priuſquam arbitrer me exiſtimationi & opinioni, quam de me habere te coram ipſo Rege, totaque eius curia me agnoſcendo filium, oſtendiſti ſatisfeciſſe. Deinde irruens in Hildegardis ſororis, fratriſque Hiacynthi colla, tantis intimi cordis dilatationibus, & fraterni amoris profuſionibus eos complexus eſt, vt eæ viderentur breui diſtillaturæ tres illas animas, effecturæque, vt in purum & putum amorem euaporarent. Inter cætera autẽ, quæ ex eorum collo dependens commemorabat, illud erat non poſtremum: O mea viſcera, quàm parum abfuit, quin omnium trium noſtrum ſanguine Irminſul altare conſperſum fuerit! Gratias quas poſſumus, agamus Chriſtianorũ DEO, qui victrice huius potentiſsimi Monarchę manu, ab inferis quò iam iam eramus præcipitandi, benigniſsimè nos eripuit.

Rebus

Rebus in hiſce terminis conſtitutis, Pater cum vniuerſa ſua recens recuperata prole, genibus Caroli Magni denuo aduolutus, ſic ei locutus eſt: Sereniſſime Rex, inuictiſſimeque Imperator, hæc eſt familia, quam tu hodie creaſti, tribuens ei, præter eſſe, omnes, quæ illud concomitantur, perfectiones. Si Pater, ſi filij digni à te cenſebuntur, qui tua aliquando geſtent ſigna, ne dubites, ab vno polo ad alium, velut Aquilæ, volabunt, & nihil vnquam hoc in mundo honori ſibi ducent, quam tuis accuratiſſimè obtemperare mandatis. Reſpondit Rex, hominem aliud non eſſe, quàm exiguam aquæ guttulam venulamvé; DEVM autem tum eſſentiarum, tum omnium aliorum bonorum eſſe ſcaturiginem, cui vni omnis omnino, & quidem in omnes æternitates, honor debeatur. Et hæc dicens, iuſſit eos Crucem adorare; omneſque, quotquot aderant inuitauit ad omnimodam idolorum demolitionem & deſtructionem. Quod omnes incredibili promptitudine & alacritate præſtiterunt: quibus ita fauerunt ipſi cæli, vt immiſſæ diuinitus (prout refert hiſtoria) miraculoſæ Cruces, in veſtimentis eorum, qui eximio iſti operi manus ſuas conſecrarunt, viſæ fuerint.

[*Nota Interpretis*, intellige, Lector, duo: Primò tempus quo cœpit in ſuo Regno aliquas ciuitates, quas tenebant Caluiniſtæ, ijs eripere, vt Rupella.

Secundò tempus item, quo id perfecit circa annum

annum vigeſimum nonum ſupra milleſimum ſexcenteſimum.]

Hoc modo DEVS opera, quæ ad gloriam ſui nominis ſuſcipiuntur, ad felicem exitum perducere conſueuit. Quo etiam nomine ſanctam eius laudo prouidentiam, quòd, cùm huic paruo labori initium dederim, circa principium victoriarũ, quas magnus noſter Monarcha de ſuis rebellib. ſubditis reportauit, in earundem victoriarum optato fine, eidem meo labori, me finem imponere contingat.

Eius itinera, quæ primò ſemper nimis longa ſunt ijs, qui Regia eius præſentia magnopere frui deſiderant, ijſdem poſtea conſideratis maximis operib. quæ DEVS tam breui tempore per victorioſas eius manus, vt operatrices rerum admirabilium, efficere ſtatuit, per breuia videntur.

En ab Alpibus perpetua niue albeſcentibus, glacieque rigentibus; & ſimul ab ardentibus, qui in extremitatibus eius Regni reperiuntur, calorib. reuertitur, ſimilis magnis montibus, qui eodem tempore rigent hyemali frigore, & æſtiuo vruntur calore; & ſi tam inuincibilem oſtendit in ſuis geſtis, quã eſt inſatigabilis in ſuis laborib⁹.

Antiquus ille Timotheus, cui fortuna nõnullas parui momenti ciuitates in manus tradidit, taceatur, poſtquã prępotens manus DEI exercituũ integras Prouincias & innumeros populos, quaſi vno temporis momento induxit in aurea retia amoris & clementiæ Regis, redeuntque ad ſuam obedientiam ciuitates & munitiones rebellium: qui tandem aliquando

ſuæ

ſuæ tranquillitati oculos aperuerunt, poſteaquam ſcilicet tot iteratis vicibus eos rationi clauſerant.

Magnus hic Rex, deſiderijs pacificus, genio autem bellicoſus, factus pacificator Europæ, ſatis oſtendit ſe non alio nomine bellum amare, quàm qua eſt inſtrumentum pacis conſtituendæ; ſuaſque intentiones non in alium dirigere ſcopum, quàm ad exſtruendum ſuis ſubditis templum tranquillitatis, toties eius ſudoribus coagmentatum, & armis victricibus ad faſtigium perductum.

Finio hic libenter, ſilens tum caſtæ Hildegardis, tum eius fratrum exitus: nolo enim extendere hanc hiſtoriam vltra terminos, quos animo, hoc opus ſuſcipiens, mihi præfixi.

Concluſio, & inſtructiones totius hiſtoriæ.

Imponens tamen ei finem non poſſum non cõfiteri meo Lectori, quòd agnitiones iſtæ ac recognitiones tam inſperatæ in anima mea maiores procreent ſuauitates, quàm vt vllis verbis eos explicare valeã. Repræſentãt enim mihi gaudia vltimi illius diei, diei perpetui, qui nunquam occumbet; diei, qui ab impijs irridetur, & à gentilibus Philoſophis impugnatur; diei inquam, qui, vt ab infidelibus minime ſperatur; ita à fidelibus & ſperatur & expectatur quam maximè, quando longa ſæculorum vetuſtas per ignem renouabitur; quando omnia elementa purificabuntur; quando magna hæc naturæ domus ſe ex vltimo proripiens incendio, velut ex ardenti fornace, illuſtrior ſplendidiorque oculis ſui factoris apparebit, quàm vnquam aliàs.

Quale

Quale erit ſpectaculum videre Saluatorem, tot votis expetitum expectatumque venientem curru ex lucidiſsimis nubibus cæli fabricato, comitatum tot ex omni gradu & ordine ſanctis tum hominibus, tum Angelis, vt de Imperatoribus, & Tyrannis, qui paſsim in omnibus mundi partibus eius fideliſsimos quoſque ſeruos perſecuti ſunt, vindictam ſumat? Qualis & quanta tunc erit Angelorum lętitia, ſuſcitatorum corporum glo- ria? Qualis & ſupernæ illius ciuitatis pax & Regnum electorum?

Tunc Parentes, qui in vita DEI gratiæ cooperati ſunt, adſcripti iam catalogo Beatorum, ſobolem ſuam tam deſideratam, & tot votis expetitam amplectentur: non vt Clodoaldus ſuam iterum deſiderandam & cum dolore exoptandam, ſed ad videndos ſemper de morte triumphantes in glorioſa immortalitate, quæ omnem cruciatũ & pœnam abſorbebit à vita, vt nos in gloria regnemus & illa in nobis regnet ſempiterna.

Tunc hoc erit, quando caſtè amantes, qui in amicitijs coniugialibus, tam perfectè ſe adamarunt, & qui tam acerbis generibus mortis abinuicem ſeparati fuerunt, vt parum abfuerit, quin oculos vna cum corde ſupra tumulos charæ patriæ diſtillauerint, recuperabunt, quod perdiderant; & eos, quos multùm in vita dilexerant, totos quantos radijs inæſtimabilis gloriæ coopertos, læti coràm præſentes intuebuntur. Quales ibi complexus? quales cordium profuſiones? quales ſermones? quales mentis diſcurſus! quod totum id, quod terræ ambitu continetur, quodque ocu-

Digitized by Google

lis noſtris tunc obijcietur, quando ſupra ingentia illa aſtrorum, luminum, & Intelligentiarum templa conſidebimus, minus & indignius nobis apparebit quam vt cor, quod pro æternitate creatum eſt, occupare debuerit.

Ad Illuſtriſſimam Comitem S. Pauli.

Ibi, ibi, ô magno Comes, vt ſpero, filium tam amatum, & ſuo merito amatum videbimus; ibi ſuſpiciemus egregium Ducem de Fronſſac prodeuntem de tumulo, velut de odorifero Phœnicis rogo, de curru gloriæ, deque immortalitatis ara. Sanguis ille ex Illuſtriſsima Aurelianſi Domo, qui in eius venis fluebat; radij maieſtatis, quos ſpiritus cæleſtis ſupra eius vultum imprimebat; gratia loquendi, quæ ex eius labijs magna cum audientium voluptate defluebat; magnanimitas & ſtrenuitas, quæ eius cor poſsidebant; pietas, quæ omnes animæ eius potentias occupabat; omnia denique DEI dona, quibus erat exornatus, longè erunt pulchriora, quàm erant in vita hac: eorum ſiquidem pulchritudo nunquam amplius eſt peritura. Mons quidem Gelboë rapuit nobis Ionatham adhuc mortalem; at montes Sion eum nobis reddent immortalem. Ille ſuper terram animi magnitudinem & fidelitatem ſui ſanguinis characteribus ſignatam poſt ſe dereliquit, immolans ſe volens ac lubens pro DEI gloria, pro Regis ſeruitio, & pro totius Franciæ tranquillitate: & in ea quidem ætate, in qua mori ſolent ij, qui maximum ſui deſiderium apud ſuos relinquunt:

ſed

ſed eo modo mortuus eſt , quo ſolùm glorioſiores mori conſueuerunt. Magno illo Reſurrectionis die ſupra omnes cælorum altitudines conſtitutus, eximijs luminibus quæ ex eius egredientur corpore, excellentem animæ ſuæ pulchritudinem deſignabit; comparebitque ille ipſe Dux ante noſtros oculos longè venuſtior & illuſtrior, quàm pulcherrima quæque cælorum ſidera. Sed & nunc ô eximia Comes, attolle oculos ſpei & fidei ſupra id omne, quod morti & interitui obnoxium eſt, ad eum videndum iam in ſtatu immortalitatis cum Beatis triumphantem. Tua gaudia per fidei firmitatem anticipa: ſine, vt plorent Matres debiles & puſillanimes (quæ credunt ſe vno in tumulo quicquid pretioſi habebant, ſepeliuiſſe) & nil dubitans de beata filij vita, arripe palmas, collige lilia, ad ſertum eius imagini contexendum, cineresque honorandos, ſæpe ſæpius vſurpando nobile illud dictum, quod dignissimè os tuum in ardentiori & acerbiori dolore tuorum vulnerum replet: *dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.*

Conſeruemus nos quàm poſſumus puriſsimos, pro magno illo die: aſpiremus ad illam inter ardores tot miſeriarum, anticipemus inter tot tenebras eius claritatis amplitudinem, & adhuc conſtituti inter innumeras aduerſitates, oculo mixto lacrymis & amori eum reſpiciamus.

Et, ne animo vacuo, Lector mi, ab his narrationibus abſcedas, accipe tria eximia documenta, quibus tota hæc terminatur Hiſtoria.

I.^m^ erit, occaſione harum recognitionum, & euentuum Chriſtianorum, Prouidentiam Diuinam profundiſsima humilitate, & omni veneratione adorare; velle per omne vitæ ſpatium ab eadem dependere, & plenam ſui directionem poſt hac eidem committere, necnon & ſemel commiſſam relinquere; vanitatem eorum, qui aſſerere voluerunt Hiſtoriam hanc, Aſtrorum eſſe effectum, penitus condemnare.

Horoſcopus Etiam hodie non deſunt in Mundo complura ingenia ſiniſtrè informata, quæ nulli ſibi ducunt religioni, magnas huiuſmodi rerum viciſſitudines cælorum conſtellationibus attribuere: ipſaque aſtra velut diſtributores omnium totius Mundi fortunarum & euentuum conſtituere. Diſcurſus hi tolerari poterant in Gentilibus, qui cùm, velut cæci, ſub iugo ſeruitutis dæmonum nati eſſent, quid mirum, ſi nihil videbant? at Chriſtianos tanto in lumine, tantaque Præceptorum diuinorum elucidatione adeò cæcutire, vt ſepulchra gentilium ſcrutentur, vt inde effodiant ſuperſtitioſas obſeruationes, phantaſias pictorum, & meriſsimas Chimæras, quis prudens, & veritatis amans, ferat?

Non eſt mei inſtituti in hoc opere multùm pugnare & diſceptare contra ſimiles opiniones: neque extendere me ad enucleandum Hieremiæ oraculum, qui dicit, fideles non debere

timere

timere aſtra & ſigna de cælo inſtar Gentilium, quaſi ea haberent aliquam vim, curam, &, vt clarius dicam intendentiam ſupra noſtras vitas, & fortunas. Eius ſunt verba: *A ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gentes.* Nolo etiam euoluere Concilia Bracarenſe, & Toletanum contra Priſcillianiſtas; neque etiam mutuare arma ex S. Baſilio homil. 6. ſup. Geneſim; neque ex S. Chryſoſtomo, ſicut nec S. Gregorio in Matthæum, multò minus ex Euſebio lib. de præp. Euangelica, & ex innumeris alijs; ſed dico ſolùm cum S. Ambroſio pro inſtructione eorum, qui has lineas lecturi ſunt, Aſtrologiam quorundam ingeniorum male feriatorum, & telam aranearum eſſe duas res eiuſdē generis, quę muſcis capiendis ſunt propriæ, ſi in eas incidant, non autem irretiendis animabus in ſinceritate antiquæ fidei ritè fundatis. c.10. v.2. *Hex.lib.4. c.4. Sapiētia Chaldaorū tela araneæ, in quam ſi culex inciderit, exuere ſe non poteſt.*

Tum ij, qui indubitanter ex factis ſibi horoſcopis vanas promittunt fortunas, tum ij, qui, faciendo alijs, eos decipiendo tam ſunt ratione deſtituti, quàm ad maximum fidei languorem diſpoſiti. Et huius rei clara & idonea in promptu ſunt argumenta. Nam in primis omnes, qui Profeſsionem faciunt condendi & conſtituendi huiuſmodi horoſcopos, tantùm de œconomia cæleſti, & de ſignificationibus, quas iactitant, complurium ſtellarum, intelligunt, quantum nos intelligimus homines in Canadia natos & educatos, inter ſe loquentes: quod inde manifeſtum ſit, quia deprehendimus doctiſsimos eorum Magiſtros ferè in perpetuis verſari

contradictionibus. Nec id ſolùm in punctis & articulis indifferentibus, ſed vel maximè in rebus ſubſtantialibus, & eorum ſcientiæ principijs eſſentialibus: vt apparet in ſcriptis Ptolomæi, Albumazar, Abenezra, Cardani, & aliorum ijs recentiorum. Quo fit, vt contradictiones iſtæ omnem tollant experientiam; quæ tamen experientia vnicum eſt fundamentum totius Aſtrologiæ iudiciariæ.

Magna illa, clariſsimoque lumine conſpicua cælorum templa, modò DEO & Angelis eius reſerata ſunt: ſupremus autem rerum omnium Creator byſſum ex nocte & tenebris confectam ſuper ea tetendit, vt noſtræ curioſitati velum obijceret. Ecquî ergo poteſt homo, qui ne minimæ quidem herbæ germen, aut beſtiolæ, quæ repit ſuper terram, perfectè valet naturam cognoſcere, ſe iactare non ſolùm curſus & dimenſiones Aſtrorum, ſed & ſecretiſsimas quasque eorum impreſsiones & influentias, quas habere poſſunt ſuper huius inferioris Mundi obiecta, ſcire?

Deinde, eſto haberent Aſtra vim aliquam in corpora, in naturas & inclinationes mortalium, at vnde habere poſſent imperium in animam, quæ prorſus immaterialis creata eſt ad imaginem DEI, quæque inſignitur in ſcriptura nomine gloriæ? quam & Tertullianus non veretur nominare curam diuini ingenij, magnæ molitionis reginam, & Chriſti ſororem. Ptolomæus ingenioſiſsimus doctiſsimusque inter illos, faſſus eſt ſapientes dominari Aſtris, minimè con-

Geneſ. 44. v. 6. ſecũdum Hebr. & Tertull. de Reſur. carnis.

conſentaneum rationi exiſtimās adſcribere corporibus cæleſtib. felices vitæ ſucceſſus, eos ſuffurando Prouidentiæ diuinę effectibus. Tertiò, pone nos ab Aſtris gubernari, & iuxta diuerſos eorum aſpectus poſſe conijci res, quæ hominibus euenturæ ſunt, inferrique v.g. quod talis infans, natus ſub tali planetarum conſtitutione, talem olim habuerit fortunam & ſucceſſum; ideoque alterum, qui ſua in natiuitate ijſdem inhæſerit veſtigijs, eandē habiturum fortunam: peto, quis ſit modus ſtabiliendi tale pronuntiatum, ſeu axioma, & conſtituendi ſcientiam aliquam in tanta rerum incertitudine, ſiquidem ſitus iſtorum Aſtrorum nunquam redit ad idem punctum; vel, ſi redit, id fit in reuolutione ſæculorum propè innumerabilium, quam nemo vnquam vidit, ſed nec viſurus eſt?

Si dicas planetas intra ſat paucos annos curſum ſuum peragere, quò fit, vt facilius is obſeruetur: at quis audebit affirmare ſolos hos planetas habere partem in mea natiuitate, tot interim alijs ſtellis incognitis in cælo nihil agentibus, nullumque prorſus effectum in rebus mortalium producentibus? & hoc eſt, quod Seneca exprobrat Aſtrologis ſui temporis. Remittunt nos, inquit, ad exiguum ſtellarum numerum, nec aduertunt omnia, quæ ſunt ſupra capita noſtra, vaſtiſsima cæleſtis regionis corpora habere vim efficiendi ingētes mutationes. Tandē quis neſcit, iuxta rationem S. Auguſtini, motū cæli tam eſſe impetuoſum, vt qui in magno illo codice vellet ſcribere ſecundā hominis fortunā, idem faceret,

Digitized by Google

quod is, qui in aqua ſculperet characteres? referuntur nonnullæ prædictiones Aſtrologorum, quas veras fuiſſe effectus probauit: nihil id habet admirabilitatis: cùm enim earum veritatum numerus adeò ſit exiguus, non poteſt non eſſe numeratu perfacilis. Verùm, ſi quis poterit fallacias & impoſturas earum enumerare, eaſdem poterit & arenæ maris adæquare.

Quæro porrò, ſi tot ingenia, quæ faciunt profeſsionem vertendi, & inuertendi nomina, & ex ijs faciendi anagrammata, ſubinde caſu deduxerint ex tranſpoſitione litterarum alicuius nominis, vti contigit illi, qui ex nomine & cognomine André Puion, deduxit, pendu à Rion: id eſt, Andreas cognominatus Puion ſuſpenſus in ciuitate dicta Rion: quod verè poſtea illi contigit, ideóne concludendum eſt ſcientiam anagrammatum eſſe diuinam & infallibilem? minimè profectò: ſed quiſquis ſapit propoſitionem iſtam, vt ridiculam, explodet. Et quis non videt Aſtrologos dum confundunt & permiſcent Aſtra, tempora, & œconomiam cælorum, ex noſtris vitis facere, quod faciunt ſtructores anagrammatum ex noſtris nominibus? & nos ijs fidem adhibebimus?

Cùm Arabs Albumazar, qui à ſuis inſtar oraculi ſcientiarum habebatur, progreſſum Chriſtianæ religionis felici, & fauenti conſtellationum occurſui ſemel aſsignaſſet, ſtatuit, velut furore correptus, iſti progreſſui certum annorum numerum præfigere, cùm tamen DEVS nullum ei

præfi-

præfixerit. Ille ſcripto mendacia duo circa hoc punctum comprimis notabilia reliquit.

I.m eſt, quòd decurſis trium ſæculorum ſpatijs fiant mutationes Imperiorum in Mundo hoc inferiori, vti, inquit ille, exemplis oſtenditur: trecentis ſiquidem poſt Alexandrum Magnum annis ſurrexit Arelazor, & Perſas ſubiugauit. Hoc quidem falſiſſimum eſt, & omnibus in Hiſtorijs prorſus inauditum. Sed, ſua proſequens mendacia, dicit, quòd iterum præterito ab Arelazore trecentorum annorum ſpacio natus ſit Chriſtus Meſsias. Qui Meſsias, eius computu, in Mundum ſexcentis annis poſt Alexandrum Magnum venit. Qui tamen Alexander Monarcha, ſincerâ Sapientûm ſupputatione, præceſsit Chriſtum ſolummodo trecentis & quinquaginta annis. Sed miſſa hac falſa temporum computatione, quid adiungat ille, audiamus: ait enim, iuxtà Aſtrorum curſum, ſe deprehēdiſſe, quòd Religio Chriſtiana debeat durare mille quadringentis annis. Quæ tamen iam, DEO ſint laudes, illius temporis ſpatium ducentis annis, & vltrà ſuperauit: & Mundum duratione adæquabit. Quis ergo iſta ferat mendacia, & impietatis monſtra, niſi is, qui veritati & pietati nuncium remiſerit, vt ſe Ioui & Saturno in ſeruum mancipet ſempiternum?

Magnis, qui in mundo hoc rerum potiuntur, vt minimum, documento eſſe deberēt tot exempla & experientiæ, quæ in oculis verſantur, de tot Principibus & Monarchis: qui, ſecuti placita Aſtrologiæ judiciariæ, vitam admodum timidam & laborioſam in Mundo duxerunt, eamque Tragico

Cil. Rhod. exitu, vt plurimùm, terminarũt. Pharaones Reges Aegypti, qui nunquam non ſolicitè horoſcopos obſeruabant, vt eos occiderẽt infantes, quorum aſcendentia ſidera præ ſe ferre videbantur augurium aliquod ſceptri & diadematis, potenti Dei manu contriti ſunt. Tiberij & Diocletiani, qui tam felices erant in rebus Aſtrologicis, fuêre infelicisſimi in ſuis Imperijs: in quibus vt Leones vixerunt, ſemperq́ue cæde & ſanguine humano crudeles maduerunt, nec non catenis diuerſarum pasſionum ſuarum conſtricti, miſerrimam *Nicetas.* vitam traduxerunt. Manuel Commenus gradiens per ſimiles Aſtrologiæ judiciariæ vias, factus eſt admodum ſuſpicax, meticuloſus, & ſimul crudelis; Brana captus fuit per Iſaac Angelum; Petrus de Caſtilia ijſdem inhærẽs veſtigijs miſera- *Cardan.* biliter ſceptrum & vitã amiſit. Sed & Ludouicus Sfortia, qui omnia ſua faciebat iuxta mentem & præſcriptum vnius Mathematici, fuit victus, ſpoliatus, & inſtar alicuius auiculæ ferreâ caueâ incluſus. Dicamus igitur cum S. Auguſtino de doctrina Chriſtiana. Aſtrologiam eſſe ſuperſtitionem noxiam & nugatoriam, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dæmonum inuentam atque conflatam.

II^m^. documentum intendit veſtras amicitias, puras & expurgatas ab omni inquinamento reddere: nam cùm ij, quas paulò ante vobis ob oculos poſuimus, ſe inuicem admodum caſte amando, & quidem modo adhuc purè humano, tandem fructum & delectationem non mediocris gloriæ ex obſequioſis & charitate plenis offi-

officijs collegerint dubitari non debet, quin amicitia motiuo diuino excitata (præterquam quòd eſt vnum ex vitæ humanæ delicioſioribus fomentis) ſit magni meriti in oculis Diuinæ Maieſtatis.

Omnino fatendum eſt antiquos multùm vidiſſe quando pronunciarunt amorem eſſe deſiderium immortalitatis. Nam omnis creatura amat neceſſariò Eſſe, quod eſt fundamentum omnium bonorum, & omnis boni eſſe, quo ſolo redditur Eſſe deſiderabile, & excitatur deſiderium ad perpetuum Eſſe conſequendã. Quod eſt complementum omnis boni eſſe. Verùm, cùm quælibet res creata ex nihilo prodierit, ſenſim quaſi ſine ſenſu tendit ad nihilum: & cùm ex ſua origine non poſsit habere perpetuum eſſe, conatur vitam ſuam producere, ſeque immortalitatis dono, viâ amoris, beare. Qui amor omnes omnino coniunctiones & productiones in tota latitudine naturæ procreat.

Hoc autem deſiderium ſtupidæ, infirmæ ac mortificæ iſtius immortalitatis, res eſt admodum humilis & abiecta, factâ comparatione cum magnitudine & amplitudine animæ, quæ intendit vitam longè aliam, ſtatumque excelſiorem, quippe qui infinitè omnes vias ſtatus naturæ exſuperat.

Quantoperè putas, animæ noſtræ, quæ totæ quantæ ſunt nobiles, totæ quantæ intelligentes & diuinæ, deſiderant ſe reddere immortales, nec id ſimpliciter, (iam enim ſunt tales) ſed abſolutè in plena ſcil. immortalitatis libertate duce amore,

amore, qui nos facit viuere in eo, quod amamus.

Miſerculæ iſtæ animæ cupidæ naturaliter æternitatis, plurimis, ab amore ſtimulatæ, adhærent obiectis, vt tandem aliquando optatam quietem & ſolidum ſolatium, quod inquirunt, inueniant; verùm quia omnes creaturæ premuntur egeſtate, eas continuò fame enecant, turpiterque decipiunt: & poſt longas deceptionis moras, propria eas edocent indigentia & fallacia, vnicũ tantum eſſe modum, vt ſe efficiant beatas & æternas; cum autem eſſe modum vt penetraret tum in cor, tum in amorem vnius eſſe ſupremi & independentis ab omni alio. Et licet DEVS ſit inuiſibilis, tamen ſupra cælorum lumina, ſupra varietatem, & quaſi picturam, florum, ſupra fontium limpiditatem, ſupraque tot alias creaturas, imprimit pulchritudinis & virtutis ornamenta, quæ ſunt characteres viſibiles, eius inuiſibilis diuinitatis. Et, ſi addiſcamus ſanctè vti bonis, quæ ſpargit Deus ſupra omnia eſſe rerum creatarum, ea referendo integre ad eſſe increatum, ne dubites, breui pertingemus ad perfectum, & omnibus numeris abſolutum amoris gradum.

Verùm, loco, quò nobis incedendum eſſe vijs, quas ſancti probitatis ſuæ veſtigijs nobis quæſiuerunt triueruntque, noſtrum quamplurimi, velut ſenſu carentes, & mente capti, omnem ſinceri amoris maieſtatem & ſplendorem in cæca quadam & vecordi paſsione, quaſi in tenebricoſo quopiam ergaſtulo, recludimus. In quo non minus committitur crimen, quàm olim ab Aegyptijs idololatris: qui Numen & diuinitatem ſuam mu-

rium

rium & veſpertilionum corpora inhabitare ſtultè credebant. Amor iſte, qui hodie inſano cum furore plus æquo Mūdo imperat, eſt domus & receptaculū tempeſtatis, eſt dulce venenum, eſt pedica inaurata, eſt iugulatio delicioſa, eſt febris inordinata, eſt denique perennis dementia, vertigo & error animæ: qui poſtquam hominem ad omnia reddidit inutilem, etiā illum ipſum ad amorem efficit inhabilem. Intrat cor hominis, non ſecus atque mures Indici viſcera crocodili: & vbi malignas & venenatas illi impreſſerit qualitates, quicquid vigens & florens inuenit, continuò adurit, quicquid generoſum, deprimit & penitus proſternit; quicquid demum religioſum, & rectū peruertit. Ecquis ergo mortalium, vel minimum quid adhuc habens ſapientiæ & ſani cerebri, eſt, qui velit Tyrannidi talis paſsionis ſe in vilem ſeruum tradere, vt animam ſuam mancipet peccato, corpus det infectioni, boni nominis famam tradat opprobrio, & vitam demum perpetuæ ſeruituti?

Si oportet amare, neque enim viuitur ſine amore, conferamus nos ad domicilium caſtæ amicitiæ, cuius altare ſemper purum, ſemperque ardens, ſolidis quatuor ſuſtentatur columnis: eæ autem ſunt Intentio, Diſcretio, Fides & Patientia. Intentio, vt propter DEI honorem ametur, & obiectum, in quo virtus poſſit exerceri, habeatur; Diſcretio, vt bonis legibus amicitiæ ſtabiliantur, & debitis ac conuenientibus officijs colantur; Fides, vt promiſſis ſtetur, & ſecreta, iuraque amicitiæ Sacroſanctè obſeruentur, Patientia demum,

vt,

ut, ſuperatis difficultatibus, & remotis omnibus obſtaculis (quæ interuenire & interrumpere laudabilem iſtam vnionem poſsint) conſtanter ametur.

At vbi gentium eximia iſta amicitiæ ornamenta in Mundi amicitijs reperiuntur? nonne mollis, mercenaria, & proprijs commodis ſtudens ſæpe deprehenditur intentio? nonné hæc ipſa diſcretio crebrò fit præcipitatio? nonné & fidelitas permultùm ſubiecta eſt inconſtantiæ? patientia autem, nonné, vt plurimùm vacillat & incerta eſt? Sufficit autem, vel vnicum verbum perperā intellectum, geſtus vnus paulò frigidior & remiſsior, malefacta rei alicuius relatio, minimum vel etiam nullū, ſed apparens ſolummodo, damnum diſſoluunt amicitias, quæ Marpeſiâ caute firmiores & ſtabiliores videbantur? In quo ſatis oſtendunt ſe nunquam fuiſſe id, quod profitebātur: tam citò ſiquidē, & tam facile deſinunt eſſe, quod toties, tamq; ſolenniter ſe eſſe fuerāt proteſtatæ.

Si loquamur de amicitijs diuerſi ſexus, ſi nonnullæ animaduertantur puræ & feruentes, (vt reuera aliquæ reperiri poſſunt) quis dubitat, quin ſint Angeli, qui eas tractent conſeruentque in carne mortali? Sed quicquid ſit de hoc, pronūcio ego amicitiam, legitimis ſuis conſtantem legibus, eſſe bonam, nimiam autem familiaritatem & vicinitatem ſemper eſſe formidandam: quandoquidem ipſæmet virtutes, vt dicebat S. Iuſtinus, ſe ipſas amare non poſſunt abſque aliquo ſui ipſorum periculo.

Veteres credebant fœminas ſua cōuerſatione

Deos

DEOS ſuos transformaſſe in beſtias: & hoc ideo, vt nos edocerent per eas viris longè deterius quid poſſe contingere; nullamque dicebant eſſe tam fortem ſanctitatem, quæ, vno minimùm pede, in ſuis amicitijs non ſemper vacillaret, niſi tamen ea DEI timorem & diſcretionem fidas haberet comites.

Si conſideremus amicitias Iuuenum intra eundem ſexum, plurimùm vagabundas, leues inconſideratas, ſine pondere, ſine ratione & menſura eas deprehendemus. Incipiunt enim fere ſemper caſu aliquo tumultuariè oblato; incrementa perſæpe capiunt à leuitate noxia à comeſſationibus intempeſtiuis; Atqui vtinam non etiam à ſceleribus tandemque obliuione terminantur.

Si autem ſint amicitiæ eorum hominum, qui toti quanti inhiant publicis officijs acquirendis, & adminiſtrandis, fortunis augendis, necnon conditionibus ſuis meliorandis, vt Mundus eos edocet, eæ continentur intra ſepta rei priuatæ amplificandæ, vix vllo adhibito ſtudio communis promouendæ: quod tamen vnicum eſt medium, & anima omnis beneuolentiæ & amicitiæ colendæ.

Tandem omnes Mundi amores ſimiles ſunt DEO Moloch, qui foris pulchram oſtentabat faciem; intus autem non niſi vacuitates & torquentes flammas habebat. Sint ij amores quantum velint extrinſecus ridentes & gratioſi, intus certè ſunt concaui & vacui, vrentes & affligentes: qui poſtquam hominis cor occuparunt, nihil præter fumum & corticem ei relinquunt. Diſcamus

igitur

Digitized by Google

igitur amare DEVM; & in DEO; & propter DEVM; omnes noſtros affectus trahamus è cælo eodemque eos perpetuò, tanquam ad ſuam ſcaturiginem remittamus.

II°. & vltimo documento diſcamus Carolum Magnum in deſtruendis idolis; non iam quidem ampliùs idolis templorum, ſed cordium, imitari, vt DEO viuenti debitam demus gloriam; quam ſibi creaturæ ſummâ cum creatoris iniuria, non ceſſant vſurpare, conſpurcantes innumeris flagitijs id, quod per ſummam arrogantiam illi rapuerunt.

Inſtructio contra adulationem. Craſſa illa Idololatria, quæ DEOS locabat ſuper altaria, quod nunc monſtrorum loco haberetur, non ampliùs; DEI benignitate, eſt in vſu in Mundo, in quo viuimus: verùm illius loco alia irrepſit, longè ſubtilior & ſpiritualior: quæ facit, proh dolor! vt tum viri, tum fœminæ, qui vel in aliqua amplitudinis eminentia & diuitiarum copia viuunt; vel corporum pulchritudine, alijſue ornamentis (quæ Mundus ſuſpicit) excellunt, adorentur.

In vita ſæcularium hominum pleraque omnia redundant idololatris, vel, ſi mauis adulatoribus, qui illa diuitum, & magnatum; omni exutâ fronte, fortunam venerantur; deque ijs ita pudendis loquuntur terminis; vt amiſsâ omni verecundia, timendum ſit non parum, ne etiam religionem amittant.

Non cenſeberis hoc tempore, Dominum quempiam, aut Dominã laudaſſe, niſi dixeris eſſe creaturam adoratione dignam; eſſe diuinitatẽ quandã

in ter-

in terras miſſam, vt in membris mortalibus cognoſcatur, & cognita ametur;eius ingenij acumen ibi incipere, vbi excellentiſsimarum Intelligentiarum vis intelligendi deficit;eſſe primam facierum toties nominatarum & laudatarum apud Hebræos; eam nihil cum alijs hominibus, præter ortum & occaſum habere commune; opus eſſe Phœnicis ætate vt ſimile opus, quale illa eſt, in rerum natura producatur. Has & ſimiles vanitatis & adulationis formulas in laudandis ijs, quorum gratiam ſibi conciliare volunt adulatores, adhibent: quæ tamen ijs ipſis, qui ſuarum laudum audiendarum perauidi ſunt, non poſſunt non diſplicere.

Tales loquendi modos adhibere, quid eſt aliud, quàm Mundum idolis replere, quàm ea, quæ non ſunt, nec eſſe poſſunt (vti idola Dij eſſe non poſſunt) ad lubitum & phantaſiam hominis alicuius leuiſsimi (qui ex ſomnijs Amantium vult efficere veritatis axiomata) in catalogum, & vſitatum hactenus laudandi modum, cùm ab eo toto diſtent cælo, velle referre? quod & impium & ſcandaloſum eſt.

Diſcamus æſtimare, & ſuo libramento ponderare omnes fortunæ & gloriæ Mundi huius altitudines, vt res fluxas, vt vanitatis imagines, vt vmbras momento vno prætereuntes, in quibus nihil eſt ſtabile, nihil ſolidum; quas proinde conſiderare debemus vt oua, quorum putamen exterius iucundè eſt depictum, intus autem, ſi frangantur, non niſi aſpides perſæpe reperientur; necnon vt poma incantata, quæ dum pleroſque

Digitized by Google

omnes ad ſe edenda alliciunt, eoſdem lethifero intoxicant veneno; quin vt & tapetia, quæ eleganti ſua ſuperficie eximios variarum regionum oſtentant tractus; ex auerſo autem nonniſi ſuturas, nodos, & deformes figuras ſe contemplanti obijciunt.

Quando videmus aliquam nobis arridentem proſperitatem, eam arbitremur ſimilem arundinibus Indicis, quæ dum parum foras ſe protruſerint, ſtatim ſe intorquent, & in articulos eunt.

Si bonum quodpiam aduertamus in aliqua creatura, continuò mentis oculos conijciamus in Creatorem; & ſpiritum luminum, actum puriſſimum, ſphæram omnis intelligentiæ, fontem idearum, originem eſſentiarum, & primam, quæ vnquam fuit, eſt, & erit, recognoſcamus pulchritudinem: cui totum cor meum & pennam meam, in hoc paruo labore conſecro, eum vnicè rogans, vt ſolitam hactenus meis deſiderijs, meis cœptis, & operibus impertire & continuare benedictionem dignetur.

FINIS.

Digitized by Google

R. P. NICOLAI
CAVSSINI SOC. IESV AVLÆ SANCTÆ
Lib. 4. 5. 7.

SYNOPSIS RERVM LIB. IV.

INFELIX POLITICVS.

Argumentum & ſcopus librorum. pag. 1.

Herodis aula idea impietatis. 2.

Status Regni Iudaici ante Herodem. 5.

Ei inſidiatur Antipater per fratrum diſcordias. 6.

Vtraq; interim pars diſcordiũ oppreſſa eſt à Romanis. 10

Vtriuſque debilitate creuit Antipater. 11.

Moritur ſimili ſibi prole relicta. 13.

Via Herodis ad regnum. 14.

Regiũ ſanguinẽ matrimonio & dolis ſui iuris facit. 19.

Interea hominum virtus & vitia: & vanitas rerum humanarum elucent. ibid.

Herodis ſuſpicionibus tumens animus. 29.

Inde orta querela domi & foris. 30.

Ea in Ægyptum etiam delata ad R. Cleopatram. 31.

Quæ reſpondens ad ſe inuitat per fugam. 32.

Alexandra Regina infeliciter fugam molitur. 33.

Herodes vaferrimè Ariſtobulum pontificem eius filium & fugæ ſocium necat. 34.

Hinc indignatio & luctus. 36.

Mariamne ſororis eiuſdẽ virtus in aduerſis ferendis. 37.

Concertat illis Herodiana Hypocriſis. 38.

Herodes nihilominus accuſatur apud Cleopatram & Antonium. 41.

Is grauem ſollicitudinem animoſitate ſuperat. 43.

Herodianum zelotypiæ exemplar. 44.

Digitized by Google

Herodis iudicium Laodiceæ coram Antonio. 45.
Ioſephus abſētis frater, in vxorē crudelia iuſſa detegit. 53.
Et per falſos rumores de Herode ſparſos deteguntur hominum affectus. 54.
Præter opinionem felix redit Herodes. 55.
Reditûs pediſſequæ calumniæ & perturbationes. ibid.
Herodiana vindicta. 56.
Nouum periculum Herodis ex victo ad Actium Antonio Domino ſuo. 57.
Metuens regno ſuo Hircanum legitimum Regem diu cuſtoditum occidit. 58.
Eius cædis occaſio Mulieris ambitio. 58.
Et proditio ſerui magno ſecreto adhibiti. 60.
Exemplum animi ad Deū erecti in Mariamna Reg. 61.
Etiam Sohemus emollitus abſentis Herodis ſecretum & ſæuum aperit mandatum. 62.
Interea Herodes, præter opinionem, Cæſ. Auguſti gratiā impetrat ſupplex Rhodi. 64.
Herodis reditus proſper; & nouæ domi cruces ex detectis iuſſis. 67.
Eas calumniis exaſperauit Solome ſoror. 70.
Sohemus, occiditur. 72.
Et de Mariamne occidenda conſilium coquitur. 72.
Iniquiſſime damnatur. 76.
Barbarum Alexandræ matris facinus in morituram. 77.
Mors & encomium Mariamnes. 78.
Furiæ Herodis poſt hanc necem. 81.
Et Mors Alexandræ & ſæua peſtis in conſiliarios Herodis ſecuta. 82.

Mariamnes occiſæ filij Alexander & Ariſtobulus Romam educandi miſsi, reuocati in ſolatium. 83.
Sed calũnijs impetiti à Salome, & Antipatro fratre. 83.
Antipater concitat Herodem in fratres. 87.
Is ducit Romam filios accuſandos apud Cæſarem. 89.
Aquileiæ, ad Cæſaris tribunal, poſt accuſ. & defenſ. reconciliantur. 90.
Reditur in Palæſtinam. 96.
Nouis calumnijs diſſecantur. 97.
Herodes domus ſuæ ſciſſuris ſtupet. 98.
Harum princeps Antipater fratribus inſidiando. 99.
Quæſtiones ſæuæ domi Herodis. 100.
Archelaus Rex Capp. dextrè liberat generum ſuum Alexandrum. 102.
Sed breui ictus in eum repetitus eſt. 103.
Cum fratre incarceratur. 105.
Iudicium fit, & occiduntur. 107.
Luctus Glaphyræ vxoris Alexandri. 110.
Antipater exultat in auge fortunæ. 113.
Conſpirat in Herodem: & detegitur. 115.
Cũ patre vulpe vulpecula certat de mutuo interitu. 116.
Sed præualuit Herodes annoſa vulpes. 118.
Româ pellectus in patriam capitur. 118.
Iudicium de eo habetur. 120.
Herodis fatum & pœna propinquant. 124.
Iudæorum ſeditio ſpe mortui Herodis. 125.
Seditioſos viuos cremat. 127.
Calamitas & Furiæ morituri Herodis. 128.
Quæſita Coronis ſæuitiæ Herodianæ. 130.

Digitized by Google

Epilogus funerum Herodianorũ nequã Antipater. 131.
Finis politici infortunati, & epitaphium. 132.
Ex eius impia & infelici aula excerpta documenta. 135.

SYNOPSIS
LIBRI V.
PIETAS FELIX.

AVla Theodoſij Iun. pia & fortunata maxime in Pulcheria ſorore eius. 138.
Origo Theodoſij & de eo oracula. 140
Pietas & zelus matris eius Eudoxiæ. 142.
Natiuitas eiuſdem Theodoſij. 146.
Baptiſmus. 148.
Eius adhuc infantis ope deſtructa idololatria apud Gazam. 150.
Eudoxia mater & Arcadius pater perſequuntur S. Ioan. Chryſoſtomum.
Horum pœnis, inſtruitur Theodoſius & ſorores. 154.
Hæ ſeſe Deo deuouent in ſæculo. 155.
Pulcheria ſenior cæteris aulam & imperium egregie moderatur. 156.
Pie educat Theodoſium. 156.
Ei dignam coniugem nanciſcitur re & nomine Athenaidem Leontij philoſophi filiam. 160.
Eius mira fortuna & fatum. ibid.
Conuerſa baptizatur & confirmatur. 168.
Digreſſio ad aulica vitæ pietatem. 172.
Penè Religioſæ Virtutes Theodoſij, Frugalitas. 174. Modeſtia. 175. Caſtitas. ibid. obedientia. 176. mortificatio.

Digitized by Google

catio.ibid.ſtudia. 178. & Codex Theodoſianus. 179.
Theodoſij perfectio reuelatur quadragenario Eremicolæ qui eandem comprobat. 179.
Zelus Theodoſij contra Hæreticos. 181.
Hinc nata ſub manibus Victoriæ. ibid.
Incidit nihilominus in errores quibus virtus Pulcheriæ inclaruit. 182.
Incuriam Theodoſij in ſubſcribendis literis aſtu emendauit. 183.
Opportuna virtuti Pulcheriæ nata eſt ſimultas illam inter & Athenaidem. 184.
Et breui etiam inter Auguſtum ipſum & Eudociam coniugem occaſione pomi. 185.
Vbi magnum malum ex leui mendacio videas conflatum. 188.
Et demum cædem innocentis Paulini Summi viri. 190.
Idea animi afflicti. 192.
Eudocia Ieroſolymam ſecedendi conſilium capit. 194.
Et præmiſſa Apologia ſecedit. 196.
Ibidem pie conuerſatur. 198.
Chryſaphius potens aulicus, ſua quærens tractat de Eudociæ reuocatione. 199.
Pulcheriam ab Imperij tutelâ depellit. 201.
Virtus Pulcheriæ luculentius effulget. 203.
Nequam Chryſaphius & Theodoſium & Eudociam Eutychiana hæreſi inficit. 204.
At Pulcheria perſtat in Romanæ ſedis & fidei communione, contra omnem pene Orientem. 205.

Angitur fratris lapſu. 207.
Eundem recuperat. ibid.
Qui breui de ſæculo nequam ſubtrahitur. 209.
Eius epitaphium. 210.
Matrimonium Pulcheriæ cum Martiano ratum, non conſummandum. 211.
Sub his coniugibus fortunatum fuit imperium. 213.
Demum pulchra Pulcheriæ mors obuenit. 221.
Eius epitaphium. ibid.
Mors Martiani optimi, & epitaphium. 223.
Eudocia ſeducta tribulationibus vellicatur auris, vt redeat ad cor. 224.
Afflicta rediit ductoribus SS. Simeone Stylita, & Euthymio. 234.
Eximia illi deinceps, ſed breuis vita, meritis Pulcheriæ de cælo ſuffragantis. 236.
Et mors bona. 238.
Eius Epitaphium. 240.
Excerpta fortunatæ pietatis ex Aula Theodoſij cum Epilogo. 242.

SYNOPSIS
LIBRI VI.

PIETAS VICTRIX IMPIETATIS.

HOminum, vti calculorum, varius valor & conditio. 253.
Exemplo erit Clodoaldi domus. 254.
De primo idolo & origine idololatriæ. 256.
Infelix venatio Clodoaldi in ſilua idolo ſacra. 257.

Digitized by Google

Et votum inde Sacrilegum de ſacrificando filio cum Iephte. 258.
Pugna pia inter vouentem patrem & deuotum filium. 259.
Voti veri conditiones. 263.
Digreßio ad filiam Iephte. 263.
Humano ſacrificio ſuperueniunt Equites peregrini hoſtiæ fratres. 265.
Apparatus ſacrificij. 267.
Hyacinthus hoſtia vi eripitur. 269
Equites damnati ad ſacras beſtias. ibid.
Celebris pugna cum beſtijs in amphitheatro. 270.
Sacra Beſtia victa. 271.
Victores nihilominus capiuntur. 272
Eis Regina Sacerdos neſcia cognationis fauet. 270.
Diuerſitas amorum. 274.
Progreſſus amicitiarum. 275.
Varia amantium cogitata. 276.
Et affectus miri. 277.
Hildegardis amorem aperit nutritio. 281.
Is fruſtra amantem retinet. 284.
Tenaces amantium affectus proprij iudicij officina etiã in pijs cauſis. 287.
His Hildegardis inuito nutritio extorſit conſensũ. 288.
Et ad captiuos in carcerem penetrauit. 290.
Sed proditur. 295.
digreßio ad mundi amicitias. 296.
Et diſceptatio in quo ſexu amicitia ſit conſtantior? 299.
Hildegardis deprehenſa carceri mancipatur. 301.

Iudi-

Iudicium ſit de ea ex ſententia Pontificis zeloſi. 302.
Per ignem ſe purgat à probro læſa caſtitatis. 312.
Digreſſio ad huiuſmodi probandi genus. 313. & ad Fatum. 315.
Rebus ita apud Saxones conſtitutis ſubuenit Francorum pietas. 317.
Digreſſio in laudes eorum. ibid.
Bellum pro religione à Carolo M. ſuſceptum. 320
Saxonum Arx Irmenſul capta. 322.
Ibi Clodoaldus ſupplex fit Carolo ſuaque & filiorum infortunia exponit. 323.
In arce Dy Saxonum detecti, & his immolandi homines è ſpecubus eruti, atque inter hos filij & filia Clodoaldi præter omnem ſpem. 326.
Mutua Agnitio poſt tot fortunæ ludibria. 334.
Digreſſio ad veræ amicitiæ leges. 344.
Inſolens lætitia patris ſuos recuperantis præter ſpem. 347.
Concluſio totius Hiſtoriæ & excerpta documenta. 352.

APPROBATIO.

EGo Ioannes Rumer *Societatis* IESV *per Prouinciam Auſtriæ Præpoſitus Prouincialis, ex commiſſione Admodum* R. P. N. Mutij Vitelleſci *Præpoſiti Generalis, Facultatem concedo, vt Liber IV. V. VI.* Aulæ Sanctæ P Nicolai Cauſſini *Societatis* IESV *Sacerdotis, ex idiomate Gallico per* P. Henricum Lamormaini *ex eadem Societate Sacerdotem in latinam linguam translatus, & à ſæpius dictæ Societatis reuiſoribus approbatus typis mandetur. In cuius rei fidem has literas, manu noſtrâ ſubſcriptas, & officij noſtri ſigillo munitas dedimus. Viennæ Auſtriæ* 1. *Auguſti* 1641.

Ioannes Rumer.

ERRATA.

Prior numerus pag. poſterior lineam erroris denotat: ſunt autem pleraque commiſſa per leuem literæ vnius mutationem vel omiſſionem vel additionem fortuitã

Vti Pagina 2. l. 3. ſolida pro ſolida. p. 2. l. 25. tuam, ſuam, &c. p. 4. l. 9. vic, vix. p. 34. l. vlt. hori, horti: p. 36. l. 10. in, delendum. p. 41. l. 30. vetatur, vocatur. p. 43. l. 17. ſtamen, tamen p. 67. l. 11. vi, vix. p. 79. ecispſis, eclipſis. p. 141. l. 18. bodum, bonũ. p. 151. l. 24 coronis, coronis. p. 153. l. 3. qude, quidem. p. 155. l. 3. motueri, moueri. p. 181. l. 9. fariæ, farinæ. p. ibid. *ad* dele. p. 104. l. 20. erui, nerui. p. 109. l. 27. illius, illi. p. 330. l. 31. petrare, perorare.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google